





Collegii
Impens. Clem. Bergen Bibl. An.







II. 4234.

Libri quatuor

DE CONCILIIS,

Quorum

VNVS GENERALEM tractationem,

ALTER HISTORICAM NARrationem omnium Conciliorum,

POSTERIORES DUO REFUtationem duorum Librorum ROBERTI BELLARMINI Iesuitæ, de Conciliis, continent,

II 423. f.

Scripti à

SALOMONE GESNERO S. S. Theologiæ Doct. & Profess. in Academia VVitebergensi.

Additus est rerum & verborum copiosus & perspicuus Index.

Psal. 68.

בְּמַקְהֲלוֹת בָּרְכוּ אֱלֹהִים אֲדֹנָי מִמְקוֹר יִשְׂרָאֵל׃

In congressibus laudate Deum Dominum de fonte Israelis.

Collegii Sanctæ Societ. Jesu

VVITEBERGÆ
Impens. Clem. Bergeri Bibl. An. 1601.

g.



Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Gimn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

SD 7498 I

1364376 N)

II. 4234.

Libri quatuor

DE CONCILIIS,

Quorum

VNVS GENERALEM tractationem,

ALTER HISTORICAM NARrationem omnium Conciliorum,

POSTERIORES DUO REFUtationem duorum Librorum ROBERTI BELLARMINI Iesuitæ, de Conciliis, continent,

II 423. f.

Scripti à

SALOMONE GESNERO S. S. Theologiæ Doct. & Profes. in Academia VVitebergensi.

Additus est rerum & verborum copiosus & perspicuus Index.

Psal. 68.

מִמְקוֹר יִשְׂרָאֵל׃ בְּמַקְהֲלוֹת בָּרְכוּ אֱלֹהִים אֲדֹנָי

In congressibus laudate Deum Dominum de fonte Israelis.

Legii Sanan Soiel Jes

VVITEBERGÆ
Impens. Clem. Bergeri Bibl. An. 1601.

g.

1366376
(N)
SD 74498
BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNAŃSKIEJ
1934.1298

PRAEFATIO

AD PIVM ET CANDIDVM LECTOREM.

ANtequam ad Lectionem hujus, quem offero, Commentarii mei de Conciliis accedas, pie, candide, & benevole Lector, de tribus breviter admonendus mihi videris, quæ Præfationis loco præmittere volui. Primò enim certum te esse oportet, Conciliorum senatum, non humani ingenij sagacitate primùm excogitatũ, sed divinitus inventum & institutum esse. Loquor autem non de Papisticis, sed legitimis Conciliis. Hoc .n. perspecto, eò majori attentione in Lectionẽ & meditationem eorum, quæ hic de Conciliis traduntur, quilibet veritatis amans incumbet, quò præstantius principium & originem Conciliorum esse intellexerit. Etsi autem hoc ipsum in primo statim tractationis istius capite prolixè è verbo Dei sacraq́; historia ostensum est, quo minus tamen unicum

adjiciam in hoc vestibulo facere nec possum nec debeo. Illud verò est de Synedrio Hierosolymitano, quod ad conciliorum naturam quàm proximè accedit; de eo proindè, non quantum poterat, sed quantum necesse est paucis monebo, & idipsum postea ad præsens institutum accommodabo.

Principio itaq; senatum illum in populo Dei, quem voce corrupta Sanhedrim, id est, συνέδριον nuncuparunt, nihil fuisse aliud, quam perpetuam Synodum è Theologis politicisq; congregatam, extra omnem dubitandi aleam positũ esse existimo. Eum verò consessum ab ipso Domino institutum esse sacra scriptura perspicuè testatur. Cum enim Moses iudiciorum & controversiarum, in tanto populo quotidiè exortentium, molem solus sustinere diutius non posset, Dominus præcepit, ut seniores è singulis tribubus congregaret, quos etiam Deus Mosi in cognoscendis causis & dijudicandis controversiis collegas addidit, eosq; peculiari dono Spiritus sancti exornavit. Num. 11. Deinde verò Dominus locum expressit, in quo perpetuum hoc Concilium esset & versaretur, ea nimirum terræ promissæ loco, quem Dominus ipse sui ta-

berna-

bernaculi & arcæ fœderis domicilium electurus esset, Deut. 17. *Fuit autem tabernaculum primo quidem in Siloh, unde postea in Gibeah traductum est, & hinc Hierosolymam commigravit. Adhæc quæ causæ in illo Iudicio tractari & expediri deberent, ibidem expressum est hisce Domini verbis:* Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: *Quorum verborum genuinam sententiam nemo melius, quàm laudatissimus Rex Iosaphates exposuit, qui* lib. 2. Paral. 19. *assessores Synedrii sic alloquitur & ait:* Vbicunq; quæstio est de Lege, de Mandato, de Ceremoniis, de Iustificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros. *Ex qua regis oratione manifestum est, non modo politicas, œconomicas & ceremoniales controversias ad Consistorium hoc devolutas fuisse, sed etiam obortas quæstiones & disceptationes Theologicas de divina lege, Deiq; mandatis, id est, de articulis fidei ibidem dirimtas & explicatas*

esse. Quam sanè etiam ob causam Iudices, quos assessores vocamus & commissarios, partim Theologici partim Politici ordinis fuerunt. Nam Iosaphat loco commemorato de Iudicibus sive Senatoribus Synedrii porrò sic ait: Amarias sacerdos & Pontifex vester, in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: Porro Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent. *Sicuti etiam his præsidibus alios utriusq; ordinis ibidem adjungit, cum ait:* Habetis magistros Levitas coram vobis, *& in præcedentibus clarius id exprimitur hisce verbis:* In Ierusalem constituit Iosaphat Levitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israel, ut judicium & causam Domini judicarent habitatoribus eius.

Hujus autem Judicii tanta fuit in populo Dei authoritas, & merito quidem, ut ipse Moses, cum quo Deus de facie ad faciem locutus est, sicut vir cum viro loquitur, hominem illum, qui ligna Sabbatho collegerat, non prius condemnandũ existimarit, quam sententia divinitus revelata coram Synedrio principum & seniorum in ipsum promulgata esset, Num. 15.

Ac cum Eleazarus Pontifex à Ptolo-

mæo

mæo Philadelpho, rege illo Aegypti literatissimo, quem etiam Angelus apud Danielem cap. 11. longo tempore antè prædicavit, rogatus, Seniores è qualibet tribu senos, id est, septuaginta duos misérit, qui sacra Biblia in Græcum sermonem transtulerunt, consentaneum est, illos Synedrii proceres fuisse, quæ de re Josephus lib. 12. antiquit. cap. 1.

Dauid autem Psal. 122. Spiritu sancto plenus, laudes Judicii Synedralis mira lætitia ebuccinat, cum ait: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Quia illuc ascendunt tribus Dei, concilium Israelis, ut confiteantur nomen Domini. Quia illic collocati sunt throni, ad judicandum, throni domus Dauid.

Et quam magni Senatum istum septuagenarium pii reges, principes & proceres Ecclesiæ Israeliticæ quovis tempore fecerint, vel è longissima eius duratione abundè potest intelligi. Duravit enim Synedrium ab ætate Mosis & anno mundi 2455, circa quem introductum creditur, usq; ad Christum natum ultra annos mille quingentos. Etsi enim tempore captivitatis Babylonicæ, unà cum templo & arca fœderis sublatum fuit per annos LXX: nihilominus tamen Dominus pro

ineffabili sua erga hunc populum misericordia instaurationem ejusdem per Ezechielem Prophetam cap. 44. promisit, cum de Levitis filiis Sadoci ait: Populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum: & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controversia stabunt in judiciis meis, & judicabunt: *quod ipsum etiam postea anno septimo Darii Artaxerxis Longimani impletum est. Nam Darius* μαχοχας *præcepit Esdræ legis doctori, ut* IUDICES *constitueret, qui populum judicarent juxta legem Domini.* Esdr. 7. 25. *Etsi enim antè hunc Darium Longimanum Cyrus rex Persarum Iudæis liberam redeundi in patriam & templum ædificandi potestatem dedit.* 2. Paral. ult. Esdr. 1. *non licuit tamen illis propria sua et patria uti* αὐτονομίᾳ, *sed iurisdictioni præfectorum & principum Assyriorum, qui sese servos & ministros regum Persiæ ultra Euphraten fluuium, respectu nimirum Babylonis nuncupant* Esdræ 4. 22. *subjecti fuerunt, ut ex historia Esdræ & Nehemiæ manifestum est. Darius autem, ut è textu modo adducto patet, ab illa Babylonica, Assyriaca, ac Persica iurisdictione primus illos exemit, foroq; Mosaico ac tribunali Synedrii restituit.*

Ac

Ac ut appareret, Senatum nobilissimi hujus Consistorii, à Deo introducti & sanciti, præcipuum esse Ecclesiæ veteris Testamenti ornamentum & thesaurum, ideò divinæ sapientiæ placuit, duos evidentissimos, & qui præ omnibus maximè eminent., temporum articulos, eius tum instauratione tum ruina & interitu definire.

Nam ab instauratione, quæ post reditum è Babylonico exilio ab Esdra susceptæ & confectæ est, uti dicebam, numerat ipse Deus septuaginta hebdomadum Periodum, spacium nimirum annorum 490. quo evoluto Christus generis humani Servator passurus esset, Dan. 9 *Falluntur enim absq; omni dubio aq; σαφηνείᾳ & ἐμφάσῃ verborum angeli declinant, qui vel citius vel tardius, quam in reddita Iudæis ἀυτονομίᾳ supputationem LXX. hebdomadum inchoant: cum angelus disertè dicat:* Scito ergò & animadverte, ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem usq; ad Christum principem &c. *qua oratione nihil profectò aliud cælestis ille nuncius intelligit, quàm numerationem septuaginta hebdomadum deducendam esse à tempore ejusmodi regni mandati, quod non modo vr-*

bis, id est, ædificiorum, sed etiam Reipublicæ & ecclesiæ reparationẽ complecteretur. Quid enim verè est Vrbem ædificari? nonne honestis legibus muniri? Certè cum Psalmographus dixisset Hierosolymam extrui, ut sit civitas, structuram illam non in lapidum congerie lignorumq; acervo, & domorum ornatu collocat, sed in vero Dei cultu & publici Iudicii prudentissimo Senatu defigit: Ps. 122. Iam verò promulgata quidem sunt à Cyro mandata de reficiendo templo, Darius quoq; Histaspis filius, qui hinnitu equi & sereno fulgure ad culmen Persicæ Monarchiæ conscendit, ad præfectos Samariæ Tathnai & Sterbusanai literas dedit, de non impedienda sed adjuvanda templi structura, quod factũ anno regni ipsius secundo, Esdr. 4. 5. Nullus autem Persarum Rex ante Artaxerxem seu Darium Longimanum jussit Vrbem muniri, politiam iudaicam Iudaicis legibus gubernari, Iudæos à tributis & pensionibus immunes esse, proprios è suis popularibus Judices ipsis constitui, quod anno regni ipsius septimo factum esse ex libro Esdræ cap. 7. luce meridiana clarius apparet. Hinc itaq; concludimus, Deum ab instauratione Consistorii &

Judicii

Judicii Hierosolymitani, usq; ad Christi Salvatoris nostri passionem, gloriosam resurrectionem, & ascensionem in cœlos, septuaginta hebdomadas, id est, annos 490 numerari voluisse: sicut etiam iste annorum 490. numerus ab hac meta inchoatus in anno Dominicæ passionis exactè & præcisè finitur. Sed hoc declarare hujus loci non est: itaq; ad id redeo, unde digressus sum: ostendere enim volebam, Deum ipsum Hierosolymitanum illud Consistorium tanti fecisse, ut nobilissimas & celeberrimas duas ἐποχὰς, seu sacræ Chronologiæ limites ejo notatione definiverit: cum ἡ de uno jam sit dictum, restat ut alterum quoq; paucis perstringam, quod quidem tale est. Iacobo Patriarchæ perq; ipsum toti ejus posteritati Deus ipse Gen. 49. promissionem edit de venturo Messia & ait: Non auferetur Sceptrum de Iuda, neq; legislator de pedibus eius, donec veniat Siloh, *&c. Legislatorem sancta lingua nominat* מְחֹקֵק, *quæ vox legis interpretem, Scribam, Jurisperitum, Principem, Judicii præsidem, Iudicem, & Præfectum judicii, omnium hebræorum consensu significat. Nominarunt autem Judæi Mechokekim illos ipsos Synedri i*

Hiero-

Hierosol mitani Assessores et perpetuos commissarios LXXII. sicut Petrus Galatinus lib. 4. cap. 5. & Munsterus in caput 49. Genes. è Thalmudicis Judæorum monumentis probant. Deus igitur hoc signum & infallibile τεκμήριον adventantis Messiæ, iamq; præforibus, quod dicitur, præsentis, Jacobo & fideli ejus posteritati commendavit, ut nimirum sublato senatu Mechokekim, id est, Synedrio, quod veluti ad pedes Regum Iuda consedit, aliud nihil restare certo scirent, quam ut Messias tamdiu expectatus, totq; piorum suspiriis expetitus in carne exhiberetur: id quod etiam eo planè modo evenit, quo prædictum fuerat. Nam quo pacto consilium Mechokekim Moses jussu & auspicijs Dei instituerit, & quomodo illud usq; ad captivitatem Babylonicam manserit, & post reditũ è Babylone resuscitatum ab Esdra fuerit, qua denique ratione sub Machabæis, licet in magna temporis angustia, *ut à Daniele vel potius ab angelo per Danielem prædictum fuerat, conservatum sit, è sacri codicis annalibus & Iosephi ἀρχαιολογίαις libris ostendi potest. Herodes autem Antipatri filius Hyrcanum ultimum Iudæorum Pontificem*

tem & Regem unà cum Synedrii senatoribus crudeliter interfecit, eq; medio penitus removit, quemadmodum Sameas Hyrcano & Synedrii consulibus, senatoribusq; futurum prædixerat, cum Judices, intempestiva & vehementer culpabili in eum clementia contra divinæ legis sententiam usi, fastum, insolentiam i, & tyrannidem hominis, suam in fraudem & exitium, stolidè fovissent, quod Josephus lib. 14. cap. 17. antiquit. annotavit. Incidisse hanc Synedralis Concilii abolitionem in annum regni Herodis XXX. qui erat ante Christi nativitatem XXIX. Philo in libello de temporibus supputatum reliquit.

At q; ita oraculum Jacobo editum eventu ipso perspicuè, imò luculèter comprobatum est. Nam etsi postea tempore Christi quoq; Iudæi similitudinem quandam ejus senatus quasi è cineribus & ruderibus excitare conati sunt, defuit tamen id, quod erat præcipuum, ἀξίωμα videlicet & dignitas αὐτονομίας, & liberum legum exercitium. Sicut ipsi Pontifices coram Romano Præside fatèri coguntur: Nobis non licet quenquam interficere Ioh. 18. *& Galatinus id ipsum prolixè è vernaculis eorum scriptis lib. 4. cap. 5. patefacit.*

tefecit. Fuisse autem Synedrium aliud minus, quod XXIII constabat senatoribus, aliud majus, quod LXXII, è Rabinorum quoq; libris planum est, ad quam distinctionem Christus proculdubio respicit, cum Matthæi 5. κρίσιν judicium à συνεδρίῳ seorsim nominat. Sicut etiam alibi, utpote Ioh. 7. & 11. Actor. 3. 4. 5. 23. *scriptura Synedrii frequentissimè meminit.*

At q. hæc de Hierosolymitano Concilio senatuq, quem Rabini עֲדַת גְּזִית *id est, politum & exquisitum accuratumq. Consistorium appellare solent, recitata sufficiat. Quæ quidem eam ob causam paulò persecutus sum prolixius, ut id, quod supra proposueram, eò clarius ostendere possem. Probare etenim volebam, argumentum & materiam præsentis commentationis, de Conciliis, non humanum, sed divinum esse inventum & institutum: id autem melius ostendi vix potest, quàm si clarum fiat, perpetuam illam in Ecclesia veteris Testamenti* συναγωγὴν, & συνέδριον *templo aulæq; regiæ adjunctum, à Deo originem traxisse, ab ipso etiam magni semper habitum & commendatum fuisse. Extra controversiam etenim est legitima Concilia*

quàm

quàm proximè ad Synedrii illius similitudinem accedere, sicut ex ijs, quæ hactenus dicta sunt, apparet, et splendidius etiã inde deprehendi potest, si juxta causarum seriem Concilia cum Synedrio Hierosolymitano comparentur.

Nam perinde ut Synedrium Reges & Principes accepta à Deo potestate Num. 11. 2. Par. 19. convocarunt, senatoresq; in eo constituerunt: Ita Concilia cogere Principum & Regum munus est.

Quemadmodum in Synedrio politici Iudices Pontifici, Sacerdotibus & Levitis adjuncti fuerunt: Ita legitima concilia ex politicis et ecclesiasticis Iudicibus cõstare debent.

Sicut Judices in Synedrio non debuerunt juxta suos affectus sensũq; humanæ rationis, vel secundũ ἀγραφους majorum traditiones, sed juxta legem Dei scriptam pronunciare 2. Par. 19. Ita in conciliis solum Dei verbum unica manet regula, & norma dijudicandi omnia dogmata.

Synedrium non fuit supra scriptam Dei legem, nec potestatem habuit condendi nova statuta, discrepantia à tabulis legis divinæ, multo minus ei liberum fuit novos cultus

fingere

fingere, & articulos fidei condere. Quare Conciliis idipsum multò minus licet.

Sed abrumpenda est hæc comparatio, ut reliqua duo, quæ proposui, expedire possim, quod quidem paucissimis faciam.

Aperiendum enim secundo loco duxi benevolo pioq; Lectori, cur istam scriptionem de Conciliis susceperim, &, quod tertium erit, cur hoc ordine ac methodo instituerim.

Prioris equidem causas non adducam plures, quàm eam ipsam, quæ modo declarata est, quod videlicet Synodi non minus, quàm Synedrium, sunt à Deo institutæ, ideoq; inter eas res, quæ Deum authorem agnoscunt, & quæ Religionis Christianæ ambitu continentur, minimè postremo loco numerandæ ab omnibus piis & maximè Theologiæ studiosis habentur. Quod si ita est, quis non videat, æquum esse, ut istius rei & argumenti, de Conciliis inquam, natura & proprietates diligenter explicentur & accuratè cognoscantur?

Ipsa proinde rei hujus dignitas persuasit, ut laborem hunc susciperem. Accessit verò etiam necessitas, quæ è Pontificiorum & Iesuitarum disputationibus emergit.

Ita

Ita enim perpetuò in Ecclesia comparatum est, ut, quæ Deus media & instrumenta ad defensionem, propagationemq; divinæ veritatis instituit, eadem diabolus, ad evertendam doctrinæ cœlestis sinceritatem puritatemq;, fraudulenter & nefariè rapiat: quod equidem Conciliis evenisse & evenire nemo inficias ire potest, qui vel obiter perq; transennam saltem historiam illorum intuetur. Non dicam quanta astutia antiquus ille Draco, quem Esaias cap. 27. Serpenti modò porrecto & extento, mox iterum tortuoso inq; gyros collecto comparat, Arrianam blasphemiam assensu & authoritate plurimarum & frequentissimarum Synodorum in ecclesias Orientis infuderit, id quod è libello præsenti ad oculum cuivis patet, ubi de Tyria, Hierosolymitana, Antiochena, Sirmiensi, Nicensi, Seleuciana, Constantinopolitana Acacianorum, & iterum aliquot Antiochenis, & similibus Synodis agitur. Tamdiu enim de divinitate Christi, sanctiq; Spiritus, & adoranda Trinitate in Conciliis disceptatum litigatumq; est, usq; dum miseri homines eo prolapsi sunt vesaniæ, ut inter verum Deum, qui

anus est in essentia trinus in personis, interq; Mahumetistarum deum, vel parũ vel omninò nihil discriminis esse opinarentur: quo nomine memorabilis est de Manuele Comneno Constantino politano Imperatore historia, quã Niceta Choniates libro septimo annotavit, & nos eandem lib. 2. cap. 13. adscripsimus. Habebant in tẽplis Constantinopolitanis antiqua & laudabili consuetudine parietibus affixas, aut alioquin suspensas catecheticas tabulas, summam Christianæ Religionis complectentes, in ijsdem etiam erat anathema perscriptum in deum Mahumeti, quod ille nec Genitor sit, nec Genitus, id est, nec Pater, nec Filius, sed ὁλόσφυρον, *id est, aliud nihil quàm malleo cusus & fabrefactus deus seu idolum.*

Hoc anathema Imperator in Sarracenorum gratiam, renitentibus Episcopis, ex omnibus catecheticis tabulis sustulit, proq; Deo Mahumeti, ipsum Mahumetum substituit, quod Mahumetani facilè passi sunt, cum non ipsum Mahumetum pro deo, sed pro summo dei sui Propheta habeant & venerentur. Mutationis autem causam adduxit istam, quod diceret, blasphemiis

in

in deum qualibuscũq; offendi Agarenos, qui ad Christianam fidem ab illis accederent.

Egregia ratio, tanto ý principe digna, qualis haberi voluit: (Nam & Theologicarum rerum peritissimus & omnibus literis cumulatissimus audire gaudebat, inq; Theologia novarum opinionum defensor erat acerrimus.) Haccine verò in Deũ est blasphemia, quæ idolum adeoq; diabolum ipsum, quem Mahumetani sub illa commentitia dei larva adorant, à vero Deo, qui est Pater, filius & Spiritus sanctus distinguit? Eáne distinctione offenderentur, offendine merito deberent, qui ab Agarenorum impietate se conversos profitebantur, qua idipsum sceleratum idolum, quod abiecerant, cui nunciũ remiserant, quod damnaverant, à vero Deo, ad quem accesserant, cui fidem dederant, cui sese Sacramento astrinxerant, discerni videbant? Ita nimirum in Oriente frequentatis Conciliorum concursionibus & disputationum conflictibus veritas tandem prorsus expulsa, animiq; hominum inextricabili opinionum labyrintho involuti fuerunt.

Non erat autem mei instituti tam multa de his dicere, sed potius de Pontificiis, sicut cœperam. Nam illa horrendorum errorum densissima & plus quam Aegyptiaca nubes, de operum meritis, de justicia partim fide, partim virtutibus propriis acquirenda, de imaginum cultu, de Sanctorum invocatione, de Purgatorio, de Transsubstantiatione & Eucharistiæ mutilatione, deq; mille aliis Pontificiæ superstitionis portentis, nulla profectò re alia, quàm Conciliorum nimium jactata, nimiumq; ostentata authoritate, in Ecclesiam invecta est. Sicut hoc quoq; ex historica Conciliorum narratione cuivis liquidò patet. Verissimum proinde est, diabolum utramq; Ecclesiam, orientalem quidem Mahumetano, occidentalem verò Pontificio jugo subjecisse, Conciliorum pompâ, decretis, fulgetris & fulminibus. Ad Pergamensis ecclesiæ in Asia Episcopum filius Dei Johannem scribere jubet Apoc. 2. Scio ubi habites, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ σατανᾶ, ubi thronus est Satanæ: *Eum Satanæ thronum, qui in nobilissima illa Pergamensium urbe esse dicitur, interpretes tàm recentes quàm veteres de colluvie*

omnis

omnis generis sceleratorum & improborum hominum, maximè verò de Romani præsidii, quod illo tempore sub Domitiano Pergami erat, indè in totam viciniã crudeliter grassabatur, insolentia & ferocia exposuerunt. Sicut enim in piis mentibus Spiritus sanctus domicilium sedemq; habet: ita impurus ille Spiritus in profanis, idololatricis & impuris hominum animis, thronum suum figit, & palatium extruit, quod Salvator ipse Matth. 12. testatur. Ac si aliàs in magna impiorum frequentia, qualis Pergami erat, diaboli thronus est, quantò magis Conciliabula Pontificiorum, quale fuit Constantiense & Tridentinum, ut de aliis nunc taceam, Satanæ sella, thronus, arx & munitio dicenda erunt? Paralipomena Chronico Vespergensi addita referunt, Concilio Constantiensi interfuisse mulieres publicas 450. barbitonsores sexcentos, trecentos & viginti joculatores, fistulatores, cocos &c. bonorum autem virorum numerum exprimere prorsus nullum potest, non quod ob frequentiam, sed quod ob raritatem innumerabiles fuerint. An verò in hac lerna & sentina

tot meretricum, tot item nequissimorum episcoporum, Cretensium & Sibariticorum ventrum ac gularum, latronum deniq; Satanæ thronum fuisse negabimus? Vbi enim verbo Dei non est locus ubi Christus in suis membris proscribitur, omnis q; morum honestas in exilium ejicitur, ubi nemo pro veritate liberè spirare, & hiscere audet, ubi hominũ traditiones & monachorum somnia dominantur, ibine esset Petri sedes, ibi ecclesiæ catholicæ thronus? Imò ipsiusmet diaboli thronus est, qui inde, sicut per Phœbades olim è Delphico tripode oracula edebat, sua decreta, bullas, fulmina, tonitrua in totum orbem Christianum ejaculatur. Quæ cum ita sint, & Iesuitæ in omnibus suis disputationibus, declamationibus, concionibus nihil aliud sonent, crepent, strepant, quàm Concilia, concilia, Patres, patres, decreta, decreta, summa profectò necessitas flagitat, ut quid de Conciliis eorum q; decretis sentiendum sit, sæpe multum q; inculcetur, ut qua illi arte Thronum Pontificis fulcire conantur, eadẽ nos multò rectius eundem fortius q; evertere possimus. Verùm de Causis susceptæ scriptionis hæc sufficere existimo. Super-

Superest, ut de methodo aliquid adjiciam. Tria enim sunt, quæ fortè quispiam secus, quàm res est, in hac commentatione acciperet. Primò enim mirabitur proculdubio Lector, cur tam prolixam Conciliorum narrationem instituerim, & non potius de iis saltem breviter dixerim, quorum in disputatione cum Bellarmino fit mentio. Cui illud respondeo, me hunc Synodorum catalogum non in eum solummodò finem adscripsisse, ut ex illo ea depromi possent, quæ ad præsentem controversiam requiruntur, sed id potissimum spectasse, ut natura Conciliorum, qualia diversis seculis sunt habita, plenius innotesceret, &, ut in aliis quoq; disputationibus ac commentationibus ad hunc indicem recurrere liceret. Quin ipsorum inter se conciliorum ejusmodi est nexus, ut, sicut unum ex altero fluit & emergit, ita unum citra alterius historiam plenè cognosci minimè possit. Etsi autem multa sunt provincialia Concilia huic Catalogo inserta, nullum tamen in toto eo numero est, quod non ad rei summam usum suum habeat. Sicut ex ipsa lectione licet animadvertere.

Et quid dentq; est, quod meritò quis admirari vel possit vel debeat, me refutationi librorum Bellarmini isthæc præmittere voluisse, cùm absq; generali de Conciliis lectoris informatione & historica eorundem narratione tota disputatio cœca, manca, & mutila futura fuisset? Etsi enim particulatim eorum conciliorum historia, quorum in ipsa disputatione fit mentio, recitari potest, multò tamen clarior multoq; fructuosior fit singulorum commemoratio, quando omnium inter se ordo, quasiq; continuum quoddam flumen veluti in tabella depictum, ob oculos animumq; statuitur. Nam ut rem exemplo declarem, Niceni certè Concilii narratio non satis potest intelligi, nisi simul commemoretur, quod fuerit initium disceptationis inter Arrium & Alexandrum Alexandriæ episcopum, & quo pacto Arrius in Alexandrina Synodo, ante Nicenam fuerit damnatus, & nisi præterea consequentia quoq; adjungantur, de Arrianorũ, in Tyrio, Hierosolymitano & aliis suis conventiculis, fraudulentis molitionibus, quibus orthodoxa Nicenorum patrum decreta obscurare, & irrita reddere summo

studio,

studio, labore & industria conati sunt. Ac quod de Niceno jam dictum est, idem de Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi & omnibus aliis verissimum est.

Adhæc pleraq; Concilia, & illa inprimis, quæ Pontificii proferunt, ita sunt comparata, ut eorum narratio instar refutationis sit. Cum enim pia mens cognoscit, quibus dolis, fraudibus, & impostoris Romani Pontifices suam illam, qua longo tempore totum orbem Christianum terruerunt, eminentiam & potentiam in Conciliis suo libitu congregatis & celebratis acquisiverint, & magis magisq; adauxerint, non potest non eam execrari & detestari: præsertim cum audit, quàm nefariè non modò plebei ordinis homines, sed etiam principes, reges, imperatores, in Papalibus Conciliabulis sint tractati, cujusmodi intestinis dissidiis, altercationibus, bellis, lanienis ipsi inter se Papæ de pingui Romano Sacerdotio, non aliter ac vultures de rapina, concertarint & digladiati sint.

Quin etiam illud cogitet velim, cui hæc nimis prolixa & operosa videtur Bellarminiani scripti refutatio, multò esse facilius

cilius impium aliquod & veritati contrarium scriptum concinnare, quàm illud ipsum solidè refutare, citius inquinari fontem, quàm expurgari. Adducit adversarius multa è diversis Conciliis, eaq; plerumq; fide Iesuitica, id quàm insidiosè ab illo fiat, obiter ostendi non potest, sed necesse est, historiam Conciliorum in conspectu versari. Paucula erant, quibus Arrius perturbabat ecclesiam, quòd nimirum dicebat, filium Dei esse ex non existentibus, habere principium, fuisse tempus, cùm non fuisset: sed hæc paucula magnis voluminibus orthodoxorum ex hominum animis extirpari non potuerunt. Unica est propositio, Papam esse œcumenicum episcopum totius Christiani orbis, habere potestatem utriusq; gladij, esse supra Concilia, à nemine judicari. Sed quàm multo, bone Deus, non dicam atramento, sed sanguine fidelium constitit, antequam perverso mundo falsitas & vanitas atq; impietas eius assertionis demonstrata est? sed desino de hac re pluribus uti verbis, omnium enim rerum ignarus sit oportet, qui nesciat, unius audaciæ & impudentiæ aaminiculo falsum & Sophisticum

posse

posse contexi Syllogismum, qui absq; multarum & diversarum rerum subsidio retexi nequeat.

Deinde erunt proculdubio & potissimum inter adversarios, qui hunc laborem eo nomine carpent, quòd in secundo libello, qui historicam narrationem continet, multa è centuriis Magdeburgensib. sunt transscripta. Id verò nec me pudet fateri, neq; unquam animum induxi dissimulare. Licet plurima quoq; in hoc ipso sint indice, quæ non è centuriarum sed ipsorum historicorum & conciliorum voluminibus advocanda fuerunt, quod æquo lectori judicandum potius relinquo quàm ut illud insolenter prædicandum mihi sumam: Et cum historica sit narratio, quilibet intelligit, perinde esse, sive è centurijs, ubi collecta simul reperitur, sive ex illis ipsis authoribus, è quibus centuriarũ collectores eam mutuati sunt, depromatur, modò bonâ fide referatur. Causas tamen eius rei, quod videlicet centurias sequutus sum, duas potissimum habui, quarum prior est debita gratitudo erga eos, qui immenso & non unius, præsertim officio publico occupati, hominis labore historiam

illam

illam è diversis authoribus & Bibliothecis comportarunt. Cur enim non eorum fideli opera in commune commodum ecclesiæ uteremur & frueremur? Præsertim cum centuriarum tredecim volumina nec quilibet sibi comparare, nec etiam quivis legendo evoluere queat. Quamobrem piis & candidis lectoribus gratam me & acceptam facturũ rem persuasum habui, & adhuc habeo, si ea, quæ de Conciliis in tredecim, ut dixi, centuriis admodum copiosè & prolixè congesta & exposita sunt, in breve Compendium redigerem, unoq; intuitu perlustranda exhiberem. Deinde verò adversarii, Bellarmini, ratio habenda fuit, cui centuriæ Magdeburgenses sudes sunt, quod dicitur, in oculis, quas nusquam non suggillat, allatrat, cavillatur. Ne igitur disputationis cursum prolixa commemoratione eorum, quæ in centuriis habentur, interrumpere necesse foret: Idcircò commodissimum esse visum est, si σύνοψιν istam præmitterem, ad quam, quoties opus sit, redire animum q; reflectere possemus.

Tertius denig; scrupulus, qui mihi quidem videbatur, est, quod quispiam de ordine per-

ne percontari posset. Usitatissima siquidem & naturæ accommodatissima methodus est, ut falsa, & , quæ nobis adversa sunt, prius refutentur, postea ea, quæ vera, suis fundamentis & rationibus confirmentur & explicentur.

Quid enim res quælibet sit, melius non intelligitur, quàm si ostendatur, quid ea non sit, vel quod non illud sit, quod esse vulgò existimetur.

Et sanè me non latet, hunc ordinem non modò Aristotelem alios q. Philosophos, sed Divum etiam Paulum in suis epistolis, adeoq. ipsum Salvatorem in suis concionibus observasse, ut erroneas opiniones prius ex animis hominum evellerent, & postea demum veritatis solida fundamenta sternerent. Quo minus autem eam disputationis seriẽ hîc observare potuerim, causa hæc est: quod video, illam rationem, qua à refutatione ἀντιθέσεως acceditur ad θέσεως assertionẽ, tunc quidem locũ habere, cum de re mediocriter nota disseritur: ibi n. falsæ hominum de eius natura & proprietatibus opiniones prius redarguendæ, & deinceps veritas de illa astruenda est. Quando verò

res

res ipsa, de qua disputatur, vel penitus incognita, vel longius à notitia hominum remota est, ibi, ne de re prorsus peregrina disceptare videamur, necessitas ipsa flagitat, ut σκιαγραφίαν & qualemcunq; totius negotii, quod in controversiam venit, descriptionem præmittamus. Quod quidem in hoc argumento eò magis faciendum fuit, quòd totum penè est historicum, cujus fides & notitia aliunde quàm ex annalibus & historiarum monumentis depromi non potest, de qua etiam contrariæ adversariorum sententiæ dijudicari nullo modo queunt, nisi historia prius sit exposita. Hortulanorum itaq; & Vinitorum consuetudinem imitari debui, qui arbores vites q; prius plantant, & tum demum enatos stolones superfluos q; ramos averruncant: quod etiam agricolis in usu est, qui sementem faciunt, antequam runcationem instituant.

Verùm enimverò hæc per se ita sunt plana & certa, ut otio abundare viderer, si plura de ijs verba facerem. Ita q; orationem abrumpo. Tibi verò, amice Lector, libellos hosce, κατασκευαστικὸν, ἴσαγωγικὸν, καὶ ἀνασκευαστικοὺς in timore Domini juxta infallibilem

fallibilem scripturæ canonem legendos, censendos, usurpandos committo. Quod in illis utile bonum q. inveneris, (sicuti profectò veræ orthodoxæ fidei ἀνάλογα & consentanea esse spero omnia, quæ affero,) pro eo unà mecum æterno Deo gratias ages: si quid occurret, quod commodiùs dici rectiusq. explicari debuisse vel potuisse existimabis, cogites, quæso, eum, qui stat in littore, longè melius animadvertere, in quam partem navis inclinet, quàm qui illa vehitur.

Piis autem & modestis ingeniis semper in auribus sonat Pauli sententia: Nolite ante tempus judicare 1. Cor. 4. & iterum illa, μηδὲν ποίει κατὰ πρόσκλισιν, nihil fac secundum affectuum inclinationem 1. Tim. 5. Nam cum Sycophantarum generatione, quæ pro dentibus gerit gladios, & cuius dentes sunt arma & sagittæ; (calumniatores intelligo,) negotium mihi nunc non est, sed cum candido lectore, quem huc usq. alloquutus sum. Quemadmodum etiam adversarios veritatis non moror, quibus non placere sed displicere ut debeo, ita ex animo cupio.

Te

Te verò, candide & pie Lector, divinæ tutelæ & protectioni commendo. Bene vale. Dedi VViteberg æ die XXVII. Augusti, Anno Domini M. DC.

Salomon Gesnerus
S. S. Theologiæ Doctor
& Professor.

GENERALIS TRACTATIO DE CONCILIIS

comprehensa thesibus & præparationis loco præmissa.

CAPVT PRIMVM,

De nomine, origine & descriptione Synodorum.

Thesis I.

QVemadmodum historia Evangelica clarè ostendit, Pharisaicam colluviem tempore Christi impias suas de rebus divinis opiniones, doctrinæ cœlestis corruptelas, superstitiosos cultus, figmenta de operum meritis, de purgatorio, de corporali regno Messiæ & similibus, diabolicas item & sanguinolentas contra Christum & Apostolos consultationes & molitiones, non scripturæ fundamentis, quibus omninò destituebantur, sed partim majorum traditionibus, partim Synagogæ & Synedrii Iudaici decretis fulcivisse: Matth. 5. 10. 15. 22. 26. 27. 28. Ioh. 11. Act. 4. 5. 6. 22. 23.

2. Ita postremâ hac mundi ætate tota Papistici principatus & tyrannidis, idolomaniæ, & horrendarum superstitionum moles, duabus istis columnis innititur, quarum una est Patrum, & maximè Scholasticorum, quos posteriora & inquinatiora secula tulerunt, authoritas, nec nõ ἄγραφοι traditiones, altera Conciliorũ Romanensium decreta: Id quod ex omnibus Pontificiorum scriptis luculentissimè apparet.

3. Alia autem suo tempore & loco dabitur de patribus agendi occasio. Nunc de Conciliȳs dicere propositum est, & ita quidem, ut veram Conciliorum naturam, authoritatem, usumq́, scripturæ testimonȳs & orthodoxorum, tùm Conciliorum, tùm Patrum suffragȳs, non justi tractatus amplitudine, sed brevissimo thesium quasi fasciculo compræhensam, explicemus & confirmemus, uberiorem singulorum explanationem, nec non refutationem papisticarum de Conciliȳs traditionum, quæ perspectâ veritate apud animum pietate imbutum ultrò evanescunt, in sequentium trium librorum scriptionem reservaturi.

4. Ac ut tota synopsis futuræ de Synodis disputationis à principio statim in con-

conspectu sit, complectar eam septem sive quæstionibus, sive capitibur. *Prima erit de Nomine & Origine Conciliorum: Secunda de Partitione eorundem, Tertia, de Vtilitate, Quarta, de Necessitate, Quinta, de Authoritate quoad scripturam, Sexta, de Certitudine, Septimo, de his, qui convocare, quiq; interesse debeant.* *Propositio disputationis.*

5. Vt igitur primò de Origine & nomine Synodorum dicatur, citra omnẽ controversiam verum est, congressus ecclesiasticos religionis ergò diviniq; cultus causâ in populo Dei inde ab initio usq; mundi semper in more fuisse. *Synodorum origo in populo Dei.*

6. Nam ut de primorum parentũ in Paradiso cum Deo colloquiis, deq; patrum ante diluviũ, familiæq; Noæ in arca congregatione nihil dicam, certè in familijs Patriarcharũ, & cùm Israëlitica gens in 12. tribus accrevisset, conventus, qui statis temporibus oppidatim & vicatim fiebant, & maximè in Sabbathis, usitatissimi fuerunt; De quibus sacris congressibus Iacobus Act: 15. ait: Moses ab antiquis generationibus per civitates singulas habet, qui ipsum κατὰ σαββατον in Synagogis seu congressib9 omni Sabbatho legendo interpretantur: ubi per Synagogas non tam loca, quàm populi conventum concionemq; intelligit Apostolus. *Congressus Ecclesiastici semper in populo Dei fuerunt usitati.*

7. Hebræi eos conventus aliàs à tempore, aliàs ab hominum cætu denominare solent. A tempore quidem indunt ecclesiasticis congressibus nomen, & vocant מוֹעֲדִים, id est, Solemnes conventus, certo tempore publicè indictos, à יָעַד quod est publicâ authoritate indicere & significare, sicut novilunium à Sacerdotibus clangore buccinæ significabatur Num: 10. Psal. 74.

8. Ab hominum autem frequentia appellatur talis concio עֵדָה cœtus, & aliàs quidem de bonorum, aliàs de improborum congregatione: Sicut de colluvie Coræ & seditiosorum Num: 16. Psal. 106.17. Psal. 1. similiter ea vox usurpatur. Sed hîc de ejusmodi συναγωγαῖς & congressibus non agimus.

9. Propius ad Synodicos conventus accedunt ternæ illæ anniversariæ Israëlitarum in unum locum, divinitus destinatum, congregationes, quarum una in paschatos, altera pentecostes, tertia tabernaculorum solennitate fiebat, ut à Domino mandatum est, Exod: 23. & 34. Deut: 16: Ter in anno apparebit omne masculum coram Domino.

Tres anniversarij cõvent9 Israelitarum ad solennia festa.

10. Iosephus eam legem lib. 4. ἀρχαιολογίας cap: 8. exponens sic ait: In sacram urbem

urbem & templum ter in anno conventus fiat Hebræorum ex universa eorum ditione.

11. Addit etiam ibidem duos fines istorum congressuum, ut nimirum, quo ad Deum, conjunctis votis Domino gratias agant, pro acceptis beneficijs, & porrò in futurum invocent: deinde quoad ipsos, ut σωιέντες ἀλλήλοις ἢ σωευωχόμενοι πρὸσφιλῶς ὦσι, id est, congressu ac convivijs mutuam alant benevolentiam.

12. Vtitur autem vocabulis valde emphaticis, ad concordiam & fraternam conversationem exprimendam. Nominat enim πρὸσφιλίαν mutuam animorum conglutinationem, ὁμιλίαν conversationem, ἐπιμιξίαν commixtionem, κοινωνίαν communionem, quæ videlicet ijs propter eadem sacra intercedebat.

13. In eiusmodi festivitatibus, quæ ad aliquot dies extendebantur, illam, quæ cæteris erat solemnior, vocabant עֲצֶרֶת à majori congregatione & frequentia, quam vocem septuaginta interpretes reddunt per nomen ἔξόδιον. *Exodium apud Septuaginta interpretes.*

14. Exodium autem ad σύνοδον & συνόδιον quàm proximè accedit, eiq; ἀντιστρεφομένως, reciprocè, correspondet: Cùm plurium in unum locum σύνοδος, con-

gressus, fieri nequeat, nisi præcedat eorundem è propriis locis egressus seu ἔξοδος.

15. Et extat vox ἔξοδος Deut. 16. 8. Levit. 23. 36. 2. Par. 7. 9. Hieronymus 2. Par. 7. collectam vertit, videlicet populi, R. P. Lutherus congregationem, alij festum Retentionis, quæ omnia eòdem respiciunt.

16. Neq; obscura est translationis ratio apud Græcos: Iubentur enim indicatis in locis Israëlitæ vacare ab omni servili opere, seq; totos à domesticis curis & occupationib9 abstractos divino cultui dedere: exeundum proinde illis fuit, tùm animo tùm corpore, ab ædibus, inq; templo sacris invigilandum.

17. Nam quod alij opinantur, ἔξόδιον more Græcorum à carmine quodam, quo gentilium sacra finiebantur, dici, prorsus ab Israëlitica religione alienũ est.

18. Nec etiam illorum ratio sibi constat, qui ἔξόδιον dictum volunt, quòd festa exodia fuerint in recordationem exodi ex Ægypto habita.

19. Etsi enim quædam ejus fuerunt generis, utpote Pascha & festum tabernaculorum, adde Pentecosten, alia tamen, verbi gratiâ, Encænia templi Salomonis

2. Par.

2 Par. 7. Ioh. 10, & dies Phurim, id est, sortium, Esther 9. & similia festa subsequentibus ætatibus instituta, cum exitu illo nihil commune habuerunt, & nihilominus exodia nuncupata fuerunt.

20. Certum itaq; est, in solemnioribus & frequentioribus populi ad sacra conventibus, præsertim tribus illis anniversarijs festis, & in solennitate dedicationis templi 2. Par. 7. diem eum, qui celeberrimus erat, Græcos nominasse Exodium, à majore tùm frequentia tum solemnitate.

21. Quin etiam Lucas cap. 2. ipsum cœtum ad festivitatem ejusmodi Hierosolymam confluentẽ συνοδίαν nuncupat, quæ vox à Synodo solâ terminatione differt. *Synodia.*

22. Ex quo sanè perspicuũ est, non omninò verũ dicere Bellarminum, quod lib. 1. de Conc. cap. 3. ἁπλῶς negat, Synodi appellationem vel in veteri vel in novo Testamento reperiri.

23. Verùm enim verò conventus isti ecclesiastici, etsi è diversis locis fiebant, magnaq; omnium ordinum, sacerdotalis, politici, plebei frequentiâ constabant, Synodi tamen propriè vocari non possunt, eam ob causam, quòd ad discendam & exercendam, non disceptandam religionem conventum fuit. Hoc

Synodi proprium quo ab alijs congressibus differt.

24. Hoc enim Synodi proprium est, quo ab alijs congressibus distat, quod in ea judicium de vera falsaq; religione vel disciplina & ritibus ecclesiasticis, juxta præscriptum verbi divini instituitur.

25. Ejusmodi autem conventus in populo Dei haud rarò sunt habiti, quoties videlicet à prophanis opinionibus & gentilium idololatricis superstitionibus vel immediatâ Dei providentiâ & mandato, vel piâ ducum, judicum, regum, prophetarum curâ, animi hominum repurgandi fuerunt.

Synodus domesticæ ecclesiæ Iacobi.

26. Ac simile quid habet illa convocatio, quâ Iacobus patriarcha de Sichem mandato Dei in Bethel migraturus, familiam suam congregat, acceptaq; ab illis idola sub quercu defodit Gen. 35. Sed fuit hæc unius, licèt amplissimæ, familiæ reformatio.

Synodus ad montem Sinai.

27. In integro populo diversarum tribuum primus Moses comitia, repurgandæ religionis ergo, instituit, Dei jussu, cùm lex in monte Sinai divinâ voce inter tonitrua & horrendas tempestates promulgaretur, & populus solenni ritu testamentali uni vero Deo astringeretur, Exod. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

28. Ita

28. Ita cùm Aaron suâ μοχοποιΐᾳ populum, in Ægyptiorum idololatriam alioqui propensum, seduxisset, Moses de monte à colloquio cum Domino reversus, congregavit omnem turbam filiorũ Israël, deq; novo veræ religionis & cultus divini capita illis exposuit, Exod. 35. Vbi quidem in hebræo textu habetur verbum קָהַל quod est καλεῖν convocare seu congregare, & nomen suprà expositum עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל cætus filiorum Israël. Græci per συναθροίζειν & συναγωγὴν reddiderunt. *Synodus propter μοχοποιΐαν Aaronis.*

29. Porrò cùm Moses diẽ mortis suæ instare ex Domino didicisset, comitia prius universæ multitudinis coëgit, in quibus duo sunt acta, quòd videlicet dux populi brevissimam totius legis Synopsin carmine heroico, ut Iosephus censet, comprehensam illis ediscendam proposuit, & tandem testamentali benedictione curriculum suum concluſit. Deut. 31. 32. 33. *Synodus Mosis emortualis.*

30. Bis autem in eodem capite 31. Deuteronomij repetitur verbum ἐκκλησιάζειν, quo hebræum קהל Græci reddiderunt.

31. Nam versu duodecimo Moses Iosuæ & Sacerdotibus injungit, ut septimo

quolibet anno, qui sit annus remissionis, in festo Scenopegiæ, congregent universum populum, viros & mulieres, & filios & advenam, eisq; legem Domini prælegant & exponant. ἐκκλησίασαι inquit, id est, ecclesiam seu cœtum convoca.

32. Et deinde versu 28. Moses ait: ἐκκλησιάσατε πρός με, congregate ad me tribuum principes, & doctores vestros, ut loquar in auribus eorum omnes sermones istos.

Synodus Iosuæ.

Chenosim Syri videntur habere à græcis: siquidem utriusq; dictionis Chenosim & Synodi magna similitudo.

33. Pari studio Iosua cùm senuisset, & jam jam diem migratioes suæ instare animadverteret, Synodum universæ nationis in Siloh agri Sichemitici, propè quercum, ubi Iacob suam familiam repurgaverat, Gen: 35. convocavit, & abiici jussis idolis, iterato fœdere illam Domino devinxit Ios: 24. 1. 26. & 18. 1. Vbi habetur verbum אָסַף quod est congregare, pro quo Chaldæus paraphrastes utitur כְּנַשׁ unde nomen כְּנִשְׁיִם quod Syris Synodum & comitia denotat, estq; frequentissimum in Thargumicis versionibus.

Synod9 Samuelis.

34. Et Samuel sancto Spiritu plenus cùm ad gubernacula divinitus vocatus accederet, populũ in Misphą congregat, habi-

habitaq; concione ab omni idololatria eum discedere jubet, quod cùm feciſſent, hauſtaq; & effusâ coram Domino aquâ pœnitentiam ſuam teſtati eſſent, Dominus acta comitialia inſigni miraculo cõfirmavit, hoſtibus Philiſtinis fulmine & tempeſtate cæſis, 1. Sam. 7. Hic quoque conventus συναθροισμὸς & συναγωγὴ vocatur.

Synodi Davidis.

35. Horum exemplum fideliter imitatur David, ideoq; cùm ſub tyrannide Saulis cultum Dei neglectum, & religionem varijs ſuperſtitionibus corruptam videret, ſtatim ſub initium regni ſui Synodum, conſilio cum ſenioribus communicato, indixit 1. Par. 13. ἐξεκλησίασε δαυὶδ τὸν πάντα ἰσραὴλ, congregavit David omnem Iſraël.

36. Et iterum cap. 23. cùm officia Sacerdotibus & Levitis diſtribueret: ac ſub finem vitæ, cùm Salomonem regni ſucceſſorem jam deſignaſſet, ſinceræ religionis ſtudiũ magno Zelo toti multitudini commendavit, 1. Par. 28, 29. Quibus in locis idem verbum ἐκκλησιάζειν & ἐκκλησία à Græcis uſurpatur.

Synodus ſub Iehoſ.

37. Salomon templum dedicaturus, populumq; ad conſtantiã in propagatione veræ & incorruptæ religionis adhortaturus,

turus, omnes tribus Hierosolymam cegit 1. Reg. 8. ἐξεκλησίασεν ὁ βασιλεὺς σαλομὼν &c. congregavit Rex Salomon, &c.

38. Et ea quidem in historia, sicut 2. Paral. 7. 9. extat, Synodus hoc pacto describitur: Et fecit Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israël cum eo, Ecclesia magna valde, &c. Et fecit in die octavo Exodium, quoniam dedicationem altaris peregerat septem diebus.

Synodus Eliæ & Achabi.

39. Temporibus impij regis Achabi Dominus prophetam Eliam excitavit, ut abrogatâ Baaliticâ idololatriâ verũ Dei cultum reduceret. Propheta proinde Dei jussu regem adit, postulans, ut universam gentem suæ ditioni subjectam congregaret, eodemq; etiam Baaliticorum sacrorum antistites & patronos venire juberet. Obtemperavit Achab & Synodum coëgit. Quo autem miraculo genuinus Dei cultus declaratus, & à superstitioso distinctus fuerit, ex historia notum est 1. Reg. 18. Vtuntur & hic Græci verbis συναθροίζειν & συναγαγεῖν.

Synodus sub Iehu.

40. Iehu quoq, ad reformationem Ecclesiæ divinitus excitatus, συναθροισμὸν universi populi, omniumq; sacrificulorum

rum Baalis convocavit, in quo illos miro stratagemate interemit, & Baalem è medio sustulit, 2. Reg. 10.

41 Posthac pij reges, Asa, 2. Par. 15. & Iosaphat 2. Par. 20, populum in publicis congressibus ab idololatria ad veram religionem iuxta legis divinæ sententiã & normam revocârunt: nec non Ezechias 2. Par. 30, & Iosias 2. Par. 30 34. 35. & deinceps à captivitate Babylonica reduces Esdras in lib. Esdræ 10. Nehẽ. 8. *Synodi aliorum piorũ regum.*

42. Ex hac historica commemoratione nõ exigua lux toti disputationi accedit. Hinc enim primò discimus, in veteri Testamento vocatas fuisse ἐκκλησίας convocationes seu evocationes, item ecclesiasticos omnium ordinum totius regni συναθροισμούς conventus, seu συναγωγὰς cœtus, qui nunc appellantur σύνοδοι.

43. Deinde patet, quid illi congressus fuerint, seu quomodo describendi sint, quod nimirum Synodici congressus nihil sint aliud, quàm tales conventus, in quibus publica omnium ordinum, vel certè præcipuorum capitum è singulis ordinibus alicuius regni seu provinciæ, deliberatio, de abusibus religionis tollendis, de falsa doctrina abolenda, & sincera restauranda, suscipitur. *Brevis & compendiaria descriptio Synodorum in populo Dei.*

44. Ter-

Synodi convocatæ in veteri Testamento à magistratu.

44. Tertiò videmus, potestatem convocandi & cogendi ejusmodi ἐκκλησίας inde ab initio usque non fuisse penes sacerdotes, vel episcopos, sed penes Mosen & Iosuam, Duces populi, deinde penes judices & reges, adeò ut Elias quoq; Propheta Idololatrici & impij regis Achabi opem in convocando populo & citandis Baaliticis sacrificulis implorare necessum habuerit.

45. Quartò quid in illis conventibus sit tractatum apparet, quod nimirum aliàs corruptelæ religionis abrogatæ, aliàs disciplina ecclesiastica redintegrata fuerit.

46. Quintò, quod non ad unius, vel Regis vel Sacerdotis, aut Pontificis præscriptum & placitum, neque secundum ἀγραφους traditiones, sed juxta expressum Dei verbum obortæ controversiæ sint decisæ.

47. Sextò, quod non soli Sacerdotes, sed etiam reges & populus liberam voti facultatem habuerint.

48. Septimò, quòd adversarij quoque veritatis, utpote Baalitæ in Synodo sub Achabo congregata & alij aliàs sufficienter sint auditi.

49. In novo Testamento piorum quoque congressuum ecclesiæ hinc inde fit mentio

mentio: Verbi gratia, Maria, Elisabetha, Zacharias Hebrone conveniunt Luc. 1. parentes Christi, Anna, Simeon in templo Hierosolymitano Luc. 2, magi ad cunabula Christi cum muneribus accedunt, Matth. 2. Christus, Iohannes & alij in baptismo Christi congregantur Matth. 3, Christus iterum cum præcipuis antesignanis triumphantis & militantis ecclesiæ in sancto monte, Matth. 17. *Congressus piorum in novo Testamento.*

50. Sed hi similesq; congressus ac colloquia piorum multas ob causas Synodi & Concilia propriè sic dicta appellari non possunt, etsi quandoque Scriptores ecclesiastici in latiore significatione nomen usurpantes ita loquuntur.

51. In primo Conciliorum tomo aliquot numerantur Concilia, quæ Apostolorum tempore sint celebrata, sed rem rectius examinanti apparet, etiam inter illa pleraque ita esse comparata, ut nomen istud propriè non sustineant. *Concilia apostolica latiore significatu apellata.*

52. Nam congregatio illa Apostolorum Actor. 1. ubi in Iudæ proditoris locum Matthias eligitur, & illa Actor. 4, ubi Petro & Iohanne à senatu Pharisæorum reversis, tota multitudo ferventissimis precibus DEUM invocat, & illa Actor. 6, ubi septem Diaconi eliguntur,

guntur, & denique illa Actor. 21, ubi Paulus apud Iacobum Hierosolymorum episcopum cum presbyteris colloquitur, pro Synodis propriè sic nuncupatis haberi non possunt, id quod cuivis requisita & circumstantias Conciliorum perpendenti, & ad congressum Apostolicum Act. 15, ubi vera est Synodus, conferenti liquidò apparet.

53. Nullum proinde evidentius Synodi exemplum in novo Testamento habemus, quàm istud jam indicatum Act. 15, in quo omnia ea animadvertere licet, quæ nos paulò antè de Conciliis explicanda proposuimus. Ideoq; in singulis postea capitibus ad hoc Concilij Apostolici exemplar recurremus.

Atque hæc de origine & appellatione Synodorum in vestibulo disputationis dicta sint.

CAPVT II.

De partitione Conciliorum.

Thesis I.

JAm ad Conciliorum partitionem quod attinet, dupliciter illa dividuntur, primò quidem suâ naturâ, deinde amplitudine seu frequentiâ.

2. Natu-

2. Naturâ & authoritate suâ triplicia sunt Concilia: Alia enim sunt Canonica, qualia in veteri Testamento à Mose, Iosua, Davide, Salomone aliisq; priis regibus celebrata, & in novo ab Apostolis unum Act. 15. In his etenim decreta Canonicam authoritatem reliquæ scripturæ parem obtinent, divinamq; habent testificationem, quod non erraverint.

3. Alia verò sunt Ecclesiastica: quæ post Apostolorum tempora in Ecclesia sunt habita, & authoritatem reliquis Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum libris ac monumentis majorem non obtinent, ideoq; juxta Canonicarum Scripturarum & Synodorum censuram regulamq; æstimanda sunt.

4. In his autem alia aliis reperiuntur puriora. Verbi gratia, quatuor illa Oecumenica, & si quæ sunt his similia, in principali quidem scopo & confessione, cujus ergò præcipuè convenerunt, à veritate non aberrarunt, in aliis tamen rebus ipsa quoq; lapsa sunt. Et in Carthaginensi Concilio, quod Cyprianus convocavit, non quidem dubium est, pios fuisse episcopos, nec obstinato protervoq; conatu evertendæ veritatis convenisse, attamen ex insciția hallucinati sta-

tuerunt hæreticos esse rebaptizandos. Idemq; de alijs suo loco in historica Synopsi Synodorum ostendetur.

5. Inde enim apparebit quoq; alia aliis gravius erraſſe. Nam cum errores alii sint evertentes fidei fundamentum, qui scilicet ipsum angularem lapidem Christum & fidem in ipsum labefactare conantur; alij verò præter fundamentum, utpote in adiaphoris aut alijs, quæ Christum Deumq; & fidem non ita principaliter attinent: Hinc patet, multò gravius erraſſe ea concilia, quæ vel in personam vel in officium Christi, inq; alios fidei articulos impegerunt, quàm illa, quæ in rebus adiaphoris alijsque salutis fundamento non comprehensis hallucinata sunt.

6. Ac cùm fidei stabilimentum aliàs hostiliter & directè petatur à diabolica petulantia, duritie & cordis pertinacia, aliàs indirectè per insciciam & imprudentiam, 1. Timot. 1. manifestum etiam illud est, posse eas Synodos, quæ non ἐκ προαιρέσεως veritatem impugnarunt, licèt erraverint, in numero ecclesiasticarum relinqui: eas autem, quæ petulanter veritati contradixerunt, prorsus

ex

ex hoc etiam ordine exterminandas esse.

7. Alia proinde concilia sunt prorsus impia Deoq; adversa & Ecclesiæ perniciosa, cujusmodi fuerunt Pontificum & Pharisæorum conventicula contra Christum & Apostolos celebrata Matth. 22. 26. 28. Ioh. 7. 11. Act. 4. 5. 6. 23, &c. Synodi contra Athanasium Tyri, Hierosolymæ, Antiochiæ & alibi convocatæ, in quibus Arrianorum hæresis approbata est, itemq; Nicena II. iconolatrica & Ephesina II, quam λῃστρικὴν nominarunt, & hodie Romanensium conciliabula.

8. Quas ultimæ notæ Synodos David Psalm. 1. מוֹשַׁב cathedram & consessum לֵצִים, hoc est, illusorum, qui Deum hominesque ludibrio & risui habent, & עֲצַת רְשָׁעִים consilium malignantium, Psalmo autem 26. קְהַל מְרֵעִים Ecclesiam malignantium appellat.

9. Quod autem Bellarminus lib. 1. de Concil. cap. 4. quadrupliciter Concilia distinguit, ut sint quædã prorsus approbata, quædam penitus reprobata, & quædã partim approbata, partim reprobata, nonnullaq; nec approbata nec reprobata, ea in partitione inanis lusus cum manifesta falsitate adhibetur.

Quadripartita distinctio Conciliorum Bellarminiana.

10. Falsum enim est, ea demum Concilia probari debere, quæ Romano Pontifici placent, cætera, quæ displicent, rejici oportere, cùm Canon, iuxta quē spiritus omnium conventuum examinari debent 1. Iohan. 4, non sit Romanus ille Cacus, Sed S. Scriptura, Act. 15. Esa. 8. 2. Pet. 1. Deut. 30. Roman. 10. Galat. 1. Ioh. 5.

An dari possit concilium nec probandum nec improbandum.

11. Ridiculum verò est Concilium reperiri, quod nec probari nec improbari queat, ac planè idem, ac si quis diceret, opiniones quasdam esse, quæ nec veræ nec falsæ sint. Nam si una eaq; minimè dubia, sed certa perspicua & plana est veritatis regula, sacra videlicet Scriptura, fieri non potest, quin ea, quæ cum illa consentiunt, sint probanda, & quæ ab ea dissentiunt, sint improbanda.

12. Sed quia Canon scripturarum Pontificijs videtur obscurus, perplexus, varius, qui ad sensum pontificis sit æstimandus, mirum non est, quædam Conciliorū decreta talia illis esse, quæ nec recipi nec etiam rejici ab ipsis cōmodè queant.

Concilia universalia & particularia.

13. Altera divisio Conciliorum à frequentia & multitudine convenientium emergit, quam Augustinus lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 3. tradit, quod

quod nimirum alia sint PLENARIA, quæ fiant ex universo orbe Christiano, alia minùs plena, quæ per singulas regiones vel provincias colligantur. Illa alioquin οἰκουμενικὰ, hæc μερικὰ vocitantur.

14. Posse autem posteriorem speciem, Conciliorum videlicet mericorum, ut græcâ voce instar latinæ utar, in plures dividuci, non est dubium. Nam in Hispania in Concilio Toletano tertio & quarto à pijs regibo Richaredo & Sisenando, duo fuerunt Synodorum provinciæ Hispanicæ genera instituta. *Duo genera provincialium Synodorum.*

15. Unum quidem nationale totius regni, quoties controversia aliqua fidei oborta ejusmodi conventum majorem flagitaret.

16. Alterum autem provinciale, quod quotannis à metropolitanis in qualibet regni Hispaniæ & Galliciæ provincia celebraretur. Can. 3. Concilij IV. Toletani.

17. Et de eiusmodi provincialibus congressibus loquitur Canon Apostolis assignatus 37, nec non Canon 5. Concilij Niceni, ubi constituitur, ut ob controversias religionis & doctrinæ, vel etiam de alijs ecclesiasticis negotijs obortas, per singulos annos in singulis provincijs *Apostolicus canon de Concilijs bis in anno celebrandis.*

bis episcoporum Concilium fiat, ut simul in unum convenientes ex communi provincia motas quæstiones dignâ examinatione perpendant & decidant: Sic enim ipsi canones loquuntur.

18. Deq; ijsdem in Concilio Antiocheno, quod habitum circiter annum Christi 240. Canon 20. agit, & Gratianus distinct. 18, Leo epist. 4. Concilium Agathense Can. 71, Beda historiæ Anglicæ libro 4. cap. 5, Concilium Toletanum XII. Can. 12, & alij.

CAPVT III.

De utilitate Conciliorum.

Thesis I.

ETsi autem Nazianzenus (de quo ipse viderit) in epistola ad Procopium scripsit, constituisse se ad nullam deinceps Synodum episcoporum proficisci, eò quòd nullam adhuc vidisset utilem & salutarem alicuius Synodi exitum, sed in omnibus, propter consultantium ambitionem & contentiones, res ecclesiæ alioquin laborãtes potius exacerbatas quàm sanatas.

Vtilitates Conciliorũ.

2. Vtiles nihilominus esse Synodos nemo pius sanaq; mente præditus dubitare potest.

potest. Prosunt enim primò ad sinceram doctrinam confirmandam & longè latèque propagandam. Sicut in Concilio apostolico vera sententia de ceremoniali lege Mosis illustrata, & gentium ac Iudæorum Ecclesiis explicata est, Actor. 15. 1.

3. Deinde plurimum etiam faciunt Synodi ad reprimendas hæreses & falsa dogmata, ab errorum patronis disseminata. Quemadmodum in Concilio apostolico Actor. 15. pseudoapostolorum opinio de operum meritis deq; necessitate rituum Mosaicorum refutata & funditus eversa est: & porrò hæresis Arrij in concilio Niceno, Macedonij & Pneumatomachorum in Constantinopolitano, Nestorij in Ephesino, Eutychetis in Chalcedonensi. 2.

4. Vtiles etiam sunt Synodales congressus ad disciplinam Ecclesiæ emendandam. Nam ex Synodica epistola Actor. 15. manifestum est, gentibus ad Christianam fidem conversis in usu fuisse, ut idolothyta ederent, & multi scortationem pro peccato non haberent, idcirco isti mores prohibiti fuerunt. 3.

5. Augustinus epistola 64. de ebrietate in Aphrica nimis frequente conque- *Ebrietas concilio prohibenda.*

rens, in Synodo de abolendo eo malo agi debere censet. Tanta, inquit, pestilentia est huius mali, ut sanari prorsus, quantum mihi videtur, nisi Concilij authoritate non possit. Idem verò nobis in Germania exoptandum esset, ut authoritate publica Concilij vel comitiorum ebrietatis malo occurreretur.

6. Postremò Synodorũ conventus sunt etiam nervi amicitiæ & conjunctionis. Nam si de communi vita rectè testatur ethnicus, multas amicitias dissolvi ἀπροσκοπίᾳ, hoc est, quando mutua desinunt colloquia & conversationes, quantò magis ad dissolvendam, enervandam & abolendam animorum in vera religione concordiam, consensionemq; compendium esse censemus conventuum prohibitionem. Et hoc spectasse Satanam sub tyrannis, Nerone, Domitiano, Trajano, Antonino, Maximino, Diocletiano & alijs, quorum edictis Christianorum congressus gravissimè sunt prohibiti, nullum est dubium.

Synodi sunt nervi amicitiæ.

7. Quin hac causâ se adductum fatetur Constantinus, ut Concilium Nicenum convocaret, apud Eusebium lib. 3. de vita Constantini: *Hæc summa fuit, inquit, votorum meorum, ut frui possem*

sem conventus vestri societate. Quod cùm mihi contigerit, gratiam me Regi hujus universitatis debere confiteor, qui copiam mihi præter alia cuncta benignè dedit, id bonum contuendi, quod pluris est, quàm reliqua omnia: Vos, inquã, in hoc cœtu uniuersos et communem atq; concordem sententiam vestram ut aspicere atque cognoscere mihi concedatur. Sic Constantinus.

3. Et eiusmodi quidem insignes esse Synodalium congressuum utilitates, sive doctrinam sive disciplinam Ecclesiæ spectemus, Satanam non latuit: idcirco per tyrannos concilia quantum potuit semper impedivit. Sicut de Licinio tyranno, qui cum Constantino simul aliquandiu imperium tenuit, Eusebius scribit lib. 1. Vit. Constant. cap. 44, quod legẽ promulgaverit, ut neq; Episcopi inter se de rebus suis communicarent, neq; cuiquam illorum copia esset aliquam Ecclesiam in proximo sitã adeundi, neq; conventus aut concilia aut deliberationes de rebus ad ipsorum utilitatem spectantibus instituendi. Quod quidem callidum fuisse inventum ad evertendam do-

trinæ sinceritatem & Ecclesiæ tranquillitatem ibidem Eusebius prolixè testatur, hanc de utilitate Synodorum adjiciens sententiam: ἄλλως δὲ οὐ δυνατὸν τὰ μεγάλα τῶν σκεμμάτων, ἢ διὰ συνόδων κατορθώσασθαι, quod tamen non de absoluta necessitate, sed de necessaria utilitate intelligi debet, non quod absque Synodis nullo modo de gravib9 fidei quæstionibus iuxta normam verbi cœlestis decerni, sed quod non ita benè & commodè possit.

Papistæ alias causas habent conciliorum.

9. Atque ex his quidem utilitas conciliorum mediocriter animadverti potest. Quod autem Robertus lib. 1. cap. 9. præter jam indicatas causas, ob quas Synodi utiliter convocantur, alias enumerat, papisticum est commentum, & hîc breviter saltem perstringendum.

Schisma pontificum.

10. Existimat enim, Concilia convocanda esse ob schisma ebortũ inter Romanos pontifices. Schisma verò pontificij appellant duorum pluriúmve Romanæ Thaidis rivalium de pontificatu altercationem, qualia extiterunt plurima, & in primis grande illud, XXII, sub Carolo IV. & sequentibus Imperatoribꝰ in quadragesimum usque annum continuatum, de quo Theodorus de Niem

Scriba

Scriba quondam Pontificius, postea episcopus Verdensis libris 4. fusè disseruit.

11. Quòd autem hujus rei causâ non necesse sit Synodos convocare, quatuor constat rationibus. Primò enim ordines, ecclesiasticus, politicus, plebeius, cuiuslibet ecclesiæ jus & potestatem habent communibus suffragijs eligendi & vocandi episcopum, ita ut aliarum ecclesiarum voto non sit opus, ut apparet Act. 1. & 14. Tit. 1. 1. Tim. 4. *Schisma non est causa Synodi.*

12. Deinde vetustissimus Canon VI. Niceni Concilij, qui in Carthaginensi sexto confirmatus est, vult, *ut secundum antiquam consuetudinem Alexandrinus episcopus ecclesiarum sibi subjectarum, & Romanus itidem suburbicanarum*, (ut Ruffinus loquitur.) *tantùm, & non vel iste Ecclesiarum, quæ sunt illius, vel ille earum, quæ sunt hujus curam agat, sed ut quælibet ecclesia sua privilegia, πρεσβεῖα, dignitates & authoritates retineat.* Id autem fieri non posset, si de electione Episcopi Rom. aliarum provinciarum & ecclesiarum episcopi in concilio deliberare deberent. *Limites episcoporum antiquitus distincti.*

13. Ideò id ipsum etiam in concilio Constantinopolitano constitutum est, ne

episcopi

episcopi ad ecclesias, quæ sunt ultra suam diœcesin, accederent, nec ecclesias confunderent, & si quid in provincia qualibet emergeret, provinciæ concilio finiretur, Trip. lib. 9. cap. 13. Et Apostolorum nomine fertur Canon 35, qui sic habet: *Episcopum non audere extra suos terminos ordinationes facere in civitatibus & regionibus sibi non subjacentibus.*

14. Tertiò disceptatio de episcopatibus per se inhonesta & impia est, utpote ex mera ambitione, avaritiâ & similibus flagitijs profecta, à quibus episcopum longissimè decet abesse, 1. Tim. 3. quamobrem res hæc prorsus inhonesta & illicita Concilij non poterit esse legitima causa.

15. Postremò si constare sibi debent Papistarum axiomata, concilium non esse supra sed infra Pontificem, & nullam esse Synodum legitimam, nisi à Papa approbatam. Idcirco nec Concilium erit, quod non est à Papa indictum probatumq; Indici autem non poterit ab eo, qui, ut sit Papa, à Concilio demũ expectat, nec consulta decretaq. ejusmodi confessio Petrinæ sedis dictatorem ullo modo astringent.

16. Huic commentitiæ causæ concilio-

liorum, quam Pontificij excogitârunt, similes sunt aliæ duæ, suspicio nimirum hæresis in Romano Pontifice, & dubitatio de electione Papæ, quæ ijsdem telis profligantur, quibus schisma prostravimus.

An concilia convocanda sint, ut bellum adversus communem hostem suscipiatur.

17. Addunt autem quartam, ob quam concilia convocari debeant, ut nimirum in ijs deliberetur, quo pacto communi hosti Ecclesiæ, & hoc tempore Turcæ, resistendum sit, & sanè hujus generis habita ab illis sunt non pauca, & in primis Lateranensia.

18. Verùm quia armorum usus & defensio corporalis ecclesiæ, verbi & sacramentorum jure divino & humano ademta episcopis, idcirco consultatio de gerendis bellis & occupandis regionibus à conventu episcoporum aliena esse meritò debet, Matth. 26.

19. Et tribus insuper nominibus ab Vrbano, Calixto, Eugenio, graviter peccatum est, quod in hunc finem Synodica decreta de recuperanda terra sancta condiderunt. Primo enim miseri homines inani persuasione singularis meriti, ab unico Christi merito abducti, inq; suorum operum sacræq; militiæ fiduciam erecti fuerunt.

20. Deinde

20. Deinde cùm Christus Luc. 19. & Daniel cap. 9. perpetuam Hierosolymorum vastitatem prædixerint, non alio certè Spiritu præside ejusmodi conciliabula de Hierosolymorum instauratione consultarunt, quàm quo ductore Julianus olim Judæis opes suppeditavit, ut templum suum denuò excitarent, Christiq; vaticinium irritum redderent. Tripart. lib. 6. cap. 43.

21. Deniq; ex quinto decalogi præcepto ea conciliabula impietatis validissimè convincuntur, quòd florem nobilitatis ex occidente trans mare in Syriam Judæamq; attraxerunt, & citra ullam necessitatis causam sævissimis mortibus objecerunt.

CAPVT IV.

De necessitate Conciliorum.

Thesis I.

ATque hæc quidem de utilitate vera fictaq; Conciliorum. Vtilitati autem conjuncta est Necessitas, de qua breviter agemus.

2. Pontificij

2. Pontificij enim & horum Promachus Bellarminus capite 10. libri 1. de Conciliis prolixè disputat, concilia quidem utilia, suoq; modo necessaria, non tamen simpliciter necessaria esse, & nihilominus vel sui oblitus, vel vertiginis spiritu correptus, mox capite 11. ejusdem libri ostendere conatur, aliqua episcoporum concilia simpliciter esse necessaria, eo quod obortæ hæreses alio medio refelli & reprimi nequeant. *Pontificij censent concilia esse necessaria.*

3. Qua in re Calvinianos, & nonnullos alios etiam habet consentientes, qui & ipsi de hæresi nec se nec alios accusati damnative postulant, antequam controversia in publico conventu seu concilio disceptetur. Vide præfationem Orthod. Consens. & Ioan. Sturmij Antipapp. f. 197. *& Calviniani, aliique nonnulli.* NB.

4. Quòd autem hoc falsum sit, ratione & exemplis patet. Ratio quidem est, quia si absque Conciliorum decretis falsa dogmata non possent ex canone scripturæ agnosci, scriptura aut esset obscura, cùm tamen sit lucidissima Psalm. 119. 2. Pet. 1. Deut. 30 : aut ad probandos Spiritus non sufficiens, cùm tamen ad legem & testimonium omnes doctrinas, tanquam ad unicum Lydium lapidem,

lapidem, exigere jubeamur, 1. Ioh. 4. Gal. 1.1. Cor. 3. Esa. 3. Ioh. 5. Matth. 4. & 22.

Hereses variæ in primitiva Ecclesia repressæ absq; conciljs.

5. Exempla verò praxis ecclesiæ suppeditat. Simoni mago, quem Eusebius lib. 2. hist. cap. 14. πατέρα καὶ δημιουργόν, patrem & opificem omnium hæreticorum in novo testamento nuncupat, Petrus Samariæ Act. 8, & postea Romæ, ut narrat Eusebius lib. 2. hist: cap. 12. 13. 14, viriliter & apostolicè se opposuit, nullius Concilij decisione expectatâ.

6. Ita fuerunt ætate apostolorum plurimi hæretici, 1. Cor. 11. 19, & in primis Hymenæus, & Alexander, 1. Tim. 1. 20, Phygellus & Hermogenes 2. Tim. 1. 15, Philetus 2. Tim. 2. 17. Nicolaitæ Apocal. 2, Diotrephes, qui superstite adhuc Iohanne jamdudum φιλοπρωτεύον, id est, primatum ambijt, ut è tertia Iohannis epistola constat; qui tamen omnes eorumq; similes citra Synodi subsidium fortissimè solidissimeq; repressi sunt.

7. Porrò Menander, Ebionæi, Cerinthiani, Saturniniani, Basilidiani, Samosateniani, & multò plures alij impiorum & blasphemorum dogmatum authores ex sola scriptura, sine Conciliorum authoritate, convicti sunt, ut ex Epiphanio, Irenæo

Irenæo & alijs, historiaq; ecclesiastica liquidò constat.

8. Quid opus in re manifesta pluribus? antequam enim ulli essent patres & concilia, judicarunt sancti ex scriptura, in veteri & novo Testamento; cur non nunc quoq; judicarent eo modo?

9. Deniq, contra suppullulantes doctrinæ corruptelas morumq; vitia totis trecentis annis & amplius à nativitate Christi solâ scripturæ armatura, absq; conciliorum exercitu, bene utiliterq; ac sufficienter pugnatum est, usq, ad Constantini Magni Concilijq;que Niceni tempora.

10. E quibus consequitur, si puritas doctrinæ cœlestis in ecclesia per annos trecentos est conservata, & impiæ hæreticorum opiniones solo verbi divini gladio concisæ & excisæ sunt, quòd subsequentibus etiam temporibus idem fieri potuerit, & nunc quoque fieri commodè possit. Si enim nunc hæreses ad scripturæ judicium non possunt agnosci, refelli, damnari, causa detur oportet, cur priscis illis temporibus factum sit laudabiliter, quod nunc fieri nequeat. Causa verò ne fingi quidem potest.

11. Addo autem huic rationi & illam

Hæreses possunt diudicari ex scriptura sine concilijs.

καὶ προσθήκην: Cùm legitima concilia nunquam sint ausa hæresin convincere aliâ, quàm scripturæ censurâ, ipsa utiq, à sua ad solius sacri canonis authoritatem nos remiserunt.

12. Exemplis id constat. Nam Hierosolymitana Synodus Act. 15. pseudoapostolos, Nicena Arrium, Constantinopolitana Macedonium atque Eunomium, Ephesina Nestorium, Chalcedonensis Eutychetem solis scripturis refutavit.

13. Imò, ut istud etiam adjiciam, Si verum est, hæreses non nisi conciliorum κρίσει dijudicari posse, concilium nullum sine alterius concilij authoritate in controversia hæreseos pronunciare audebit, quod quidem cùm in infinitum procurrat, & animos de concilijs ad concilia, & ab his iterum ad alia sine ullo certitudinis termino extendat, vehementer absurdum est.

14. Oportet itaq; alterutrum verum esse, quòd videlicet concilia aut suâ propriâ authoritate, aut scripturæ normâ in dijudicandis controversiis nitantur Suâ verò non debent: quia humanis iudicijs in causa fidei locus non est. Relinquitur ergo, quod scripturam sequantur; ex quo porrò efficitur, si ipsa concilia ex scriptura

ptura hæreſes dijudicant, poſſe etiam citra Concilium ex eadem illas æſtimari.

15. Si enim quis multitudinem obvertat, & contendat, ideo extra concilium dijudicationem hæreſium fieri non poſſe, quod ad eam rem multorum opus ſit conſenſione, redarguit hoc promiſsio Chriſti Matth. 18, ubi duo aut tres ſunt congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

16. Hinc enim conſtat, Chriſtum non modò in magnis eccleſiæ cœtibus, quales fuerunt in œcumenicis concilijs, ſed etiam in duorum triúmve fidelium, qui verâ Chriſti agnitione & invocatione (hoc enim eſt, in ipſius nomine congregari) conveniunt, congreſſu, ſui ſancti Spiritus munere & illuminatione præſentem adeſſe.

17. Adhæc vota & ſuffragia in concilijs non multitudine numeranda, ſed veritate ponderanda ſunt Eccl: 7. Ex: 23. Vt enim multitudo errantium non parit errori patrocinium: Ita veritas inopiâ ac paucitate teſtium non perdit robur teſtimonij. Siquidem in duorum triúmve teſtimonio vero conſiſtit omne verbum, Matth: 18. Deut. 19. v. 15.

18. Salvator ipse summum fidei articulum, quod ipse esset Filius Dei, non equidem multitudine Synedriorum, sed paucitate probatissimorum testium asseruit, cùm diceret Iudæis Ioh. 8. Etiam in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium esse verum. Ego sum qui testor de meipso, & Pater, qui misit me, testatur quoq; de me. Et Ioh. 5. 32.

19. In Niceno Concilio unus Paphnutius scripturæ testimonio episcoporum 318. suffragia cohibuit, ne matrimonio Sacerdotibus interdicerent Sozom. lib. 1. cap. 22.

20. Vnde Augustin. lib. 3. contra Donat. cap. 4. ait, non dubitare se fieri posse, ut in obscura quæstione unus paucive pluribus verius sentiant.

21. Et Panormitanus scripsit: Plus credendum esse uni privato fideli, quàm toti concilio, si meliorem autoritatem vel rationem habeat. Cum quo etiam Gerson consentit, quod plus sit credendum in casu doctrinali unius simplicis non authorizati, in sacris autem literis excellenter eruditi affectioni, quàm Papæ declarationi: & deniq; illud vulgare: Credendum est plus soli Mariæ veraci, quàm Iudæorum turbæ fallaci.

22. Summa

22. Summa eorum, quæ hucusq; dicta sunt, eò spectat, concilia quidem esse utilia, sed ad profligandas hæreses non ita necessaria, sicut Pontificij & Calviniani falsò opinantur.

CAPVT V.

De authoritate Conciliorum.

Thesis I.

DE authoritate Conciliorum videndum restat: quæ quidem dupliciter consideratur, tùm respectu scripturarum, tùm etiam sui ipsius. Quando Concilia cum scriptura conferuntur, quæstio est, an è scriptura de conciliis, an vero è conciliis de scriptura statui debeat. Ac Pontificij quidem non dubitant conciliis patem cum evangelijs & scriptura authoritatem tribuere. Nam Gregorius epist. 24. lib. 1. Reg. jam olim scribere non est veritus, quod habetur distinctione 15. *Sicut sancti Evangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suspicere & venerari me fatcor. Et Gratianus distinct. 19. can. in canonicis, &c. affirmat, epi-*

Pontificij concilia exæquant evangelijs.

stolas Pontificum decretales numerari debere inter scripturas canonicas; & dist: 20, can: Decretis &c. statuit, Conciliorum canones eiusdem esse authoritatis cum epistolis decretalibus. Quare si canones Conciliorum eam habent authoritatem, quam decretales epistolæ, epistolæ vero numerantur inter scripturas canonicas, necesse est, eandem authoritatem conciliorum decretis inesse, quæ sacris literis tribuitur.

2. Etsi autem Bellarminus lib. 2. de Conciliis cap. 12. telum hoc conatur elidere, & Gregorium atque Gratianum excusare, quod neuter illorum decreta conciliorum scripturis exæquaverit, & insuper adductis quinq; discriminibus ostendere, pontificios scripturam conciliis præferre: per merum tamen id fucum & stolidam Sophisticen facit. Dum enim ibidem tradit, scripturæ interpretationem non è scripturis, sed è conciliorum decretis esse petendam, audacius multo quàm vel Gratianus vel Gregorius scripturam hominum sententijs subjicit.

An concilia possint de

3. Falsò autem hanc authoritatem Conciliis arrogari, quòd ipsa de scripturarum interpre-

interpretatione & sentẽtia, prætoriâ potestate, pronunciare & statuere possint, tripliciter apparet, scripturæ nimirum testimonijs, ratione, & patrum ac conciliorum sententijs.

Scripturarũ interpretatione statuere pro arbitrio.

4. Scripturæ testimonia hæc sunt. Paulus Rom. 12. de prophetia, id est, interpretatione vaticiniorũ propheticorum agens, vult eam institui, κατ' ἀναλογίαν πίστεως ad conformitatem fidei, non autem juxta sententiam & decreta conciliorum. Iam fidei firmamentum aliud non est, quàm sola scriptura, 1. Cor. 3. Ephes. 2. Ergo ad scripturam interpretatio scripturæ examinari debet, non ad Conciliorum decreta.

Scriptura per scripturam est explicanda.

5. Ac si credere est genuinam scripturarum sententiã intelligere, & constanter amplecti, de ijs, quæ ad salutẽ sunt necessaria, Ioh. 17. 2. Cor. 4. 3. 1. Cor. 2. 16. Fides autem ex auditu, non quidem hominum & conciliorum, sed solius verbi Dei, Rom. 10. Intelligentia proinde illorum, quæ ad salutem nostram pertinent, non aliunde, quàm è scriptura depromi poterit.

6. Fides nostra non ex hominum sapientia, sed ex virtute Dei proficiscitur, 1. Cor. 2. 5. Eam a. virtutem, quâ fidẽ Deus

in nobis excitat, non per aliud medium, quàm per verbum Deus exerit. Evangelium enim est potentia Dei ad salutem omni credenti, Rom. 1. Ioh. 6, Qui audit & discit, venit ad me, 1. Cor. 1. 11. Ex verbo igitur Dei scripto petendum est, quid pro vero sit credendum & pro falso rejiciendum.

7. Omnia, quæ ad scripturæ interpretationem & usum requiruntur, in quatuor classes distincta sunt à Paulo, 2. Tim. 3. in διδασκαλίαν, veritatis institutionē, ἔλεγχον, falsarum opinionum refutationem, ἐπανόρθωσιν, pravorum morum emendationem, παιδείαν τὴν δικαιοσύνης, honestæ disciplinæ & piæ vitæ informationem. Sed hæc singula jubet nos Paulus petere ex scriptura θεοπνεύστῳ. Nihil igitur desideratur, quod ad intelligendas & rectè usurpandas scripturas pertineat, quod ab illis ipsis peti non possit.

8. Et ibidem dicit Apostolus Timotheo: Sacræ literæ, quas à puero didicisti, possunt te σοφίσαι instituere & eruditum reddere ad salutem. Ad salutem autem eruditum facere, quid quæso aliud est, quàm genuinā verbi Dei sententiam explicare. E Scriptura proinde & ἱερῶν γραμμάτων hæc σοφία petenda est.

9. Addit

9. Addit etiam istud, quòd scriptura θεόπνευς & efficiat hominem Dei perfectum ad omne opus bonum paratum. Si reddit perfectum; non utiq; in ignorantia veræ sententiæ scripturarum illum relinquet, sed mentem ejus verâ intelligentiâ divinæ voluntatis in verbo revelatæ imbuet. Si verò intelligentiæ perfectio aliunde, quàm è scriptura θεόπνευς requirenda, pronunciatum Pauli falsum sit oportet.

10. Præterea si Deus ipse in novissimo judicio & universali concilio Sacrosanctæ Trinitatis omniumq; cœlestium & terrestrium ac inferorum, non ex alio aliquo juris codice, non ex aliis legum tabulis, de omnibus non modò factis, sed etiam doctrinis hominum sententiam pronunciaturus est, quàm è scriptura, sicut Christus ait Ioh. 12. 48, Sermo, quem ego locutus sum, ipse judicabit eũ in novissimo die. Rom. 2. 16. Ioh. 5. 45. Nonne summæ & immanis temeritatis esset, homines sibi aliam judicij normam & regulam fingere, præter istam unicam, iuxta quam in novissimo die de doctrina & fide omnium ab ipso Deo pronunciabitur?

11. Hinc Apostolus Gal: 1. de pseudo-apostolis agens suisq; Galatis ostendēs, quo judicio falsam illorum doctrinam deprehendere, & à veritate cœlesti discernere possint, evangelicum canonem, non Synodorum decreta ipsis exhibet. Si quis, inquit, aliud evangelium prædicaverit, quàm illud quod prædicavimus, anathema sit. Et cap. 6. Quicunq; hunc Canonem (scripturæ videlicet) secuti fuerint, pax super illos & misericordia.

12 Idem Paulus 1. Thess. 4. cùm dicit, Omnia probate, quod bonum est tenete, immediatè præmittit: Prophetias non extinguite; ex quo apparet, quòd ad probanda dogmata opus sit prophetiarum vigore, id est, canonicarum scripturarum, non autem conciliorum placitis.

13. Ita Salvator ipse in disputatione cū Satana Matth. 4, cum Pharisæis Matth. 5, 23. Ioh. 5, 8, 10, & alibi, cum Saducæis Matth. 22. scripturarūm veram & genuinam sententiam non è Synedriȳ aut Conciliȳ cabala, sed è scriptura depromit, & apertè dicit ad Satanam, sic scriptum est, & ad Pharisæos Iohan. 5, Scrutamini scripturas, illæ enim sunt, quæ testimonium exhibent de me.

14. Simi-

14. Similiter Apostoli in Hierosolymitano concilio verum & nativum scripturæ sensum de abrogatione legis ceremonialis & forensis, deq; Christiana libertate nequaquam è Concilij decretis, sed è sola scriptura exædificant.

15. Eodemq; pacto Paulus Rom: 3.4. articulum de justificatione, Rom 9. 10. 11. de æterna prædestinatione, 1. Cor. 15. de mortuorum resurrectione non aliunde, quàm ex scriptura interpretatur.

16. Et Berrhæenses Act. 17. concionibus Pauli examinandis non adhibent Conciliorum placita, sed Mosis & scripturæ infallibilem regulam.

17. Quid quod Deus ipse severè præcipit, ut Legem & testimonium, hoc est, scripturam veteris & novi Testamenti, tanquam unicum ducem sequamur, cum gravissima comminatione, quod is, qui hanc normam sequi recusat, auroræ, hoc est, æternæ beatitudinis lucem nunquam sit aspecturus? Ies. 8. *Controversiæ religionis è scriptura non ex hominũ traditionibus sunt decidendæ.*

18. Quid quod Salvator ἐντάλματα & traditiones hominum execratur Matth. 15, nosq; ab ijs ad scripturam revocat, & præter se solum non vult à nobis quenquam audiri magistrum? Matth. 23. & 17. Iohan. 10.

19. Petrus

19. Petrus ait 1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur ut λόγια & eloquia Dei: è Dei proinde ore hauriendum est, quid de Deo ejusq; voluntate sentiendum sit.

20. Idem Petrus 2. Petr. 1. nos à privata ἐπιλύσει & interpretatione scripturarum avocans, & disertè asserens prophetiam non esse privatæ interpretationis, jubet attendere firmo prophetico sermoni, & ait, illum lucere, mentesq; nostras illuminare, instar lucidissimæ facis in tenebricoso loco splendentis. Quare qui sensum scripturæ indagare vult, facem istam habeat præviam oportet, de qua etiam David Psal. 119. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine.

21. David Psal. 119. 99. rejectis doctoribus & senioribus soli verboDei tribuit suam in divinis sapientiam: Super omnes doctores meos intellexi, quia testimonia tua meditatio mea sunt. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi. Quare doctorum & seniorum judicio præferenda scripturæ infallibilis sententia.

22. Et Psal. 19. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis, præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Intelligentiã proinde scripturæ testi-

testimonia Domini suppeditant, & mentis nostræ oculos præcepta Domini illuminant.

23. D. Iohannes ep. 2. 10. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, non recipite eum in domum, & salutem ei non dicite. Nulla igitur scripturæ interpretatio audienda, quàm è verbo Dei deprompta.

24. Paulus in eandem sententiam Rom. 16. 17, Adhortor vos, fratres, attendere ad illos, qui dissidia & scandala præter doctrinam, quam vos didicistis, concitant, & declinate ab illis. Quicquid igitur à scriptura alienum venditur, rejiciendum est.

25. Et vnde Iosua, Samuel ac cæteri sancti homines interpretationem librorum Mosis acceperunt? è conciliorum & patrum decretis illam habere non potuerunt, nec extabant alia scripta: Ideoque ex ipso Mose Mosen exponebant.

26. Philippus Act. 8. Eunucho Candaces reginæ Æthiopum locum Esa: 53. explicaturus, non à Concilijs, sed, ut Lucas clarè dicit, ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης ab hac scriptura initium capit evangelizandi Christum.

27. Ve-

27. Vetus erat Iudaica opinio, quæ in ipsorum scholis, Synedriis, & conventibus invaluerat, quam etiam Apostoli mordicus tenebant, Christum non moriturum, sed regnum terrenum inchoaturum Ioh: 12. Matth. 16. & 18. Luc. 22 & 24, & hanc opinionem inde illi hauserunt, quod arreptis scripturæ sententiis, quæ de regno Christi loquuntur, eas carnaliter exposuerunt, & testimonia de Messiæ passione & morte neglexerunt. Christus hac de quæstione genuinam propheticorum oraculorum sententiam discipulis traditurus, non in medium adducit Concilia, sed Mosen, psalmos, prophetas Luc. 24.

28. Quin etiam summè contumeliosum in scripturam, si illa obscura, conciliorum vero decreta perspicua esse statuuntur? Nam scriptura est lucerna lucēs in caliginoso loco 2. Pet. 1. & Evangelium non est opertum, nisi in iis, qui pereunt, quorum mentes Deus hujus seculi, utpote infidelium, excæcavit 2. Cor. 4.

29. Et quā fraudulenter Pontificij Concilis & Papæ arrogēt authoritatem interpretādi scripturas, quā ipsi scripturæ adimunt, hinc etiā potest animadverti, quod poscētibꝰ nobis, unde certi esse possimꝰ,

Papam

Papã & cõcilia hanc facultatẽ habere, ad scripturæ suffragiũ confugere nõ erubescunt. Nã si è scriptura certò illi & indubitanter colligunt, Papam & concilium debere de scripturæ interpretatione statuere, cur nos è scriptura nõ liquido animadverteremus, solã scripturã seipsã explicare? Nam si illic scriptura est clara, cur hic esset obscura? Si verò obscura est in stabilienda nostra assertione, quomodo potest esse dilucida in confirmanda illorum opinione?

30. Hæc sunt scripturæ firmamenta, quibus secundò astipulatur talis ratio, itidem è scriptura petita. Si humanum aliquod scriptum, sive testamentum, sive quodcunq; aliud non debet aliunde æstimari & explicari, quàm ex seipso, diligenter videlicet partibus ac circumstantijs inter se collatis & ponderatis: quanto minus divina scripta ex hominum opinionibus judicare concessum erit.

31. Prius constat gemino Apostoli testimonio Nam 1. Cor. 2. ait, quid sit in homine, id est, cogitationes & mentem cujusq;, intelligere neminem, præter ipsius proprium spiritum. Nam si cogitationum quisq; suarum optimus & solus verò est interpres, quid ni etiã verborum,

sive

sive vivâ voce, sive scripto comprehensorum explicator esset omnium certissimus?

32. Idem verò Apostolus Gal: 3. ait, hominis testamento neminem quicquã de suo assuere audere: ἐπιδιατάσσεσθαι enim est aliquid adjicere hoc titulo, quasi ipsum quoque testamento διατασσόμενον sancitum esset, cùm tamen tale non sit. Idipsum hoc pacto jam olim concluſit D. Basilius in oratione de fide, ut mox subjiciam.

In Oecumenicis conciljs iuxta scripturæ canonem controversiæ sunt disceptatæ.

33. Huc deniq; pertinent quatuor Oecumenicorum Conciliorum exempla & patrum testimonia. Nam in Concilio Niceno controversia erat de scripturæ sententiâ, utrum illa Christum æterno Patri pronunciaret ὁμοούσιον; id verò ita esse Niceni patres non ex aliquo Concilij decreto, quod habere non poterant, sed ex accurata sententiarum scripturæ collatione firmissimè collegerunt. Idemque de cæteris tribus manifestum est. Nam in concilio Niceno ita Constantinus patres alloquitur apud Theodor. lib.

„ 1. cap. 7. *Evangelici & Apostolici libri & vete-*
„ *rum Prophetarum oracula* PERSPICUE *nos*
„ *erudiunt, quæ oporteat nos de Deo sentire, abjectâ*
„ *igitur contentione dissidiorum ac bellorum effectrice*

VER-

VERBIS DIVINITVS INSPIRATIS

solutionem eorum, quæ quæruntur, accipiamus.

34. Vnde Hilarius lib. 4. de Trinitate ait: Intelligentia dictorum ex causis sumenda est dicendi: & lib: 3. Dictorum intelligentia aut ex præpositis, aut ex consequentibus expectetur, lib. 8; Fides non ex nostro arbitrio, sed ex dictorum est ineunda virtutibus: lib. 5, Ex verbis sensum sequamur, & ex sensu rationem intelligamus, & ex oratione veritatem apprehendamus. *Scripturæ interpretatio non aliunde quàm è scriptura peti debet.*

35. Idem Hilarius lib. 1. Trinit: optimus lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quàm imponat, & retulerit magis, quàm attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem persuaserit intelligendum.

36. Basilius M. de Spiritu S. cap. 1. Amphilochium vehementer laudat, quòd in dissertione de rebus divinis non afferat suas aliorúmve opiniones, sed quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutetur, & ostendit hanc veram esse rationem interpretandi scripturam.

37. Idem in oratione de fide tem. 2.

pag. 194. Manifestus est fidei lapsus, & liquidũ superbiæ vitium, vel respuere aliquid eorum, quæ scriptura habet, vel inducere quicquã, quod scriptum non est, cùm Dn. noster Iesus Christus dicat: Oves meæ vocem meã audiunt; & præmiserit: Alienum autẽ non sequuntur, sed fugiunt ab illo, quoniã non norunt vocem alienorum. Et apostolus per humanum exemplũ vehementer prohibeat aliquid in divinis scripturis vel addere, vel demere, cùm dicit: Hominis testamentũ corroboratũ nemo reprobat, &c. Gal. 3. Quod si hominis testamento tantus defertur honos, quanto major deferendus est testamento Dei?

38. Tertul. in lib. de præscriptione hær. Nobis nihil licet ex nostro arbitrio indulgere, sed nec eligere, quod aliquis de suo arbitrio induxerit. Apostolos Domini habemus authores, qui nec ipsi quicquã de suo arbitrio, quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.

39. Bernhard. ad fratres de monte Dei. Quo spiritu scripturæ sunt factæ, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam sunt intelligendæ. Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonæ intentionis spiritum ejus imbiberis. 40. Vn-

40. Vnde Augustinus de scalis paradisi quatuor gradus constituit, quibus ad scripturarum intelligentiam pervenire liceat, diligentem lectionem, accuratam meditationem, devotam orationem, & denique assiduam contemplationem eorundem scripturæ dictorum. Nam ut dicit Bernhardus, leviter admissa, leviter recedunt de memoria, & fortuita ac varia lectio non ædificat, sed reddit animum instabilem.

41. Et præclarè in hanc sententiam Origenes in Matth. homil. 25, Hieronymus ad Theophilum, Augustinus, epist. 48. 111. 112, de util. cred. cap. 2. de moribus eccles. lib. 1. cap. 1. & alibi, Cyrillus in Iohannem lib. 8.

42. Inprimis autem huc pertinet, quòd gravissimè scribit Augustinus libro 2. contra Donatistas de baptismo cap. 3. Quis nesciat sanctam scripturam Canonicam tam veteris quàm novi testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi, ut de illa omninò dubitari & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptura esse constiterit?

43. Et denique Hieronymus in epistola Gal. Spiritus sancti doctrina est, quæ canonicis literis prodita est, cõtra quam si quid statuunt Concilia, nefas duco.

44. Ex quibus omnibus concludo, quod proposueram, conciliorum authoritatem non eminere supra scripturam, nec scripturæ parem, sed multis modis inferiorem esse. Nam scriptura per se certa est, Conciliorum autem decreta tum demum approbari debent, quando cum analogia fidei & hypotyposi sanorum verborum consentiunt.

45. Si objiciant, ut solent, libros Canonicos ab Apocryphis judicio Ecclesiæ distinctos esse, ideoq, ecclesiam & Concilium, quod faciem Ecclesiæ repræsentat, de scriptura meritò censere & judicare: Respondeo eam consequentiam tum valituram, cùm probaverint, ecclesiam ex se, ex sese, inquam, suaq; authoritate ac judicio distinctionem canonicorum & apocryphorum induxisse. Iam autem constat, ecclesiam ab ipsis sanctis Dei hominibus, qui spiritu Dei inspirati locuti sunt, 2. Pet. 1. quiq; scriptorum & librorum Canonicorũ secundum Deum authores, & scriptores fuerunt, id accepisse: Verbi gratia, de suis libris Moses,

de suis

de suis concionibus omnes Prophetæ, de suis scriptis Evangelistæ & apostoli testati sunt, hæc monumenta, quæ Ecclesiæ tradiderũt, propria & genuina esse. Paulus certum σημεῖον & signũ omnibus suis epistolis apponit, 2. Thess. 3. 17.

46. Quæro autem, num isti sancti Dei homines suam authoritatem divinæ prætulerint, seq; verborum Dei censores, judices, ac juxta suum sensum interpretes unquam constituerint? Negatur: Nam Paulus disertè ait, Rom. 15.18. Non audeo loqui quicquam præter id, quod Christus operatus est in me. Et quid ait Michæas, 3. Reg. 22. Vivit Dominus, quia quodcunq; dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Imò Bileam pseudoprophetа Num. 23, Num aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus?

47. Fideles verum Deum agnoscunt, & ab idolis distingvunt; num idcirco judicium fidelium certius judicio Dei in scriptura expresso, quo verus Deus à fictitijs numinibꝰ discernitur? Nequaquã.

48. Motus spiritus sancti dignoscunt pñ à suggestionibus carnis & diaboli, ideóne ipsorũ discretio potior eâ, quam ipsius spiritus sancti, qui testimonium perhibet spiritui nostro, Rom: 8? Minimè.

49. Sed quia utrumque habent fideles non ex seſe, sed ex scriptura, ut nimirum Deum verum ab idolis discernere, interque agitationes Spiritus sancti & affectu carnis distingvere queant: ideò authoritas dijudicandi ab hominibus ad scripturam authoremq; scripturæ, Deum, redit.

50. Non enim fideles naturalibus suis viribus, prudentiâ & sapientiâ id præstare possunt: Siquidem φρόνημα σαρκὸς est inimicitia adversus Deum Rom. 8, Et animalis homo non intelligit ea, quæ sunt spiritus Dei, 1. Cor. 2. & caro ac sangvis non revelat illis, Matth. 16. Sed à Deo docti sunt, Ioh. 6. & à Christo, sine quo nihil possunt, Ioh. 15. àq; spiritu sancto ducuntur in omnem veritatem, Ioh. 16.

51. Si illud etiam obtendant, ut consueverunt: Propter quod unumquodq; tale est, illud magis tale est. Atqui scripturæ creditur ob authoritatem Ecclesiæ, dicente Augustino contra epistolam Fundamenti; Evangelio non crederem, nisi me authoritas Ecclesiæ moveret. Ergo scripturæ propter Synodum, quæ Ecclesiæ instar habet, credendum est. Respondetur, primò regulam dialecticam non de quavis causa, sed tantùm de

vera,

vera, propria, per se, totali ac sufficiente subsistere: in ijs, ubi plures concurrunt causæ, locum minimè habet. Non enim quia præceptor facit aliquem poëtam, ideò ipse melior poëta est, nec quia cos acuit ferrum, ideò ipsa ferro acutior, nec quia vinum facit furiosos, ipsum magis furiosum est.

51. Authoritatem verò Ecclesiæ Augustinus non intelligit aliam, quàm quæ est testis & custodis. Ea verò se non illuc extendit, ut testis de sententia scripti sibi concrediti ex suo arbitrio statuere possit. Nam & publico notario committuntur tabulæ testamenti: interpretatio verò tabularum non ab ipsius ingenio & voluntate, sed à testatoris animo & verborum testamenti consideratione dependet.

CAPVT VI.

An Concilia errare queant.

Thesis I.

REstat illud membrum, quæ nam sit Conciliorum in se authoritas, an videlicet perpetuò sint certa & ab omni errore aliena. Bellarminus equidem lib. 2.

cap. 2. 3. 4. 5. multis nititur evincere, Concilia à Pontifice approbata, tàm particularia quàm universalia errare non posse.

2. Quòd autem concilia errare possint, scripturæ testimonijs & exemplis; quòd sæpè turpiter erraverint, historijs ostendi potest.

Concilia posse errare.

3. Nam apud Esaiam cap. 56. omnes speculatores populi sui, qui erant Sacerdotum collegium & Synedrium, nemine prorsus excepto, nominat cœcos, & mutos canes, qui nesciant latrare, qui nihil quicquam noverint, qui nihil sciant, nihil intelligant.

4. Simili universali accusatione totum presbyterium Hierosolymitanum incusat, Iere: 6. A propheta usque ad Sacerdotem quisque sectatur mendacium. Et Ezech: cap. 22. conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, & qui rapit prædam. Sacerdotes ejus violarunt legem meam, & prophanaverunt sancta mea.

5. Ex his & similibus accusationibus totius Ecclesiastici ordinis in veteri Testamento perspicuum est, posse non modò unum aliquem & paucos errare, sed universum collegium & cœtum Sacerdotum,

dotum, licèt in ordinaria sint vocatione, & sedem seu cathedram teneant, titulosque episcoporum, sacerdotum & prophetarum gerant.

6. Ac si certum esset, homines in Concilio congregatos non posse errare, alterutrũ fieri oporteret, ut vel humana conditione superiores fierent, quamprimum in Concilium accesserunt, vel si hic quoq; manent intra hominum sortem, falsum esset spiritus sancti pronunciatum Psal. 116. Rom. 3. Omnis homo mendax, solus Deus verax.

7. Quod si in Concilio omnes essent spirituales, tum equidẽ mentem Domini nossent, 1. Cor. 2. Quia verò plerique sunt carnales, & carnalibus affectibus indulgent: ideò verum quoq; de illis est, quod tradit apostolus: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, neque etiam potest, &c. 1. Cor. 2.

8. Exempla si quis requirat, in promptu sunt Aaron μοσχοποιήσας Act. 7. Nadab & Abihu alienũ ignem offerentes, Levit. 10, Sacerdotes codicem Bibliorum amittentes, 2. Reg. 22. Pharisæi, Hannas, Caiphas, & tota Synagoga, quæ Christi doctrinam, personam & officiũ suis in conventiculis damnavit & blasphemavit,

falsa dogmata condidit, sincerã de Christo doctrinã funditus extirpare conata est, Ioh. 7. 11. 18. Matth. 26. 28. Act. 4. 6. 22. 9. Et nonne CCCC. prophetæ, quos Achabus congregaverat, mendacium ex instinctu diaboli loquuntur 1. Reg. 22, solus Michæas veritatem contra totum concilium tuetur?

10. Neq; ista saltem eorum, in quibus, ut infidelibus, Deus hujus seculi mentem excæcavit, 2 Cor. 4. Rom. 1. 2. Thess. 2, proposita sunt: sed etiam Principis Apostolorum Petri, qui accepto jam Spiritu sancto graviter, licèt non in doctrinæ fundamento, attamen in conversationis sinceritate, & adiaphororum usurpatione, hallucinatus est, secumq; in errorem pertraxit excellentem illum ecclesiæ doctorem Barnabã & alios fideles Iudæos, Gal. 2, & iterum in quæstione de admittendis gentibus Act. 10. ut nimirum constaret, veritatem doctrinæ cœlestis non hominum authoritate niti, neminique defixam esse.

11. Et quæ tandem est Romanensium impudentia, qui suo Pharaoni Spiritum sanctum adeò tenaciter infixum volunt, inq; scrinio pectoris ipsius, & in cerebello juratorum sive Prælatorum sive Pilatorum

torum agglutinatum perhibent, ut errare nequeant, cùm doctor ille gentium, qui evangeliũ suum non ab hominibus neq; per homines, sed immediatè ab ipso Domino IesuChristo in tertio cœlo accepit, vereri de seipso necesse habeat, ne fortè alijs prædicet, & ipse reprobꝰ fiat? 1.C. 9. 12. Et si Pauli tempore super fundamento salutis aliqui quidem aurum, argentũ, lapidem precioſum ædificârunt; alij vero etiam gramen, ligna, stipulam, id est, erroneas opiniones, non tamen fundamentum evertentes, aut vitam Christiano indignam: an hodie Romanensibus id accidere posse negabitur?

13. Erravit ecclesia patriarchæ Tharæ, Nachoris, Abrahami Ios. 24, Iacobi Gen. 32. & 25, Israëlitica diversis temporibus, & maximè cùm sacra Biblia amisisset, 2. Reg. 22, Romanorum Rom. 11. Galatarum, Corinthiorum, Ephesina, Pergamensis, Thyatirensis, Sardensis, Laodicensis, in quibus apostoli docuerunt, & non posset errare Romana Synagoga ejusq; pseudosynodi?

14. Accedit hisce scripturæ tũ testimonijs tùm exemplis consensus orthodoxorũ patrum, sicut Nazianzeni judicium ex epistola ad Procopiũ de Concilijs thes. 1. tertij capitis exposuimus. 15. Cui

Augustinus de errore conciliorum.

15. Cui consentit Augustinus, qui libr. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 3. perspicuè affirmat, concilia generalia quædam priora emendari à posterioribus; & lib. 3. contra Maximinum cap. 14. ait: Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense, tanquam præjudicaturus proferre concilium, nec ego hujus authoritate, nec tu illius detineris: scripturarum authoritatibus non quorumcunq; propriis, sed utriq; communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet.

16. Concilium Chalcedonense à Romano quoq; Pontifice approbari ex Bellarmino & Gratiano dist: 16. patet: attamen Leo in epistola 53. 54. 55. illi errorem in subscriptione Anatolio præstita imputat.

17. Gratianus dist: 50. can. Domino sancto, &c. ait: Quotiescunq; in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cujus aut antiquior aut potior extat authoritas.

Concilia quæ erraverunt.

18. Et Exempla Conciliorum, quæ erraverunt, plura, quàm eorum, quæ veritatem tutata sunt, recenseri possent, si thesium pateretur angustia.

19. E mul-

19. E multis paucula perstringam. In Carthaginensi, cui Cyprianus præfuit, decretum fuisse, ab hæreticis baptizatos denuò esse baptizandos, jam aliquoties est indicatum. *Carthaginense.*

20. Nicenam Synodum etiam pontificij inter approbatas primo loco ponunt, ea nihilominus can: 13. damnavit milites, qui desertâ militiâ fidem Christianam essent professi, posteaq; redijssent ad militiam, licèt legitimam; quod decretum cum sententia Iohannis baptistæ Luc: 3. è diametro pugnat. Taceo de conjugio sacerdotum, quod ibidem prohibitum fuisset, nisi unus obstitisset Paphnutius. *Nicenum.*

21. Sirmiense, Seleucience, Tyrium, Hierosolymitanum, Antiochenum, Ariminense, & alia quædam concilia impium Arrij dogma approbârunt.

22. Ephesina Synodus II. Eutychetis patrocinium contra Orthodoxos suscepit, unde vocata est λῃστικὴ, eò quod impijs decretis ecclesiam Christi deprædata esset. *Synodus prædatoria dicta.*

23. Chalcedonense concilium contra manifesta scripturæ testimonia de conjugio omnibus sine discrimine libero & concesso 1. Cor. 7. 1. Tim. 3. Eph. 5. Ebr. 13. monachis & virginibus monialibus usu matrimonij interdixit. *Chalcedonense concilij error.*

24. Ne-

24. Negari ergo nulla ratione potest, Concilia posse errare, & sæpè erraſſe graviter, ſicut è paucis jam adductis patuit: reliquorum enim commemorationem in hiſtoricam de Conciliis recitationem reſervamus, ubi ex annalium monumentis audiemus, ſuperſtitioſa & impia ſacrificia, oblationes & interceſsiones pro defunctis Synodo Chartaginenſi eſſe invectas, & Synodo Milevitanæ placuiſſe, ne facto divortio perſonæ innocenti iterum matrimonium inire liceret, ſtatuarum & imaginum invocationem Synodo Nicenæ II. acceptam eſſe ferendam, Gregorium, item II. & III. & VII. multa impia in conciliis decreta condidiſſe, transſubſtantiationem & omnium peccatorum enumerationem concilio Lateranenſi, ſacræ cœnæ horribilem illam mutilationem Conſtantienſi, & deniq; aliis Conciliis alios tetros errores in eccleſiam introductos eſſe.

25. Rectè igitur dixit Abbas Panormitanus, d. c. ſignificaſti, col. 12. & 3. ex. de elect. Concilium errare poteſt, ſicut alias erravit ſuper cauſa matrimonij contrahendi inter raptam & raptorem, quando dictum Hieronymi fuit poſtea toti Concilio prælatum.

CAPVT

CAPVT VII.

Quis Synodum convocare & qui assidere debeant.

Thesis I.

QVod de utilitate, necessitate, & authoritate conciliorum hactenus pertractatum est, ad causam finalem, si cum dialecticis loqui lubet, refertur, cui rectè subjungitur causa efficiens, utpote quæ & ipsa extra rem constituta ad περιστάσεις & circumstantias pertinet. Quia vero, quæstio de causa materiali, seu de ijs, qui Synodo adesse, inq; ijs sententiam dicere debent, ijsdem argumentis decidi potest: Idcirco hæc duo problemata hoc postremo capite conjungemus.

2. Ad authorem proinde, seu, ut planius dicam, ad eum, qui cogere & convocare debet concilium, quod attinet, Bellarminus lib. 1. cap. 12. Papistarum sententiam ita exponit, quod concilia diœcesana ab episcopis, provincialia ab archiepiscopis, nationalia à patriarchis, universalia à summo pontifice congregari debeant.

Probare

3. Probare idipsum conatur è dicto Christi, qui vult congressus ecclesiæ in suo institui nomine Matth. 18, in nomine autem Christi congredi Bellarmino significat authoritate Christi congregari, hoc est, ab eo convocari, qui à Christo habeat convocandi authoritatem. Eam verò authoritatem & potestatem Rom. pontifici ac cæteris ipsi iuramento obstrictis archiepiscopis voce Christi ad Petrum Iohan. 21, pasce oves meas, traditam esse opinatur.

Convenire in nomine Christi quid sit iuxta Pontificios.

4. Respondeo si omnes illi, qui authoritate Christi conveniunt, ilico in nomine Christi congregantur, oportet Iudam, qui & ipse à Christo fuit vocatus, in cœtu apostolorum in nomine Christi versatum esse, cum tamen Salvator ipse testetur, eum in nomine Diaboli tanquam eius mancipium adesse, Ioh. 6.

5. Quin etiam necesse foret, illos impios concionum Christi auditores, qui criminabantur, ipsum per Beelzebub ejicere dœmonia, in nomine Christi concioni eius interfuisse, siquidem Marc. 3. 23. scriptum est Christum eos convocasse.

6. Et ex hac deniq; interpretatione sequeretur, omnes, qui vel ab Apostolis, vel eorum successoribus, verbi ministris, authoritate

authoritate sibi à Christo data Marc. 16, Actor. 17. 2. Cor. 5. ad audiendas conciones & usurpanda sacramenta confluunt, in nomine Christi convenire, cum tamen multi nomen Christi si non verbis certè operibus blasphemantes 1. Tim. 6. 2. Pet. 2. haudquaquã in Christi nomine, sed potius in nomine Diaboli se cœtui ecclesiastico immisceant.

7. Manifestum autem est è textu Matth. 18. quod convenire & orare in nomine Christi non tantùm iussionem & authoritatem Christi convocantis, sive id mediatè sive immediatè fiat, sed etiam in convocatis & congregatis veram in Christum fidem, fideique fructus, obœdientiam, humilitatem, studium pietatis, ardorem veritatis, verbi auscultationem ac meditationem complectatur. *Quid verè significet in nomine Christi congregari.*

8. Nam Salvator ijs, qui hoc pacto in suo nomine conveniunt, promittit gratiosam suam præsentiam & precum exauditionem: eam verò sponsionem hypocritæ, impij & vera in Christum fide destituti, sibi vendicare non possunt. Cum preces fiducia in Christum carentes sint βδέλυγμα in oculis & auribus divinæ maiestatis, Matth. 6. Ioh. 9. Scimus quod peccatores Deus non audit, sed si

quis sit θεοσεβὴς Deum piè colens, & voluntatem ipsius faciat hunc exaudit, Ioh. 4. Rom. 14. Ebr. 11. Iac. 1. Psal. 50.

9. Et Christus eandem promissionem de exauditione precũ repetens Marc. 11. clarissimè sic illam conditionem de instituendis in suo nomine supplicationibus explicat: Propterea dico vobis, omnia quæcunq; precantes petiveritis, CREDITE VOS Accepturos, & eveniet vobis, ibiq́, plura de fide eiusq́; efficacia.

10. Adeoq́; verum est, non ilico in nomine Christi fieri, quicquid illius authoritate & iussione suscipitur, ut cum discipuli ab ipso Domino iussi & edocti sæpè precati sint, Matth. 6. Luc. 11. & 18. Matth. 8. Luc. 17. nihilominus verè à Christo Iohan. 16. accusentur precum in VESTRO Nomine neglectarum. Hactenus non petivistis, inquit, quicquam in nomine meo.

11. Etsi enim Apostoli non carebant fide in Christum, precibus tamen illorum hoc deerat, quod extra periculum hactenus constituti, Luc. 22. Matth. 9. Luc. 5. non eo fervore, quem crux excitat Esa. 26. & 28, clamaverant, nec etiam de Christi persona & officio rectè sentie-

sentiebant, sed Iudaica somnia de corporali ipsius regno fovebant, eaque præcipuè in votis habebant, Matth. 18, ut exponit Augustinus tract. 111. in Iohan. & quod denique typis Mosaicis & templo Hierosolymitano mordicus adhæresebant Luc. 21, ut Cyrillus interpretatur: Idcoque in nomine Christi, uti par erat, orasse à Christo negantur. 12. Sed de majore Bellarminiani argumenti sufficiunt ista, quæ liquido evincunt, non statim in nomine Christi congregari, qui ad ipsius authoritatem, mandatum & iussionem conveniunt, sed requiri veram insuper CHRISTI agnitionem, fidem, invocationem, pietatem. Christum enim nemo potest Dominum appellare & nomen ipsius sincerè invocare, nisi spiritu sancto cor ipsius repurgatum sit, 1. Cor. 12. Act. 15. Rom. 8. Ioh. 4.

13. Videamus nunc etiam assumtionem, qua ille asserit, jus, authoritatem ac potestatem convocandi concilia à Christo datam esse Pontifici Romano, & ademtam Cæsaribus, regibus, principibus, laicis. Probationis loco adhibet dictum Christi Ioh. 21, Petre, pasce oves meas. Hinc infert, papam esse *Quid sit pascere oves Christi.*

pastorem, cæsarem, reges, principes ac omnes alios esse oves. ideo illi, non his, convocationem Synodorū competere.

14. Respondeo: si pascere oves Christi significat cum imperio & præcipiendi potestate cogere concilia, ut Papicolæ existimant, eadem potentia omnibus Apostolis & Ecclesiarum pastoribus, cum Petro communis, & non soli Petro propria erit: quandoquidem non minus graviter reliquis verbi ministris, quàm Petro, iniunctum est, ut oviculas Christi fideliter pascant Ioh. 10. Act. 20. Ephes. 4. 1. Pet. 5.

15. Addo & istud, si pascere oves Christi significat concilia cogere, inque iis non modò pro hæreticis proprio arbitratu damnare, quos lubitum est, sed etiam de suscipiendis in communes ecclesiæ hostes bellis, tanquam in comitiis, deliberare, & exercitum conscribere, imò Imperatores & Principes excommunicationis tonitru ac fulmine ecclesiâ, imperio, regnis, provinciis ejicere, omniq, gradu dignitatis deturbare, quemadmodum Papistæ hoc Christi mandatum non tam verbis quàm reipsa exponunt: negligentissimū profectò sui muneris oportet fuisse Petrum, qui, cum

XXV.

XXV. annos, iuxta Pontificios, (quod tamen falsum est) Romæ præsederit, nunquam ejusmodi concilium, id est, terræ motum contra Neronem universæ ecclesiæ hostem, imò generis humani pestem concitavit.

16. Quod autem meræ sint Siculæ gerræ, quicquid Romanenses parasiti de falsissima verborum Christi, pasce oves meas, interpretatione nugantur, id ex unico Petri testimonio abundè constat. Petrus enim Christi loco, tanquam ejus Apostolus, omnibus ecclesiæ doctoribus pastoralem animarum curam commendans, non modò nullo verbulo meminit prætoriæ ac Imperatoriæ potestatis, quæ illi ad tribunal suum Cæsares, & monarchas mundi, reges & principes, summos & infimos citare, jus illis dicere, regna tradere & eripere vel possent, vel deberent, quod Romanus ille Rhadamantus facit, sed potius severè prohibet dominatum in clerum, hoc est, in ecclesiam singulosq, ecclesiæ ordines. 1. Pet. 5.

17. Quemadmodum & Christus tali principatu, Iurisdictione politica ac authoritate mundana omnibus suis discipulis, & inter hos etiam Petro, gravissimè interdixit: Reges gentium dominan-

tur, & magnates appellantur munifici, vos autem non sic: Luc. 22.

18. Certum itaq; est Pontificem Rom. cum suis iuramento sedi Romanæ arctissimè devinctis cardinalibus, archiepiscopis, metropolitanis, episcopis & reliquis sellæ suæ atlantibus ex divino Iure potestatem convocandi Synodum non esse nactum.

19. Quod autem porrò Bellarminus pro obtinendo dominatu Pontificis in congregatione Synodorum adducit eius potentiam, quæ se ultra imperatoriam in eas regiones, quæ Cæsaris ditioni non parent, extendat, indeq; infert, Papam propterea Oecumenica concilia cogere & optimè posse & meritò debere, id partim falsum est, si Christianos in Græcia & protestantes in Germania, Gallia, Belgico, Anglia, Dania, Suetia, Bohemia, Polonia, Vngaria & alijs locis consideremus, quos citare & evocare Papa non magis potest, quàm leones ex India.

20. Partim idipsum Iesuiticum κολάκευμα facti est, quod Papa id sibi, quo jure quave injuria perinde æstimans, vendicat, & propterea nihil in quæstione Iuris concludit: quemadmodum etiam falsò iacti-

sò iactitatus Canon, & Marcelli Leonisq; Pontificum, nec non Romani concilij IV. authoritas, cum sint domestica, tantum habent roboris ad defendendam hanc Papalis eminentiæ arcem, quantam stramineæ hastæ ad obtinendū propugnaculum. Testimonium enim proprium Pontificum in causa Pontificum non attenditur.

21. Profligatâ hoc pacto falsâ Papicolarum opinione, vera sententia indaganda & scripturæ ac piæ antiquitatis testimonio munienda est, quod dum faciam, simul etiam tela in adversam partem validissima projicientur.

22. Etsi autem nostrates, quando de congregatione Oecumenicorum conciliorum differunt, ita sentire videntur, quod jus ac potestatem cōvocandi universales Synodos soli Imperatori adjudicent, ut D. Lutherus in libello de Concilijs, & Electores, principes ac ordines Imperij in scripto protestantium, quo causas exponunt, cur Tridentinum Conciliabulum pro vera Synodo agnosci non debeat, & alibi.

23. Mens tamen illorum non est, quod cæteris Christiani orbis & Ecclesiæ ordinibus sive Ecclesiastico, sive politico,

sive plebejo hac in re nihil omnino juris competat. Hoc enim summè iniquum foret, negocia fidei & conscientiæ, quæ omnes attinent, ita unius hominis potestati subjici, ut unus mandandi & præcipiendi haberet authoritatem, reliquos obtemperandi maneret necessitas. Actor. 4. & 5.

24. Quin potius sua Cæsari ita sunt assignanda, ut, quæ sunt Dei & ministrorum Dei, inviolata maneant, Matth. 22.

In Synodorum congregatione omnes ordines ecclesiæ suas partes habent.

25. Cùm ergo convocatio & celebratio Synodorum sit commune opus totius corporis ecclesiastici, meritò valet regula, Id, quod omnes tangit, ab omnibus curari debet; & proinde in Conciliorum convocatione suum jus habet magistratus politicus, suum ministerium ecclesiasticum, suas quoque partes plebs & vulgus. Papa Nicolaus dist. 96. cap. vbinam &c. fatetur causam fidei non solùm ad clericos, sed etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinere Christianos. Et loquitur ibi, quod probè observandum est, de Conciliis.

26. Nam citandi potestas magistratui, Luc. 22. reliquis assentiendi & obtemperandi inq; medium consulendi, & deniq;

omnibus

omnibus ordinibus verum inquirendi munus & officium competit.

27. Hoc autem de singulis ordinibus scripturæ tùm dictis tùm exemplis constat. Politicus enim magistratus custos esse debet utriusq; tabulæ, Christumq; & veritatẽ Evangelij obvijs ulnis excipere, eamq; tùm alibi, tùm maximè in eiusmodi conventibus testari & tueri, Psal. 2. 24. Esa. 49. Psal. 82. Exod. 18. 2. Par. 20.

28. Sacerdotes suffragium habere in Synodis patet divino mandato: Si difficile & ambiguum judicium incidit &c. veniant ad Sacerdotes, quærantq; ab eis, qui judicabunt judicij veritatem Deut. 17. 2. Par: 19.

29. Et labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore ejus requirent, quia nuncius Domini Zebaoth ille, Mal. 2.

30. Et Spiritus Prophetarum debet esse prophetis subjectus, 1. Cor. 14.

31. Ac si ministrorum verbi est, ut tueantur veram doctrinam & ὑποτύπωσιν salubrium sermonum, sintq; idonei exhortari in sana doctrina & convincere adversarios, eisq; os obstruere Tit. 1. nullibi certè id melius, quàm in Synodo facere poterunt,

poterunt, eaq; de causa à comitijs, ubi veræ doctrinæ patrocinium contra omnis generis corruptelas est suscipiendum, nullo modo excludi debent.

32. Ad ordinē plebejum quod attinet, illorū certè præsentia similiter in concilijs requiritur. Quandoquidē concilia referre debent faciem totius ecclesiæ, nihilq; aliud esse, quā senatus ecclesiast.

33. Ecclesiasticum autem Senatum non possunt repræsentare soli Sacerdotes cum magistratu, sed necessariò etiam aliqui plebei ordinis requiruntur.

34. Nam cùm Christus præcipit, ut obortæ controversiæ, quæ inter paucas privatas personas componi nequeunt, indicentur ecclesiæ, Matth. 18, non solos Apostolos, seu verbi ministros, & magistratum politicum, sed senatum repræsentantem totius ecclesiastici corporis consessum, intelligit: nisi solos ecclesiæ doctores cum magistratu politico velis esse integram ecclesiam.

35. Idemq; Paulus etiam in Corinthiorum ecclesia cum incestuoso observari voluit, 1. Cor. 5. Requirit enim ut συναγωγὴν seu conventum instituant, ad quem licèt ipse corpore venire nequeat, spiritu tamen, id est, seriâ precatione in spiritu

in spiritu & veritate effusa, adfuturum sese pollicetur, & ait, συναχθέντων ὑμῶν, vobis congregatis; quâ voce non soli doctores ecclesiæ Corinthiorum, sed etiam plebs intelligitur: siquidem epistola non solis sacerdotibus, sed etiam plebi inscripta est.

36. Toti autem illi συναγωγῇ omnium ordinum sine alicuius exceptione præcipit, ut incestu pollutum tradant Satanæ ad interitum carnis: Tradere autem Satanæ, quid aliud est, quàm excommunicare? Hem tibi excommunicationis fulmen non modò clero, sed etiam laicis commissum: dic jam suffragium decisivum illis ademptum.

37. Si denique probatio spirituum 1. Ioh. 4. 1. Thess. 5. & pseudoprophetarum aversatio non minus politico & plebejo ordini, quàm ecclesiastico injuncta est, Matth. 7. nec magistratus nec subditi à Conciliis arceri debebunt.

38. His scripturæ testimoniis accedunt etiam exempla. Nam quod ad politicum primò attinet magistratum, commemorata sunt suprà capite primo exempla Mosis, Iosuæ, Samuelis, Davidis, Achabi, Asæ, Iosaphati, Ezechiæ, Iosiæ, qui Synodos in populo Dei indixerunt & authoritate

authoritate politica coëgerunt, idq; vel ad expressum Dei mandatum, vel per peculiarem & arcanam instigationem.

39. Horum exemplum secuti sunt Christiani Imperatores & reges in primitiva Ecclesia. Synodum enim Oecumenicam primam, quæ Niceæ in Bithynia circa annum Christi 325. coacta est, non indixit Sylvester Papa, (utpote qui dudum ad suos patres concesserat,) quod falsò opinantur Pontificij, sed Imperator Constantinus Mag. ut uno ore omnes testantur historici veteres & ἀξιόπιστοι, Euseb. lib. 10. cap. 6. & de vita Constant. lib. 3. tripartita lib. 2. cap. 14. ipsiusq; Constantini literæ, & Concilij testimonium, tom. 1. Concil.

40. Secundam Oecumenicam Synodum, quæ Constantinopoli est habita circa annum Christi 385, contra Macedonium & πνευματομάχους, nequaquam Damasus Papa, sed pij Imperatores Gratianus & Theodosius convocârunt, ut iterum historici in Tripart. libr. 9. cap. 12, & alij alibi, actaq; Concilij perspicuè testantur.

41. Tertiam universalem Synodum, quæ circa annum Christi 436. Ephesi convocata & Nestorio opposita est, non Cœlestinus

stinus Papa, sed Theodosius junior Imperator indixit, coëgit, gubernavit. Tripart. libr. 12. cap. 5. inq; ea Cyrillus episcopus Alexandrinus præsedit.

42. Similiter Chalcedonense Concilium episcoporum 630. anno Christi 455. contra Eutychen, archimandritem seu abbatem sive præpositum Constantinopolitanum, & Dioscorum Alexandriæ episcopum, Martianus Imperator & convocavit, & ut præses rexit, quod ipse in præfatione Concilij dicit.

43. Sic enim Martianus ad congregatos ait Episcopos: Nos ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem exemplo Imperatoris Constantini adesse Synodo cogitavimus, &c. tom. 1. concil. pag 746.

44. Idemq; de se in concilio Oecumenico quinto scribit Iustinianus senior, qui ordine commemorat, quo pacto Constantinus Synodum Nicenam, Theodosius senior Constantinopolitanam, Theodosius Iunior Ephesinam, Martianus Chalcedonensem coëgerit, & ait, se laudatissimorum istorum Imperatorum exemplum in congreganda œcumenica Constantinopolitana Synodo secutum esse, Tom. 1. Concil.

45. Caroli

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNAŃSKIEGO

45. Caroli quoque magni iussu habitæ sunt Synodi minores non paucæ, Moguntiæ, Francoforti, Remis, Turonis, Cabilonis, Arelati. Et Childeberto Francorum rege mandante convenerunt concilia Aureliæ quatuor, II, videlicet, III, IV, V. Reccaredus Hispanorum Rex concilium Toletanum III. congregavit, & ipse unà cum regina Balda præfuit, confessionemq; orthodoxam ad præscriptum sacræ scripturæ & ductum Niceni symboli condidit. Magnoq; numero aliorum regum & principum exempla adscribi possent, si vel opus esset, vel thesium angustia pateretur.

46. Constat igitur, magistratum politicum in convocandis Synodis jus authoritate divina ac humana veterisq; orthodoxæ ecclesiæ praxi acquisitum possidere. Quod autem porrò ordo ecclesiasticus ea in re suum quoque ius habeat, sacræ similiter literæ & ecclesiastica consuetudo planum faciunt.

47. Omitto veteris Israëliticæ ecclesiæ exemplum, in qua tantam fuisse pontificum, sacerdotum ac prophetarũ apud pios reges authoritatem, ut non modò in religionis, sed etiam alijs regni negotijs non facilè absque illorum fideli consilio

filio, quid fuscepérint, extra omnem est controversiam.

48. In novo testamento prima Synodus apostolica Actor. 15. ab Apostolis congregata est. Cum enim quidam è Iudæa descendissent & fratres docuissent, nisi circumciderentur, quod salvari non possent, indeque seditio Antiochiæ & contentio non parva orta esset, Antiochenæ ecclesiæ antistites constituerunt Paulum & Barnabam cum nonnullis alijs Hierosolymam ad presbyteros & apostolos mittere: cumque illi Ierosolymam venissent, suscepti sunt ab Ecclesia, & Apostoli ac presbyteri congregati sunt ad videndum de hoc sermone.

Episcopi & ministri verbi suum quoque ius habent in Synodorum convocatione.

49. Post Apostolorum tempora sub horrenda tyrannorum persecutione idem pij episcopi sunt imitati, & tum quidem nulla fuit hac in parte Romani præsulis præ alijs episcopis prærogativa & eminentia.

50. Cum enim Victor Rom. ep. circà annum Christi 181. Synodum convocasset, inq; ea ob discrepantem paschatos celebrationem Asiaticas Ecclesias damnasset, Vehementiã illius Zelumq; sine scientia cũ multi alij episcopi, tũ inprimis Polycrates & Irenæus graviter vituperârunt. Euseb. lib. 5. cap. 22. 23. Et

51. Et proinde eadem de causa alij episcopi quoq; Synodos collegerunt, utpote Theophilus Cæsareæ in Palestina, Irenæus in Gallia, Palmas in Ponto, in Achaia Bachylus, in Asia Polycrates, quemadmodum etiam apud Ostroënam episcopi convenerunt. Euseb. lib. 5. cap. 23. & in his quidem omnibus non modò authoritas Romani papæ nulla fuit, sed ipsius etiam præceps iudicium & temeraria excommunicandi audacia acriter repræhensa est.

52. Eusebius libro sexto, cap. 32. commemorat sub Gordiano Imp. Beryllum Bostrensem in Arabia episcopum impiã opinionem de Christo disseminasse, cuius rei causa episcopi convenerint, actaque Synodica ad suam usq; ætatem extitisse testatur.

53. Circa annum Christi 252. super quæstione de recipiendis lapsis à Novato mota duæ Synodi in Africa celebratæ sunt ab episcopis, ut ex epistolis Cypriani constat, ep. 54. ad Corn. Rom. episc. 54. Et in epistola 53. commemorat, Privatum veterem hæreticum in Lambesitana colonia, ante multos ferè annos, ob multa & gravia delicta XC episcoporũ sententia condemnatum esse.

55. Idem-

55. Idemq; postea ab episcopis Africanis in quæstione de rebaptizandis hæreticis observatum est, ut scribit Euseb. lib. 7. cap. 1, & à sacerdotio Antiocheno, in controversia Pauli Samosateni, apud Euseb. lib. 7. cap. 27. 28.

56. In tomo primo concil. pag. 187. Synodus episcoporum in civitate Sesuana commemoratur, in qua Marcellinus Romanus Pontifex testibus fuit convictus, quod ex avaritia in gratiam Diocletiani idolis sacrificasset.

57. Et his quidem similia plurima possent colligi, si opus esset. Paucula autem hæc abundè probant, episcopos sub tyrannica crudelitate, cùm ecclesia Christi nondum fideles haberet reges, Imperatores & tutores, exemplo Apostolorum concilia precariò congregasse, quoties necessitas flagitaret, & hac in parte Rõ. Episcopum nihil amplius juris & potestatis habuisse, quàm cæteros.

58. Postquam autem Imperatores ad Christianam fidem accesserunt, non iam amplius episcopi sibi solis jus cogẽdi Synodos, excluso magistratu, vendicarunt, ut facit Romanus Papa: nec etiam Imperatores sua potestate sic usi sunt, ut episcoporum vota & consilia aspernaren-

Concilia de consilio episcoporum convocata.

rentur: sed communibus sententijs ad Synodorum convocationem pervenerunt, relictâ videlicet magistratui mandandi & cogendi potestate, episcopis sententiarum libertate..

59. Nam Nicena Synodus de consilio suasuq; Hosij Cordubensis episcopi & Eustathij à Constantino congregata est, ut apparet ex epistolâ Athanasij ad solitariam vitam agentes, & ex Theodoreti lib. 1. cap. 7.

60. Tempore Constantinopolitani concilij Damaso Papa non fuit auso propriâ potestate episcopos orientales Romam evocare, sed Imperatorijs literis id facere necesse habuit, neque tamen illi Romam venerunt, sed Constantinopoli Synodum celebrârunt. Theodor. lib. 5. cap. 9.

61. Et cum eodem tempore occidentales episcopi Romæ, sicut orientales Constantinopoli, convenirent, non equidem ad Romani Papæ Damasi, sed ad Imperatoris Theodosij mandatum, cum quo Damasus quoque consentiebat, aderant. Theodor. lib. 5. cap. 9.

62. Ephesinam Synodum Theodosius junior, non ad placitum & mandatum Romani Papæ, sed tamen ad petitionem Nestorij Constantinopolitani episcopi, Cyrilli

Cyrilli & aliorum indixit, ut scribit Evagrius lib. 1. cap. 3.

63. Quod deniq; in convocandis Synodis aliorum quoque laicorum, ut Pontificij eos appellant, ratio habita eorumq; vota audita fuerint, sacræ itidem literæ & historiæ testantur.

64. Paulum enim & Barnabam ab Ecclesiâ Antiochenâ missos fuisse ad Hierosolymitanum concilium Lucas clarissimè scribit: οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας: Nam προπέμπεσθαι non modo mitti, sed etiam publico nomine ac comitatu deduci significat, ut apparet Act. 20, ubi Ephesij Paulum ad navim prosequuntur, de quo Lucas ait: προεπέμπομεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πλοῖον, & iterum Act. 21. 5. egressi abivimus comitantibus nos omnibus, cum uxoribus & liberis, (προπεμπόντων.)

Laicorum etiam votum in convocandis & celebrandis Synodis accedat oportet.

65. Ac in Apostolico conventu ius suffragij decisivi, ut cum Bellarmino & Papistis loquar, non fuisse laicis ademtum ex eodem loco Act. 15. 22. manifestum est; sic enim ait Lucas, tunc visum est Apostolis & presbyteris & toti ecclesiæ.

Laici in Concilio Apostolico.

66. Et mox iterum versu 23. Scribentes per manus eorum hæc: Apostoli & presbyteri & fratres, &c: Si enim fratres,

qui nec apostoli nec presbyteri fuerunt, epistolam Synodalem subscripserunt, eosdem liberi voti & decisivi suffragij jus habuisse necesse est, nisi cæcam & futilem subscriptionem illis tribuere velimus.

Concilium Samosateno oppositum.

67. Porrò cum sub Imperatore Claudio, &, qui huic successit, Aureliano Paulus Samosatenus blasphemam suam opinionem contra æternam Christi divinitatem sparsisset, eaq; de causa concilium Antiochiæ congregatum esset, præcipuæ partes in eo consessu fuerunt Malchionis, non equidem Papæ vel episcopi, sed professoris philosophiæ & rectoris scholæ Antiochenæ, ut scribit Euseb. lib. 7. hist. cap. 28.

Simplex laicus constringit & convertit acutissimũ philosophum.

68. Ita quoq; in Nicena Synodo cum Sophistam quendam nullus episcoporum constringere, eiusq; argutias reprimere posset, prodijt tandem laicus quidam simplex, nihilq; minus quàm verborum præstigias edoctus, per quem Deus ostendere voluit, non in sermone & episcopali eminentia esse regnum suum, sed in virtute. Hic enim ita compescuit verbo Dei sophistam, ut non modò mutire non auderet, sed etiam victum se ultrò fateretur, & ad Christianam religionem

nem libenter accederet. Ruffinus lib. 1. cap. 3. Sozom. lib. 1. cap. 17.

69. Et de Constantino testatur Sozomenus lib. 1. cap 19, nec non Eusebius lib. 3. Vit. Constant: cap. 12. 13, & Socrates tom. 1. concil. fol. 263, quod eos, qui scripturæ consentanea dixerant, in confessu sacerdotum laudaverit, qui certandi studio ducebantur, à contentione avocarit, Arrianos unà cum episcopis, tanquam unus ex illorum numero, anathemate percusserit, eorumq; libros igni adiudicaverit. *Constantinus moderatur Synodum.*

70. De assessoribus concilij Chalcedonensis refert Nicephorus lib. 15. cap. 30, una cum episcopis tanquam Iudices præfuisse Synodo magistratus, & qui in summo senatu primas gerebant partes, sententiam quoque dixisse, non solos episcopos, sed etiã principes viros, ibidemque verba eorum adscribit, quibus Dioscorum, Iuvenalem, Thalassium, Eusebium & alios Eutychianos damnarint: Et conciliorum liber in catalogo assessorum prolixam illorum seriem percenset, IUDICES sq; eos appellat. *Viri politici sunt Iudices in Chalcedonensi concilio.*

71. Et his similia de concilio Toletano III. & IV. & V. produci possent, ut de

Mediolanensi, Tyriâ, Seleucianâ nihil dicam. Sed non opus est pluribus. Hinc enim perspicuum evadit omnibus, solos Episcopos aut solos Principes & Imperatores nec convocasse nec gubernasse Synodos, sed aliorum quoque ordinum suffragia admissa fuisse.

Tres causæ ob quas politicorum præsentia in concilijs requiratur.

72. Vtque prudentes & pij politici ac aulici Synodis adhibeantur, gravissimæ quoque causæ sunt. Primò enim utile est summèq; necessarium, tales adesse testes & inspectores, qui episcoporum doctrinam, pietatem, modestiam aliasque virtutes alijs commendare queant. Innuit hoc Constantinus in epistola ad episcopos Tyri congregatos, ubi ait, se Dionysium comitem ideo ad Synodum misisse, ut, quo ordine cuncta fierent, observaret.

73. Deinde possunt illi suâ authoritate contentiosa ingenia compescere. Sicut Leonas illustris aulicus in Seleucensi concilio dicebat, se Synodum dimissurum, nisi episcopi rixandi finem facerent: Sibi enim à Constantio Imperatore mandatum, ut inter se consentienti non autem dissentienti concilio interesset. Vtinam verò in veritate tunc consensissent, & non pro voce ὁμοούσιος dictionem

onem ὁμοιουσίου in gratiam Arrianorum admisissent.

74. Præterea insidias illi citius plerumq; animadvertere & innocentibus consilio & auxilio succurere facilius possunt, quàm episcopi, utpote homines in vita communi exercitati & negotiorum varietate plurima edocti. In historia Synodi Tyriæ refert Theodor. libr. 1. cap. 29. & Sozomenus libr. 2. cap. 25. præfectos, homines aulicos & politicos, inq; his præcipuè Archelaum, cum viderent, quo invidiæ æstu adversarij concitati essent, & quas insidias Athanasio struerent, clàm hunc abduci curasse, eiq; suasisse, ut navigio se committens causam ad Imperatorem deferret.

75. Sed de his hactenus, è quibus septem de Conciliis quæstiones mediocriter patere confido, primò quidem de origine, nomine & descriptione Synodorum, deinde de partitione, tertiò de utilitate, quartò de necessitate, quintò de authoritate, sextò an errare queant, postremò quis eas convocare quique interesse debeant.

76. Nam quæ præterea de officio assessorum, judicum, partium, notariorum, testium, de præside, de processu in Con-

cilijs obſervando, de votorum libertate, de tempore & loco Conciliorum, deque ſumptu, qui in ea fit, & ſimilibus dici poſſunt, ea partim in ſubſequente hiſtorica omnium, quotquot memoriæ proditæ ſunt, Synodorum commemoratione, partim in refutatione Bellarmini patebunt.

LAVS DEO.

LIBER SECVNDVS

In quo historica narratio omnium Conciliorum à tempore Christi usq; ad præsentē ætatem, juxta seriem annorum in centurias digesta & breviter expositа, continetur.

QVæ ad theoriam & generalem notitiam de Conciliis præcipuè pertinere videntur, ea hactenus mediocriter expedita sunt. Vt autem ad refutanda Bellarmini sophismata paratiores accedamus, historia quoq; omnium Conciliorum in conspectu sit necesse est. Illam igitur ex ipsis historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus & tomis Conciliorum eâ serie fide bona colligam, quâ in centuriis Magdeburgensibus prolixe alioquin comportata est, & brevissimè exponam.

CAPVT I.

De primis centum annis post Christi nativitatem.

Quod Apostolorum temporibus multi extiterint pseudoapostoli & hæretici, ad quos tamen reprimendos apostoli non subsidia Synodorum, sed solam scripturam & spiritus sancti efficaciam adhibuerunt, id in præcedente præparatoria disputatione capite quarto est ostensum. Nunc, ut ad sequentia expeditior fiat accessus, breviter quædam illinc repetenda videntur.

Post Apostolorum itaq; tempora nocentissimæ quidem hæreses extiterunt, quæ viventibus adhuc ex apostolico numero quibusdam, & in primis Iohanne, gliscere cœperunt; sed illæ nõ per Concilia sunt damnatæ, scriptis autem luminum Ecclesiæ refutatæ & repressæ.

Simon magus.

Nam Simon Magus omnium hæreticorum post Christi in cœlum ascensionem πατὴρ καὶ δημιουργὸς, pater & opifex, ut ab Eusebio lib. 2. cap. 14. eccl. hist. vocatur, Romæ divinos honores sibi suoque scorto Helenæ vendicare non erubuit. Quem autem Petrus Romæ verbo Dei & precibus confudit ac repressit, ut ibidem commemorat Eusebius lib. 2. cap. 12. 13. 14.

Deinde extiterunt pseudoapostoli, quibus oppositа fuit Synodus Apostolica Act. 15, ut suprà dictum est. Sed

Sed fuerunt ætate Apostolorum alii quoq; hæresiarchæ, utpote Hymenæus & Alexander, 1. Tim. 1. 20, Phygellus & Hermogenes 2. Tim. 1. 15, Philetus 2. Tim. 2. 17. quos autem Paulus & alii Apostoli citra Synodi opem compescuerunt, ut ex epistolis Pauli ad Corinthios, Galatas, Colossenses, &c. apparet. *Hæretici ætate Apostolorum.*

Porrò Iohanne Apostolo & Evangelista adhuc superstite extiterunt Nicolaitæ, à Nicolao, qui unus è collegio septem diaconorum fuit, nomen & originem sortiti, Act. 6, quibus Iohannes se fortiter opposuit, ut Apocal. 2. videre licet. *Nicolaitæ.*

Eodem quoq; tempore Diotrephes ea in urbe, ubi Cajus amicus Iohannis vivebat, primatum affectavit, seu, ut Iohannes ait, φιλοπρώτευον, cui similiter ipse Iohannes se obviam iturum in tertia epistola scribit. *Diotrephes.*

Simonis Magi discipulus & in hæresi propagandâ successor fuit Menander, qui & ipse erat ingenio & moribus Samarites, à quo Menandriani ortum habent, de quibus è Iustini apol. & Irenæo Eusebius lib. 3. cap. 23. & Epiphanius lib. 1. tom. 2. hæres. 22. & Augustinus ad Quodvuld. *Menander.*

Ebionæi. E Menandrianorum sacrilega colluvie orti sunt Ebionæi, qui à paupertate sibi nomen commenti sunt. Nam אביון pauperem & egenum significat. Perinde igitur isti in voluntariæ paupertatis venditatione opumq; ficto contemtu singularem sanctimoniam præ se tulerunt, ut majorum nostrorum ætate monachi. De impiis autem Ebionæorũ opinionibus legatur Eusebius lib. 3. cap. 23. & cæteri authores, Epiphanius videlicet, Augustinus & alii, Irenæus lib. 1. cap. 26.

Cerinthus. Cerinthus Ebionæis fuit σύγχρονος, quem Epiphanius author est Paulo & Petro Apostolis sæpè restitisse: Ac cùm utriq;, Cerinthiani videlicet & Ebionitæ, divinitatem Christi hostiliter impugnarent, coactus fuit Iohannes, Evangelium suum illis opponere, ut annotat Hieronymus de Scriptor. Eccleſiastic. Quo pacto Iohannes eodem cum Cerintho balneo Ephesi uti abhorruerit Euseb. lib. 3. cap. 25. commemorat.

Quo pacto sequenti deinceps tempore è Menandri sentina Saturninus sive Saturnilus, & Basilides emerserint, & ille quidem per Syriam, hîc autem per Ægyptũ virus sceleratissimæ hæreseos disse-

disseminarit, & qua ratione eorum discipuli & successores appellati fuerint gnostici, ἀπὸ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως 1. Tim. 6. id Eusebius lib. 4. cap. 6. & Epiphanius lib. 1. tom. 2. hær. 23. 24. 26. nec non Irenæus exponunt.

Atque ita omnes istæ primâ centuriâ post natum Christum exortæ hæreses absq; Conciliorum decretis feliciter refutatæ sunt, exceptâ unicâ Apostolorum Synodo, Act. 15.

CAPVT II.

De Concilijs secundi seculi post Christi nativitatem.

In altera annorum à Christo nato Centuria Marcion quidem & Cerdon hæresin inchoarunt, nec non alij complurimi, de quibus Epiphanius, Augustinus & alij, sed de nulla istarum sectarum in Concilio actum est, præterquam de controversia Paschatos, ob quam aliquot Concilia provincialia sunt convocata, sub imperio Commodi, circa annum Christi 181. *Marcion. Cerdon. Euseb. lib. 4. cap. 11.*

Concilia habita de Paschatis die.

Synodum igitur Romæ convocavit Victor *Romana.* *Synodus 1.*

Victor Romanæ Ecclesiæ Episcopus, in qua totius Asiæ paræcias, unà cum vicinis Ecclesiis tanquam aliena sentientes, à communionis unitate abscindere conatus fuit. Sed eam Victoris vehementiam cùm multi alij Episcopi, tum in primis Polycrates & Irenæus vehementer improbârunt, ut scribit Eusebius lib. 5. cap. 22. 23.

Papa in primo Concilio errat, & erroris convincitur à gravissimis autoribus.

Tradit autem Eusebius lib. 5. cap. 22. hâc de causâ Concilia esse convocata per singulas quasq; provincias. Nam Theophilus Synodum Cæsareæ in Palæstinâ celebravit, in quâ cujusmodi forma actionis fuerit observata ex epistolâ Theophili (centuria 2. fol. 160. annotata) perspicuè colligitur.

11. Cæsariensis in Palæstina.

Similiter Iræneus in Gallia super eadem quæstione Concilium habuit, & Palmas Episcopus in Ponto, nec non in Achajâ Bachylus, & in Asiâ Polycrates. Quemadmodum etiam apud Ostroënem conventus Episcoporum ibidem memoratur apud Eusebium libr. 5. cap. 23. tom. 1. Concil. pag. 95.

Aliæ quinq; Synodi.

Inprimis memoriâ digna sunt, quæ Irenæus gravissimè ad Victorem scripsisse eodem in loco perhibetur. Cùm enim recitassel discrepantes majorum non

non modò de die Paschatos, sed etiam de duratione festi sententias, ita subjungit: *Et nihilominus omnes isti, etiam cùm in observantiâ variarent, inter semetipsos & pacifici fuerunt semper nobiscum & sunt: nec dissonantia jejunij fidei consonantiam rupit.* *Irenæi orthodoxa sententia de adiaphoris contra Papam.*

Cæterum Eusebius indicato loco in omnibus Synodis, quæ super controversiâ de Paschate eodem tempore congregatæ fuerunt, communiter decretum esse perhibet: *Ne liceat aliquando, nisi in die Dominicâ, in quâ Dominus resurrexit, Dominicum Paschæ celebrare mysterium: atq; in hâc solâ jejunium Paschale solvendum esse.* Ipsius Victoris eadem de re verba in primâ epistolâ, ad Theophilum Alexandriæ Episcopum, tom. 1. Concil. fol. 93, sic habent: *Celebritatem sancti Paschæ die Dominicâ agi debere, & prædecessores jam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solemniter mandamus: quia non decet, ut membra à capite discrepent, nec contraria gerant. A quartadecimâ verò lunâ primi mensis usq; ad vicesimum primum ejusdem mensis diem eadem celebretur festivitas, &c.* *Quando Pascha celebrandum.* *Victor φιλοπρωτεύων mandat orientalibus.*

CAPVT III.

De Concilijs tertij seculi.

Tertia

Gordiani Imp. apophthegma.

Tertia Centuria post Christum natum circa annum Christi 241, sub Gordiano Imperatore, cujus apophthegma fertur: *Miserum esse Imperatorem, apud quem vera reticentur.*

Beryllus Arrianum dogma tradit.

Sub hoc verò Imperatore Beryllus Bostrensis in Arabia Episcopus impiam opinionem disseminavit, Christum antequam homo fieret non extitisse, nec per se personam fuisse. Ejus hæreseos

Synodus Arabica.

causâ convenerunt Episcopi, & acta Synodica ad sua usq; tempora extitisse Eusebius commemorat. Inprimis Origenes vanitatem & impietatem opinionis illius è verbo Dei demonstravit, eoq; Berylum compulit, ut abjectâ perversâ sententiâ ad orthodoxam Ecclesiæ doctrinam rediret. Eusebius lib. 6. cap. 32.

Philippus primus Christianus Imperator.

Gordiano successit in Imperio Philippus, qui cùm Christianus esset, & in die, quâ ultimæ Paschatis vigiliæ servabantur, ecclesiasticæ multitudini jungi desideraret, ab eo, qui tunc Ecclesiæ præerat, prius admissus non est, quam se ijs, qui propter peccata in pœnitentiæ loco constituti erant, conjungeret. Eusebius lib. 6. cap. 33.

Arabici hæretici animas tradũt mori.

Hoc tempore exorti sunt quidam in Arabia, qui animas in hoc præsenti tempore

pore unà cum corporibus mori ac corrumpi, & in futura resurrectione simul cum illis vitæ denuò restituendas dixerunt. Convocatâ igitur etiam ob hanc causam haud mediocri Synodo, rursus vocatus Origenes de quæstione hac ita publicè disputavit, ut mentes eorum, qui antea seducti fuerant, ab errore averterentur. *Alia Synodus Arabica.*

Philippo, cùm annos septem imperasset, successit Decius, qui quoniam Philippo erat infensus, persecutionem adversus Ecclesiam concitavit, &c. Euseb. lib. 6. cap. 38. Anno Christi 252. *Decius tyrannus.*

Cùm in persecutione à Decio excitata multi metu mortis desciviſſent à Christiana religione, Novatus Romanæ Ecclesiæ presbyter superbiâ contra lapsos inflatus, quasi nulla illis reliqua sit salutis spes, etiamsi cuncta ad sinceram conversionem & puram confessionem pertinentia perficerent, propriæ hæresis, eorum videlicet, qui mente tumidi, se ipsos Catharos, id est, puros esse profitentur, authorem se ac ducem constituit. Euseb. libr. 6. cap. 42. *Novatiani dogmatis origo.* *Catharí.*

Super hac quæstione de lapsis ad Ecclesiam admittendis, quando pœnitentiam egissent, Synodos duas in Africa, *Synodi duæ in Africa super quæstione ne Novatianorum*

sive Carthagine, sive alibi (non enim de loco Conciliorum certò constat) habitas fuisse, colligitur ex epistolis Cypriani. Sic enim scribit Cyprianus epistolâ 54. ad Cornelium Romanum Episcopum suo & collegarum, qui eandem epistolam subscripserunt, nomine: *Stabamus quidem jam pridem, frater charissime, participato invicem nobiscum consilio, ut, qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario, & lapsi fuissent, & sacrificijs se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam: & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictum mortis acciperent, &c.* Hæc nimirum sententia in priore concilio Africano placuit.

Altera Synodus Africana priorē emendat.

Quod verò eâdem postea, recrudescente persecutione, in alia Synodo mitigata fuerit, verba eorundem paulò pòst subsequentia testantur, quæ sic habent: *Sed enim cùm videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atq; assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus, plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra Domini colligamus, necessitate cogente censuimus, eis, qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari*

mentari, ac Dominum deprecari à primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium, quod imminet, armari & instrui oportere.

Meminit Cyprianus, in epistola 53. ad Cornelium alterius quoq; concilij Africani, in quo Felicissimus presbyter, ob seditionem & factionem, damnatus fuerit. *Aliud concilium Africanum.*

Et in eadem epistola Cyprianus commemorat, Privatum veterem hæreticũ, in Lambesitana colonia ante multos ferè annos ob multa & gravia delicta X C. episcoporum sententiâ damnatum fuisse. *Aliud concilium Africanum.*

Ibidemq; ait Iovinum & Maximum in Concilio I X. episcoporum & iteratò in Synodo plurium esse damnatos. *Alia duo concilia.*

Istæ Synodi convocatæ & celebratæ fuerunt, non requisitâ Romani præsulis authoritate.

Sed ad Novati controversiam ut redeamus, eodem tempore Romæ sexaginta Episcopi diversarum provinciarum convenerunt, quorum calculo Novatus est condemnatus, & summam decreti Synodici his verbis recitat Euseb. lib. 6. cap. 42, *Novatum unà cum simul electis & sententiæ huic fraternæ dilectioni contrariæ & inhumanissimæ consentire volentibus, alienos esse censendos ab Ecclesia, fratres verò tempore calamitatis* *Romana Synodus in controversia Novati.*

lapsos resipiscentiæ pharmacis sanandos & curandos. Adscribit idem Eusebius epistolam Cornelij ad Fabium Antiochenum Episcopum, in qua improbos Novati mores suis coloribus exprimit. Tribuit enim illi πανουργίαν & fraudulentiam, quâ incautos tres episcopos minis compulerit, ut sibi manus imponerent, & episcopum crearent: tribuit ei παλιμβολίαν & incõstantiam, quòd cùm jurejurando, seu, ut Cornelius loquitur, tremendis quibusdam juramentis affirmasset, nullum se prorsus episcopatum affectare, repentè, velut ex præstigijs quibusdam in medium productus, episcopus apparuerit, in quo facto etiam ἐπιορκία & ψευδολογία perjurium & mendacium inest: accusat ibidem eum, quòd non decente modo ecclesiam ingressus & Christianus factus sit, sed cùm obsessus esset à Satana, jamq; animam agere putaretur, ab exorcistis in lectulo baptismate sit perfusus, nec dum confirmationem ab Ecclesia consecutus: item quòd in persecutione se presbyterum esse negaverit: quòd denique ad Eucharistiam accedentes per corpus & sanguinem Christi jurare coëgerit, quòd sibi adhærere & Cornelio refragari velint. Ait autem Euse-

Novati mores.

πανουργία.

παλιμβολία.

ἐπιορκία.

ψευδολογία.

Eusebius, illum in calce epistolæ catalogum posuisse episcoporum, qui Romæ constituti amentiam Novati condemnarint, additis etiã nominibus illorum, & parœciis, quibus singuli præfuerunt: eorum quoq; , qui Romæ quidem non adfuerunt, per literas autem prædictorum sententiæ subscripserunt, nomina simul & civitates, unde quisque scripserit, commemorasse.

Antiochenum concilium contra Novatum.

Postremò Eusebius libro eodem capite ultimo recitat, Dionysium Alexandrinum scripsisse Cornelio Rom. Episcopo, se Antiocheno Concilio, super eadem Novati controversia congregato interfuisse.

Synodus Romæ vacante sede habita.

Cyprianum, quæ est 31. in ordine, apparet, presbyteros & Diaconos Romanæ Ecclesiæ, post obitum Fabiani Pp. vacante sede, ejusdem negotij causa Synodum convocasse. Vbi forma Concilij probè notari debet. Siquidem mortuo Pontifice fuit habitum, & qui interfuerint, in eadem epistola exprimitur. Sic enim scribunt: *Quanquam nobis differendæ „ hujus rei necessitas major incumbat, quibus, post „ excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani, non- „ dum est Episcopus, propter rerum & temporum diffi- „ cultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & „*

» eorum, qui lapsi sunt, possit cum authoritate & con-
» silio habere rationem. Quanquam nobis in tam in-
» genti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius:
» Ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic: collatione
consiliorum cum Episcopis, presbyteris, diaconis, con-
fessoribus, pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum
tractare rationem. Perquam e. nobis & laboriosum
& invidiosum videtur, non per multos examinare,
» quod per multos commissum videatur fuisse, & unius
sententiam dicere, cùm tam grande crimen per mul-
tos diffusum notetur exijsse, quoniam nec firmum
decretum potest esse, quod non plurimorum videbi-
tur habuisse consensum. Et tom. 1. Concil.
pag. 141. col. 1. adscribitur Cypriani epistola de Concilio LXVI. Episcoporum de eodem negotio.

Concilio Romano interfunt omnium ordinum homines.

Vnus non debet dicere sententiã in communi controversia.

Aliud Concilium oppositum Novato.

Cypriani error.

De rebaptizandis ijs, qui ab hæreticis sunt baptizati.

De hac quæstione, cujus affirmationem Cyprianus magno fervore tutatus est, concilium Carthaginense celebratum fuit, sub imperio Galli, qui Decio successerat, anno Christi 152, ut scribit Eusebius lib. 7. cap. 1.

Carthaginense Concilii errat.

Cæterùm nomina Episcoporum eo in Concilio congregatorum, singulorumq; vota & sententiæ tomo 1. Concil. fol. 143. prolixè recensentur, & in hac Synodo

Synodo hæretica opinio obtinuit, quã etiam Stephanus Romanus Papa probavit, ut scribit Dionysius apud Eusebium l. 6. cap. 4.

Stephanus Romanus Papa anabaptisticæ opinioni addictus.

Quæ fuerit Dionysii Alexandrini & Orientalium de opinione Cypriani sententia, Eusebius lib. 7. cap. 6. indicat. Nam in tertia epistola ex ijs, quas de baptismate scripserat, ad Philemonem Roman. presbyterum inter alia sic mentem suam aperuerat: *Hunc ego Canonem ac typum à beato Heraclio Papa nostro accepi. Ab hæreticis enim venientes, licèt ab Ecclesia defecerint, imò non defecerint, sed cùm illa se egisse putarunt, perditos verò, quòd ad quendam aliena docentem accesserint, ab Ecclesia pepulit, nec admisit, ne orantes quidem, nisi publicè cuncta, quæ audissent ab adversarijs exposuissent, ac tum demum collegit eos, non petens, ut denuò baptizentur.*

Alexandrinus Episcopus vocatur Papa, sicut etiam alijs hoc nomen tributum fuit.

Inq; eadem epistola Dionysius perhibet, se cognovisse, quòd non jam Africani tantum hoc subintroduxerint, sed diu antea episcopis, præcessoribus suis in frequentissimis Ecclesijs ac fratrum Synodis in Iconio & Synadis & apud multos ita visum sit, quorum sententias, inquit, subvertere, illosq; in contentionem & rixam conijcere non sustineo. Non enim terminos proximi tui, quos posuerunt patres tui, transpones, Deut. 19.

Synodi per Iconium & Synadas.

Decio, cùm annis duobus imperio præfuisset, Gallo cum filio Volusiano successit, quibus itidem non ultra biennium imperantibo Galieno substitutus est. Sub imperio autem Galieni, qui persecutionem mitigavit & prorsus inhibuit, ac Christianis templa & cæmiteria restitui edicto publico præcepit, ut habet Euseb. lib. 7. cap: 12. sequentia quoad Concilia evenerunt Anno Christi 261.

Galienus mitior in Christianos.

Hoc tempore Paulus ortus oppido Samosata, quod in Syria ad fontes Euphratis situm est, Demetriano defuncto in episcopatu Antiocheno successit: is humiliter & abjectè contraq; doctrinam ecclesiasticam de Christo sentiebat, nempe quod naturâ communis homo perinde atq; nos sit.

Paulus Samosatenus.

Hujus blasphemæ opinionis causa aliquot Synodi Antiochiæ convenerunt. Vnam quidem sub Galieno describit Eusebius libr. 7. cap: 27.

Synodi Antiochenæ Samosateno oppositæ.

Aliam sub Aureliano, qui Claudio Galieni successori in Imperio surrogatus est A. C. 273, idem Euseb. lib. 7. cap. 28, commemorat, quam nominat postremam & maximam plurimorum episcoporum. In hoc conventu maximè illum in reddendis rationibus lubricum & obscurum

scurum redarguit Malchion, vir præter cætera disertus & sophista, Antiochenæ scholæ in græcis disciplinis moderator, quinetiam propter excellentem fidei in Christum sinceritatem ejusdem paræciæ presbyterio decoratus. *Malchion philosophus redarguit Samosatenum.*

Quod quidem etiam notandum est contra Pontificios, qui suffragia nemini nisi Episcopis vendicant, cùm certum sit, aliquot concilia Antiochensia in causa Samosateni frustrà fuisse habita, eò quod inter Episcopos nemo illius argutias & fraudes in apricum producere posset, usq; dum tandem hic pius Sophistæ prodijt. Nec est quòd quis existimet, Malchionem Sophistam & presbyterum disputantis solummodò partes in eo Concilio sustinuisse. Nam subscriptio epistolæ communis, quæ ab omnibus ibidem congregatis ad Dionysium Rom. Episcopum & Maximum Alexandrinum peractâ Synodo missa est, clarissimè ostendit, Malchionem non minus jus suffragij decisivi, ut appellant, quàm Episcopos habuisse, imò alij quoq; presbyteri & diaconi ei epistolæ subscripserunt, testatiq; sunt, se unà cum cæteris Samosatenum excommunicasse, & Domnum ejus in locũ substituisse, ut postremæ epistolæ habent. *Suffragij jus etiam alijs præter episcopos competere.*

Observa-

Antiochenas Synodos nõ conuocauit Rom. Præsul.

Observari etiam debet, Synodos Antiochenas non authoritate Pontificis Romani, sed communi nomine presbyterij totiusq; Ecclesiæ Antiochenæ convocatas fuisse. Sic enim scribunt ad Dionysium Rom. & Maximinum: *Multos quidem etiam ex remotioribus Episcopis literis nostris ad medendum lethiferæ doctrinæ huc vocavimus, sicut & Dionysium Alexandrinum, & Firmilianum Cesareæ Cappadociæ Episcopum, viros in Domino beatos, &c.*

Samosatenus domo paræciali à Rom. Imperatore pulsus.

Memoria quoq; dignum est, quòd, cùm Samosatenus domo episcopali seu paræciali cedere nollet, Ecclesia Antiochena non Romani Pontificis authoritatem requisivit, quod profectò facere debuisset, si ille in omnes alios episcopos & ecclesias in orbe terrarum jurisdictionem tum temporis obtinuisset, sed potius Galieni, licèt ethnici, Imperatoris opem imploravit, qui etiam ilicò Paulum paræcia ejecit, eique illam domum tradi præcepit, quem pro Orthodoxo Ecclesiæ per Italiam & Romæ & alibi judicassent.

Denunciarunt autem congregati in ea Synodo episcopi depositionem Pauli & vocationem Domni Romano & Alexandrino Episcopis, non quod confirmatio-

mationem vel actorum Synodalium vel recens creati episcopi ab illis flagitarent, sed vt de toto negotio illis constaret, & vt scirent, epistolarum inscriptiones non amplius ad Paulum, sed ad Domnum dirigendas esse, sicut ipsi apertissimis verbis scribunt: *Vobis*, inquiunt, *significauimus, vt huic scribatis, & ab eo communicationis literas* (κοινωνικὰ γράμματα) *accipiatis.*

Sub Diocletiano.

Synodus Sesuana.

Tom. 1. Conciliorum fol. 187. commemoratur Synodus in ciuitate Sesuana vel Sẽsuana in Crypta Cleopatrensi celebrata, cuius nec Eusebius nec alij probati authores mentionem faciunt.

Marcellinus Pontifex erroris & lapsus conuincitur

Ea in Synodo nihil aliud gestum legitur, quàm quòd Romanus Pontifex Marcellinus testibus conuictus est, quòd in gratiam Diocletiani ex auaritia idolis thurificauerit. Cùm enim crimen primò negasset, mox illud fassus est: ac cùm episcopi & presbyteri illud condemnare nollent, sed postularent, vt ipse suo se calculo damnaret, eam videlicet ob causam, quòd dicerent, indecens esse, Romanum Papam ab episcopis & presbyteris, quos ipse creasset,

creasset, judicari: in conspectum tandem 300 illorũ episcoporũ, qui congregati erant, caput cinere obvolutus prodijt, & lamentabili voce exclamavit: Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse episcoporum, quoniam avarus me corrupit auro. Subscripserunt autem cæteri in ejus damnationem, & damnaverunt eum extra civitatem, & Sacerdos nomine Helchiadis clarè dixit: Iustè ore suo condemnatꝰ est, & ore suo anathema suscepit maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim unquam judicavit Pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur à quoquam.

Romanus Papa licet conscius sibi erroris à nemine tamen damnari vult.

Sed quis dubitat, hæc in favorem aulæ Romanæ ab authore librorum de Concilijs conficta esse?

Sabellicus Ennead. 7. lib. 8. adjicit, Marcellinum non modò seipsum condemnasse, sed etiam hoc adjecisse: anathematizo, quicunq; post mortem meam corpus meum sepulturæ tradiderit, affirmans, ob negatam Christi fidem, nequaquam corpus suum sepulturam mereri.

Ac insuper in eo quoq; Sabellici narratio dissidet à recitatione libri Conciliorum.

liorum, quod ille ait, Marcellinum post sacrificationem pœnitentiâ ductum Sinuescam omni cunctatione abjectâ properasse, ibiq; Concilium 118. episcoporum indixisse, & coram illis lapsum suum ultrò confessum esse, ac pœnitentiâ correxisse.

CAPVT IIII.

De Concilijs quarti seculi.

Circa imperium Constantini Anno Christi 308.

Ancyranum Concilium Ancyræ, quæ est Metropolis Galatiæ, ut è Ptolomæo & Plinio constat, congregatũ est, à quo sit convocatum non exprimitur in libro Conciliorum. Verisimile autem est, decem & octo Episcopos, quorum etiam nomina exprimuntur, mutuo consensu convenisse.

Canones constituti in eo sunt viginti quatuor, inter quos primi novem eos attinent, qui idolis gentium, sive persecutione sive quacunq; aliâ causâ adducti, sacrificarunt.

Observatione in primis digni sunt Canones, 10. 14. 19. qui sic habent.

10. Dia-

Diaconis concessum matrimonium.

10. Diaconi quicunq;, cùm ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere uxores, nec posse se cõtinere, hi postea si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quòd his Episcopus licentiam dederit. Quicunq; sanè tacuerunt, & susceperunt manuum impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt.

Delectus superstitiosus ciborum damnatus.

14. De his, qui in clero sunt presbyteri vel Diaconi, & abstinent à carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas contemnant, sed contingãt. A quibus quidem qui abstinere volunt, habeant potestatem: ita tamen, ut si quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non judicent, sed ex his cibum assumant, quamvis à carnibus se abstineant. Quod si in tantum eas immundas & abominabiles judicaverint, ut nec olera, quæ cum carnibus coquuntur, æstiment comedenda, tanquam non consentientes huic regulæ, cessare eos oportet à ministerio & ordine suo. Si quis autem hujus regulæ monitis non obedierit, sed carnes, ut dictum est, immundas & abominandas existimaverit, cessare debet ab ordine suo.

19. Quot-

19. Quotquot virginitatem pollicitam prævaricati sunt, professione contemtâ inter digamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

Adjiciuntur his in libro Conciliorum alia duo capitula, quorum prius agit de homicidiorum administris, alterum de veneficis, è quo sequentia huc adscripsisse operæ precium fuerit.

Illud etiam non est omittendum, quòd quædam sceleratæ mulieres, retrò post Satanam conversæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt & profitentur, se nocturnis horis cum Diana paganorum Dea, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum, equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestæ noctis spatio pertransire, ejusque jussionibus velut Dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo aliquid credit

Veneficæ opinantur se noctu cum Diana & Herodiade obequitare.

posse

posse fieri, aut aliam creaturam in melius aut in deterius mutari aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.

Neocæsareense Concilium, sub Eusebio vel Melciade.

Ex catalogo subscriptorum Niceni & Chalcedonens: Conciliorum licet conijcere, Neocæsareense Concilium celebratum esse in provincia Ponti Polemoniaci: utrobiq; enim primo loco ponitur Episcopus Neocæsareensis. Atq; ut intelligatur, non longè ante Nicenum hoc præcessisse, idē reperitur Episcopus Longinus & hic & illic assignatus. Dicta est autem Pontus Polemoniacus hæc regio sive provincia, à Polemone rege, sita inter Paphlagoniam & Armeniam, clara nunc Trapezunte, imperij Turcici sede ante captam Constantinopolim.

Pontus Polemoniacus.

Decreta ejus Synodi quatuordecim capitulis continentur, è quibus sequentia meritò observantur, utpote ostendentia, qualis ea Synodus fuerit.

Cap: 1.

Cap. I. Presbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. *Conjugium prohibitum.*

Cap. III. De his, qui frequenter uxores ducunt, & de his, qui sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his constitutum, manifestum est: Sed conversatio & fides eorum, tempus abbreviat.

Cap. XIII. Presbyteri ruris in Ecclesia, civitatis episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. *Eucharistia in utraque specie laicis exhibita.*

Synodus Nicena celebrata sub Constantino Anno Christi 325.

Hanc Synodum Oecumenicam non à Sylvestro Romano Episcopo, ut aulæ Pontificiæ assecla & gnathones prodiderunt, (cùm ea non Sylvestri sed Iulii tempore celebrata sit, quemadmodum ex Athanasii apologiis clarum est.) sed à Constantino Imperatore convocatam esse, clarissimi scriptores, Eusebius, Socrates, Theodoretus & alii, uno ore testantur, qua de re in libro tertio pluribus agetur. *Constantinus convocavit Nicenam Synodum.*

Episcopi Niceæ congregati.

Convenerunt autem jussu Romani Imperatoris Ecclesiarum per omnem Asiam, Aphricam & Europam lectissima lumina. Nam ut Eusebius lib. 3. de vita Constantini ait, videre ibi erat Syros, Cylices, Phœnices, Arabes, Palæstinos, Thebanos, Lybicos, Mesopotamios, Persas, Scythas, Ponticos, Galatas, Pamphilios, Cappadoces, Asianos, Phrygios, Thraces, Macedones, Achæos, Epirotas illisq; ulteriores, & Hispanos, non minori numero, quàm eorum quondam fuerat, qui in Pentecoste Hierosolymis convenerant.

Causæ Niceenæ Synodi.

Causæ convocandæ Synodi duæ præcipuè fuerunt: Vna quidem controversia inter Alexandrum Alexandriæ Episcopum & Arrium exorta, de qua Socrates lib. 1. cap. 5 & 6 ita scribit: Disputaverat in conventu quodam aliquando Alexander paulò acutius, (seu exactius potius & accuratius) de divina essentia, cujus unitatem in Trinitate esse dixerat, ubi continuò Arrius, Dialecticus magis quàm Theologus, arbitratus episcopum suum Sabellij dogma, de tribus in unam eandemq; redeuntibus personam, inducere, illis, quæ ab Episcopo suo dicta erant, animo acerbo occurrit, afferens in medium

Arrius dialecticus magis, quàm Theologus.

medium ratiocinationem rationis humanæ magis quàm scientiæ aut fidei: Si Pater, inquit, genuit Filiũ, initium certè suæ essentiæ habebit filius, ac constabit, fuisse aliquando tempus, in quo Filius nondum extiterit. Ex hoc verò rursus sequetur, habere illũ hypostasin ex non existentibus, & hanc quidem disputationem Arrius, velut incendium ex scintilla natum, subitò per universam Ægyptum, Lybiam, Thebaida & vicinas provincias divulgavit. *Arrij Argumentum.*

Alexandrina Synodus ante Nicenam.

Testatur ibidem Socrates, Arrium in frequenti centum episcoporum Synodo, urbe Alexandriâ expulsum esse, eaq; de re Alexandrum vicinis Ecclesiis scripsisse, sicut hæc paucula, quæ subjiciemus, ex illius literis ibidem à Socrate recitatis excerpta testantur.

Excerpta quædam è literis Alexandri ad vicinas Ecclesias.

Dilectis & Venerandiss. Comministris ubi- „
libet per Ecclesias constitutis, &c. Et mox „
præmisso exordio de vinculo concordiæ & pacis, hæc subjungit: *E nostra* „
paræcia progressi jam sunt viri iniqui & hostes „

Arrius Antichristi præcursor.

Christi, ἀποστασίαν docentes, quam rectè quis Antichristi præcursum esse putaverit, & dixerit. Volebant autem hujusmodi malum silentio tradere, ut
» in solis apostatis consumeretur, & non aliis quoq; locis simplicium aures inficeret. Quoniam verò Eusebius, qui jam Nicomediæ episcopatum tenet, malum hoc à se non excussit, sed apostatis istis patrocinatur, & ad quosvis scribens eos commendat, necessitate impulsus sum, ut non sileam amplius, sed causam hanc omnibus vobis significem.

Et paulò pòst de ipso Arrii dogmate
» ita scribit: Quæ verò præter scripturas excogitarunt & loquuntur, hæc sunt, Deus non semper
» Pater fuit, Sed fuit aliquando tempus, quo Deus non erat Pater. Verbum Dei non semper fuit, sed factum est ex non existentibus. Deus enim existens eum, qui non erat, ex non existente fecit. Quapropter fuit aliquando tempus, quando non erat:
» Est enim Filius creatura & factura.

Arrius negat Christi æternam Deitatem.

Et post aliqua de actis Alexandrinæ Synodi ita scribit: Hæc itaq; dicentes eos, qui cum Ario faciunt, & his impudenter adhærentes, unà cum assectatoribus ipsorum, nos quidem, cum Episcopis per Ægyptum & Lybiam propè centum numero existentibus in unum congregatis, anathemate percussimus, &c.

Arrius in Synodo Alexandrina ante Nicenam damnatus.

Tandem verò commemoratis scripturæ fundamentis, quibus contra Arrium sit pugnatum, versutiam & fraudulentiam

lentiam Arrianorum ita depingit: *Cùm Arrius Alexandriæ hæc diceremus, ac scripturas divinas explicaremus sæpenumerò eos prostravimus. Verùm illi denuò perinde ac Chamæleontes sese mutarunt, illudq; sibi ipsis appropriare contenderunt, quod scriptum est, Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit.* Non potest autem opinio Arrii aliunde melius addisci, quàm ex ipsius literis, quas Eusebio Nicomediensi Episcopo, patrono suo præcipuo, in hanc scripsit sententiam, ut Theodoretus lib. 1. cap. 4. & 5. & Epiphanius lib. 2. tom. 2 hæresi 69. testantur, ubi inter alia hæc habet: *Alexander maximè nos infestat ac persequitur, & omne malum contra nos movet, adeò ut fugarit nos ex urbe velut homines impios, quoniam non consentimus ipsi publicè dicenti, semper Deus, semper Filius: Simul Pater, simul Filius: Coëxistit Filius ingenito cum Deo: semper genitus, ingenito genitus, neq; cogitatione neq; momento quodam præeminet Deus Filio: semper Deus, semper Filius, ex ipso Deo Filius, &c.* Et huic quidem orthodoxæ Alexandri doctrinæ mox suam impiam & blasphemam opinionem ita opponit: *Nos autem quid dicimus ac sentimus, & docuimus & docemus? Quod Filius non est ingenitus, neq; pars ingeniti, juxta ullum aliquem modum, imò neq; ex subjecto quodam, sed quod voluntate & consilio sub-*

Exscriptura inde ac Chamæleontes sese mutarunt, illudq; sibi ipsis appropriare contenderunt, quod scriptum est, Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit. Blasphemiæ Arrii prostratus.

exhibit sententiam Arrii.

» *fistit ante tempora & ante secula, plenus Deus uni-*
» *genitus, inalterabilis: & priusquam genitus est, aut*
» *creatus, aut decretus, aut fundatus, non erat: In-*
» *genitus enim erat, persecutionem autem patimur,*
» *quòd diximus, Principium habet Filius: Deus ve-*
» *rò sine principio est, propter hoc fugamur, & quod*
» *dicimus, ex nihilo est.*

Idemq; dogma Arrij ex alijs ejus literis, quas suo sociorumq; suorum nomine ad Alexandrum Alexandriam remisit, clarissimè patet, sicut eas Epiphanius loco indicato, lib. videlicet 2 tom. 2. hær. 69. ascribit.

Eusebius Nicomediæ fuit patronus Arrij.

Nactus autem est (ut jam dixi) Arrio insaniæ suæ nobilem & perpetuum patronum Eusebium, qui id temporis Nicomediæ in magna authoritate erat, eò quòd ibid. Imperator esset, Qua de causa multi Episcoporum Arrianis delicijs dementati fuerunt.

Arriana cõtroversia religionem in contemptum adduxit.

Et commemorant historici, non modò summam perturbationem Ecclesiæ hinc exortam, verùm etiam totam religionem in contemtum apud plerosque & maximè aulicos adductam fuisse.

Hæc res cùm pij Imperatoris animum magno dolore afficeret, de idoneis remedijs invalescenti malo adhibendis sollicitè cogitavit. Et principiò quidem

dem virum pietate, eruditione atque authoritate celebrem, Hosium Cordubæ in Hispania Episcopum, literis suis instructum, Alexandriam ad componendum dissidium misit. Exemplum earum literarum apud Eusebium lib. 2. de vita Constantini, cap. 63, & apud Socratem lib. 1. cap. 4. extat, è quibus placet paucula quædam subjicere, ut appareat, quomodo Theologicæ controversiæ, licèt de rebus maximi momenti exortæ, in aulis extenuari & derideri soleant. Sic enim scribit inter alia Constantinus literis ijsdem Alexandro & Arrio inscriptis: *Cognovi*, inquit, *hinc facta esse præsentis quæstionis primordia, quando tu Alexander à presbyterus quæsiviſti, quidnam quisq; illorum de loco quodam in lege scripto, imò magis vana quæstionis cujusdam particula, sentiret, & tu Ari incircumspectè in medium attuliſti, quod vel initiò non cogitandum, vel cogitatione conceptum silentio convenienter tradendum erat. Vnde factum est, ut dissidio inter vos excitato & irritata sit Synodus, sanctiſſimus populus in utriusq; vestrum partes sciſſus ab harmonia communis corporis secesserit.*

Hosius Cordubæ episcopus.

Constantinus Imperator controversiam Arrij extenuat, & sine discrimine utramq; partem ad concordiam hortatur.

Quis non videt pium alioquin Imperatorem ab Eusebio fraudulenter circũventum, nõ modò quæstionẽ de summo fidei nostræ articulo nimis elevare, sed

Imperator Constantinus ab Eusebio Arrij patrono deceptus.

etiam Alexandrum, qui Arrio se jure oppoſuerat, concitatæ perturbationis in Eccleſia accuſare?

Summa verò Cæſarei mandati eſt, ut Alexander & Arrius, ſepoſitâ omni controverſiâ in gratiam redeant. Sic enim porrò ſcribit: *Quapropter incauta interrogatio & improvida reſponſio mutuam ac parem inter ſe in utroq; veſtrûm veniam præſtet. Neq; enim vobis de primario præceptorum legalium capite iſta eſt contentionis nata occaſio, neq; nova quædam vobis contra religionem Dei introducta hæreſis, ſed unam & eandem habetis ſententiam, ſicut & communicationis teſſeram. Dum enim modicis ac valde minutis de cauſis inter vos contenditis, non convenit tantum Dei populum veſtrâ inſcitiâ ad diſſenſionem rapi. Imò verò non modò non eſt decorum, ſed omnino nefas eſſe exiſtimatur: Verùm ut rem brevi exemplo quodam animis veſtris mecum recognoſcatis, dicam. Non vos præterit, opinor, Philoſophos ipſos unius quidem diſciplinæ profeſſione omnes inter ſe conſentire: ſæpè tamen in aliqua parte opinionum, quas aſſeveratione affirmant, diſcrepare ſolere: qui licet diſciplinæ cauſâ, quam quisq; illorum tuetur, diſſentiant, tamen ob profeſſionem, quâ conſpirare videntur, denuò inter ipſos in gratiam redeunt. Quod ſi ita ſe res habet, quid eſt, cur non multò ſit convenientius, ut nos, qui famuli præpotentis Dei conſtituti ſumus, propter ipſum religionis inſtitutum, quod profitemur,*

Extenuatio mira controverſiæ de Divinitate Chriſti.

Controverſia Theologica de Deitate Chriſti non maioris æſtimatur, quàm philoſophica diſceptatio.

profitemur, consentientibus animis inter nos ipsos concordemus.

His Imperatoris literis instructus Hosius in Aegyptum profectus est: sed re infectâ, cùm nihil minùs efficere, quàm in gratiam & consensum reducere Alexandrum & Arrium potuisset, inde rediit. Majori igitur dolore affectus Imperator, cùm malum quotidie latius serpens grassaretur, Synodum frequentissimam immensis sumtibus indixit, apud Nicæam Bithyniæ urbem. Atq; hæc quidem una fuit conventus illius causa. *Hosius controversiam inter Alexandrum & Arrium componere nequit.*

Alteram verò historici, & Athanasius in epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ, fuisse perhibent, diversitatem in observatione Paschatis, quam Imperator in unam conformem observationem reducere jam dudum seriò cogitaverat. *Controversia de die Paschatos fuit altera causa Niceni concilii.*

Cujus suasu Synodus convocata sit.

Epiphanius sæpe jam indicato loco l. 2. tom. 2. hær. 69. indicat, Alexandrum multis precibus à Constantino hoc contendisse, ut Synodum indiceret, idq; etiam de Consilio quorundam Episcoporum Constantinum fecisse testatur Rufinus lib. 1. cap. 1. *Alexandri petitio & suasio permovit Constantinum ut cogeret Synodum.*

Assessores Concilij Niceni.

Episcopi 318. in Concilio Niceno.

De numero Episcoporum communissima est sententia, fuisse congregatos Episcopos 318, ut ait Ruffinus lib. 1. cap. 1. & Theodoretus lib. 1. cap. 7. & Socrates lib. 1. cap. 8. cum quibus consentiunt Epiphanius loco indicato, Hilarius contra Constantium, & Ambrosius in præfatione lib. 1. de fide ad Gratian. Augustum. Vbi quidem Ambrosius sicut etiam Hilarius in libro de Syn. extremo tradit, 318. milites Abrahami, quibus Orientales reges persequebatur Gen: 14, typum fuisse huiꝰ exercitꝰ 318, episcoporum Niceæ congregatorum. Licet Eusebius lib. 3. de vita Constantini ducentos & quinquaginta, præter infinitam presbyterorum, Diaconorum, Acolutorum, aliorumq; multitudinem numeret.

Paphnutius.

Constantinus osculatur vulnera Paphnutij.

Spiridion fuit opilio & episcopꝰ.

Inter præcipuos verò & maximè præ cæteris admirabiles erant, Paphnutius civitatis cujusdam in Thebaide superioris Episcopꝰ, & confessor, qui in persecutione a Maximino dextro orbatus fuerat oculo, & poplite sinistro mutilatus, quæ ipsius vulnera Constantinus Imperator osculari solitus est: Et Spiridion, celebris ille Trimithontis, civitatis in Cypro

pro Episcopus, de quo illud memoria dignum refertur, ex quo simplicitatē Episcoporum illius temporis æstimare licet, quòd videlicet cùm Episcopatus munere fungeretur, propter singularē animi modestiam oves etiam paverit, & cùm fures quodam tempore nocte concubiâ clàm in ovilia ejꝰ irruissent, ovesq; inde surripere molirentur, vi & efficaciâ precum sancti viri religatis à tergo manibus per noctem ibi astricti & exorto sole deprehensi fuerint, quos tamen ille non modò precibꝰ suis vicissim solverit, sed ariete insuper donatos dimiserit, cum hoc faceto dicto, *Vobis istum dono, ne frustrà vigilasse videamini*. Et plura de hoc Spiridione memorabilia recitat Soc: lib. 1. cap. 8.

Fures mirabiliter deprehensi.

Adfuerunt præter hosce Hosius quoq;, Cordubæ Episcopus, nomine & re Sanctus, & Alexander Aegypti, cujus sæpè facta mentio, Athanasius quoq; tūc temporis Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconus, qui Alexandrum Episcopum senem consilijs suis plurimum ibi adjuvabat, & in ipsa Synodo tanta cum libertate contra hæresin Arrianā disputabat, ut Eusebianorum & Arrianorum odium in hunc unicum postea, veluti ingens fluctus, irruerit. Quod idcirco diligenter notari debet,

Athanasius quem locum in Niceno Concilio obtinuerit.

Athanasius licet non esset episcopus, jus tamen voti decisivi habuit.

debet, quia hoc exemplum papistarum somnium apertissimè refellit, qui tradunt solos Episcopos in concilijs voti, ut loquuntur, decisivi jus & potestatem habere. Inter insigniores commemoratur quoq; Eustathius, Episcopus magnæ Antiochiæ, quem præsidem fuisse Synodi apparet ex oratione ipsius, quâ laudum flosculis coronam texuit regio capiti Constantini, ut loquitur Theodoretus lib. 1. cap. 7. Reliquorum nomina & virtutes è suis authoribus peti possunt.

Eustathius episcopus Antiochiæ.

Constat etiam è Socrate & Sozomeno, venisse eodem & laicos, ex quibus senex quidam simplex, ac nihil minùs quàm verborum præstigias edoctus, cum superbo quodam Sophista in certamen publicè descendit, eumq; simplici suâ ac fidei plenâ oratione eò compulit, ut verborum & argumentorum præstigijs ac fallacijs abjectis fidem Christianam amplexus sit, & seni interroganti, num articulos fidei, quos recitaverat, veros esse crederet, ilicò tanquam attonitus responderit, Credo, & gratias illi egerit, palàmq; confessus sit, se non modò non sine numine divino mutatum esse, sed etiam vi ac virtute quadam inexplicabili ad religionem Christianam conversum.

Laicus quidam vincit & convertit acutissimum sophistam.

sum. Historiam è suis authoribus paulò post adjiciam.

Quod Arrius Niceno Concilio interfuerit, authoritas Epiphanij vocat in dubium. Nam Epiphanius in hæresi Melitiana diserte scribit, opinionem Arrij post ejus mortem in Synodo damnatam esse & in sequenti hæresi, quæ est Arimanitarum, historiam Arrij & Nicenæ Synodi ita commemorat, ut certum sit, illum fædissimum Arrij in latrina interitum ante Nicenum Concilium collocare.

Arrium ante concilium periisse censet Epiphanius.

Evidentissimis autem constat rationibus Epiphanium hâc in re hallucinatum esse, & Arrium tempore Niceni Concilij, & post, usq; ad penultimum Constantini annum, in vivis superfuisse.

Primo enim Athanasius, cujus partes in Synodo fuerunt præcipuæ, in oratione contra Arrianos, nec non in Epistola ad Serapionẽ fratrem, ita narrat interitum Arrij, ut nullum sit dubium eum post Concilium supervixisse. Quod ipsum etiam Theodoretus lib. 1. cap. 14. ex Athanasio commemorat.

Arrium concilio interfuisse rationibus constat.

Socrates porrò lib. 1. cap. 25. & 26. perspicuè testatur, Arrium anno imperij Constantini trigesimo, qui penultimus

fuit

fuit, periisse. Cum quo etiam Ruffinus lib. 1. cap. 13. consentit, qui post obitum Helenæ matris, nec non Constantiæ sororis Constantini, quas post Synodum Nicenam superstites fuisse constat, Arrij exitum collocat.

5. Et quomodo quæso in Controversiam vocari potuisset Constantij tempore, an Arrius ante obitum in Communionem Ecclesiæ receptus fuisset, si ante Synodum, in qua ipse una cum sectatoribus ab omni Ecclesiæ Communione exclusus est, interisset? Iam verò Athanasius in epistola ad Serapionem diserte scribit, disceptatum de hac quæstione fuisse tempore Constantij, utrum Arrius ante mortem in Communionem Ecclesiæ admissus fuerit, Athanasius autem respondet, illum in excommunicatione facta videlicet Niceæ mortuum esse.

4. Quin etiam Synodica Epistola testatur illum Synodo interfuisse, licet eam aliqui perperam intellectam de interitu Arrij accipiant. Sed cum in ea Patres Synodi meminerint eorum, quæ non tantùm contra ipsius dogma, sed contra ipsum acta sint, & dicant ejus impietatem tantam fuisse, ut & Theonam Marmaricæ episcopum, & Secundum Ptolemaidis

secum

secum perdiderit, clarum est eum Synodo interfuisse & ibidem excommunicationis fulmine, cum Theona & Secundo, qui detrectantes Symboli subscriptionem ab Ecclesia ejecti sunt, percussum esse. Socrates lib. 1. cap. 6.

Deniq; etiam cum Euagrius lib. 4. cap. 38. scriptum reliquerit in Synodo V. Constantinopolitana in controversiam venisse, an liceret quosdam, qui vita excesserant, damnare, siquidem in consessu Concilij auditi non fuissent, ex eo patet, Arrium tempore Niceni concilij adhuc superstitem fuisse. Hæc enim quæstio orta minimè fuisset, si jam olim Arrium in Concilio Niceno, licet ante mortuum, nihilominus damnatum fuisse sciviſſent, quod verò ignorare non potuissent, si factum fuisset. 5.

Sed in re manifesta non opus est pluribus, ipsa siquidem historiarum series evincit, ea quæ de Arrij apud Constantinum reconciliatione facta per Presbyterum Arrianum deq; eius revocatione, & de Athanasii propter Arrium in exilium expulsione, de simulata in Niceno symbolo consensione recitantur, post Nicenam Synodum evenisse. 6.

Reliqua

Locus Concilij Niceni in aula Constantini.

Reliqua proinde hujus Concilij eo ordine, quo instituì, persequar, & quia personis coniunctus est locus, eum ita describit Theodoretus libro 1. cap. 7. Cum iam universi conveniissent, præparatus erat à Rege locus amplus in Regia, instructus subsellijs & solijs, quæ Episcoporum numero sufficere possent, atque ita debitò ipsis honore habito iussit eos introire, & consultare de re proposita. Ipse quoque cum paucis postremò omnium ingressus est, & parvo in soliolo posito assedit. Eusebius idem ante Theodoretum scripsit, Consessum istum in aula Imperatoria, non in aliquo templo, habitum fuisse: lib. 3. Vit. Constant. cap. 10.

De processu porrò Eusebius libr. 1. Vit. Const. cap. 11. narrat: Episcopum, qui in dextro ordine primam sedem occupabat, (Eustathium fuisse Theodor. lib. 1. cap. 1. testatur) assurrexisse, & per brevi oratione Imperatorem affatum esse, hymnũq;, quo Deo omnipotenti gratias egerit, recitasse. Deinde Imperatorem oratione pia & clementi Episcopos ad Concordiam animorumque conjunctionẽ cohortatum fuisse, in qua inter alia hæc sententia verè aurea eminet:

net: Inteſtina, inquit, ſeditio in Eccleſia Dei conflata multò plus moleſtiarum, & acerbitatis, quàm quodvis bellum pugnàve in ſe complectitur. *Aurea Conſtantini ſententia de concordia.*

Et in primis memorabilis eſt pij regis ſententia, quam annotavit Theodoretus libro 1. cap. 7, è qua patet, ſolam ſacram ſcripturam in eo Concilio fuiſſe Iudicem Arrianæ controverſiæ. Sic autem Theodoretus ait: *Laudatiſſimus Rex nihil dixit eſſe indignius, quàm hoſtibus domitis, cùm qui rebellaret inveniretur nemo, ipſos ſe mutuò impetere, & voluptatem ac riſum conciliare inimicis: præſertim in diſputationibus rerum divinarum, in quibus haberent ſanctiſſimi Spiritus doctrinam perſcriptam.* εὐαγγελικαὶ γὰρ βίβλοι καὶ ἀποστολικαὶ καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα σαφῶς ἡμᾶς ἄχθη περὶ τῆς θείας φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τῶν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν. *Evangelici enim & Apoſtolici libri, nec non antiquorum propbetarum oracula planè inſtruunt nos, inquit, ſenſu maninus. Proinde hoſtili poſitâ diſcordiâ, ſumamus ex dictis divini Spiritus explicationes quæſtionum.* *Sola ſcriptura debet eſſe index controverſiarum.*

Ad hanc Imperatoris orationem, Euſtathius Antiochenus Epiſcopus omnium conſenſu reſpondere quædam

iussus, surrexit: ac gratias primùm Deo Imperatoris nomine egit, deinde & studium ipsius erga res divinas & religionem commendavit, proq; ea pietate gratias egit. Theodoretus lib. 1. cap. 7.

Confessio Arrij discerpta.

Præmissa hoc pacto præfatione, facta est potestas utriq, parti suam causam agendi, & ibi Eusebius Nicomediensis libellum, qui Confessionem Arrij continebat, plenam blasphemijs in Christi divinitatem, produxit, Theodoretus lib. 1. cap. 3. Sed cum impiæ ejus scripti Voces omnium, qui aderant, consensu, indignæ Christianorum auribus & oculis judicarentur, liber, postquam lectus fuerat, discerptq; est, inde verò acerrima partiū insequuta contentio, Arrij patrocinium,

Eusebius Nicomediensis suscipit partes Arrij.

in se suscipiente Eusebio Nicomediano, Veritatem defendente Alexandro Alexandriæ Episcopo & Athanasio. Imperator toleranter ac placidè omnibus animum attendere, studio acri sententias

Concertatio patrium & Constantini patientia in audiendo.

prolatas sensim excipere, vicissim ferre opem utrique disceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliare, conferre cum singulis comiter & benignè sermonem, suavis fuit & dulcis, dum alijs persuadere, alios sermone lenire, omnes denique

ad

ad Concordiam reducere contendebat, usq; eò ut tandem eos in omnibus rebus, quæ in quæstionem aliquando veniſſent, cum conſpirantes animis, tum opinionibus adeò conſentientes redderet, ut non modò concors Fides de Chriſti divinitate, de qua præcip. fuerat quæſtio, ſed etiam unum idemq; tempus, in ſalutari feſto Paſchatos celebrando obſervandum ab omnibus concederetur. Euſebius lib. 1. Vit. Conſt. cap. 13. Socrates lib. 1. cap. 8. Theod. lib. 1. cap. 7.

Conſtantinus libellos accuſatorios epiſcoporum comburit.

Omitto lubens quæ de accuſatoriis libellis Imperatori ab Epiſcopis exhibitis, & ab ipſo combuſtis, deq; Conſtantini ad mutuam condonationem familiari adhortatione, Socrates loco eodem, & Sozomenus lib. 1. cap. 17. recitant.

Symbolum Nicenum.

Decreta Synodi quod attinet, quatuor illa ſunt generum. Principem locum habet Symbolum, quod licet aliĳ aliter, omnes tamen ita exponunt, ut τὸ ὁμοούσιον, id eſt, æterna Chriſti Deitas qua Patri eſt conſubſtantialis, Arrio oppoſitum fuiſſe appareat. Socrates lib. 1. ca. 5. ita recitat. Credimus in unũ Deum, Patrem omnipotentem, omniũ viſibiliũ & inviſibilium Creatorem: & in unũ Dominũ IESUM CHRISTUM, filium Dei, genitũ

ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris: Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialẽ Patri, per quẽ omnia facta sunt, et quæ in Cœlo sunt, & quæ in terra, qui propter nos homines, & propt. nostrã salutẽ descendit, incarnatus est, homo factꝰ est, passus est: resurrexit tertia die: ascendit ad Cœlos, venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritũ sanctum. Qui verò dicunt, quod erat aliquando tempus cum non esset, antequam genitus erat, vel quod ex nihilo ortus sit, vel quod ex altera essentia quam ex Patris substantia genitus, vel quod filius Dei creatus sit, quodque converti & mutari possit, istis Catholica & Apostolica Dei Ecclesia anathema denunciat. Quam matura verò graviq́ue deliberatione vox ὁμοούσιος Symbolo fuerit inserta, & imposturis Eusebij & cæterorum Arrianæ impietatis asseclarũ opposita, fusè narrat Athanasius in epistola, quod Nicena Synodus animadversa Eusebij calliditate, cõgruis & pijs verbis decreta sua super Arriana hæresi exposuerit. Vide circa medium. Expositionem porrò Fidei Nicenæ prolixius ab ipso explicatam è fine

Epistо-

Epistolæ ad Epictetum episcopum Corinthiorum Veritatis cupidi petere possunt.

Altera Causa in Concilio disceptata & tandem Vnanimi consensu comprobata fuit, ut Pascha ab omnibus ubiq; Christianis eodem die celebraretur, de qua re ita scribit Constantinus in Epistola ad Ecclesias apud Socratem lib. 1. cap. 6. & Theodoretum lib. 1. cap. 10. Vt autem summatim, inquit, & breviter dicam, communiter omnium placuit judicio sanctissimum Paschatos festum uno & eodem celebrandum esse die. Indecorum est enim aliquam esse in tanta sanctitate differentiam, & honestius eidem adhærere sententiæ. Hæc Constantinus]: Dies verò celebrationi Paschatis dicta fuit Dominica proximè sequens Plenilunium primi Mensis.

Controversia de Paschate sopita.

Tertia porrò Causa fuit Meletij, & Novatianorum. Quoniam enim Imperator Concordiæ in ecclesia permagnam curam habebat, Acesium sectæ Novatianorum Episcopum ad Concilium quoq; accersivit, cumq, ille professus esset, eos qui post Baptismum in illud peccati genus, quod sacrosanctæ scripturæ pec-

Controversia Meletij disceptata.

catum ad mortem appellant, delapsi fuissent, non debere divinorum mysteriorum fieri participes, sed ad pœnitentiam cohortandos, & remissionis spem non à sacerdotibus, sed à Deo, qui & potest & authoritatem habet peccata remittendi, expectandam: Ibi sic illum Imperator affatus est; Erigito tibi scalam, Acesi, & ad Cœlum solus ascendito. Socrates lib. 1, cap. 7. Novatianorum proinde dogma de neganda lapsis pœnitentia damnatum fuit, & idē de Meletio ejusdem dogmatis patrono, ut constat ex Epiphanij hæresi 58. lib 2. tom. 2. scribit Sozomenus libr. 1. cap. 23.

Acesium ut Constantinus confutarit.

Canones Niceni.

Postremò de alijs quoq, rebus Ecclesiasticis canones ibidem sanciti fuerunt, quorū fuisse viginti Theodoretus lib. 1. cap. 13. Viginti autem & duos Ruffinus testatur: Et Theodoretus cæteros quidem non exprimit, unum autem libr. 5. cap. 9. recitat, quem libet ascribere, eo quod ad præsentem disputationem facit, sic autem habet. De cura administrationis singularum Ecclesiarum scitis, veterem sanctionem & definitionem Nicænorum Patrum semper valuisse, ut in unaquaque provincia, illius provinciæ cultores assumtis quoque si videatur finiti-

De ordinatione Canō.

nitimis, conferant ecclesiasticos honores ijs, quos utiliter gesturos esse confidant. Secundum hæc igitur & reliquas administrari apud nos scitote Ecclesias, & sacerdotes celeberrimarum Ecclesiarum susceptos esse.

E Canonibus autem à Ruffino recitatis placet. 3. 6. 8. 12. & 13. subjicere, eò quod videlicet III. XII. & XIII. exemplo sunt, concilium, licet à sanctissimis Patribus & religiosissimo Principe congregatum, nihilominus hallucinatum esse, Sextus verò & octavus palàm facit, Episcopi Romani potestatem non fuisse maiorem, quàm Alexandrini, Antiochensis, Hierosolymitani. Sic autem habent.

III. Et ne quis Episcoporum cæterorumq; clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, vel sorore, vel θείᾳ, vel si quæ sunt hujusmodi necessitudinum personæ.

Cohabitatio cum mulieribus episcopis interdicta.

VI. Et ut apud Alexandriam, & in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum solicitudinem gerat. Idem canon in primo tomo conciliorum sic recitatur, ut subjecta tabula docet:

CAPVT VI.

Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & urbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autē &apud Antiochiā, cæterasq; provincias, suis privilegia serventur Ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcop9. hunc magna Synod9 diffinivit, episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & secundum eccle-

Romani episcopi non major potestas, quā Alexandrini.

CAPVT VI.

Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq; provincias, honor suus unicuique servetur Ecclesiæ. Per ōnia autem manifestum est, quod si quis præter voluntatem & conscientiā metropolitani episcop9 fuerit ordinat9, hunc Concilio magnum & sanctum censuit, non debere esse episcopum. Sanè si communi omnium consensu ra-

tio-

siasticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum.

tionabiliter probato, secundùm ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti, per contentionem contradicãt, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum.

VIII. Et ut Episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prærogativa servetur, manente nihilominus & Metropolitani ipsius provinciæ dignitate.

XII. Et si qui absq; tormentis in persecutionibus lapsi sunt, & ex corde agũt pœnitentiam, quinq; annos inter Catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione jungantur, & ita postmodum suscipiantur.

XIII. Qui verò propter Confessionem militiam abjecerant, & rursum ad hanc abierunt, hos tredecim annis pœnitentiam agere, & postea suscipi, si tamen ex corde pœnitentiam gerant. Esse tamen in potestate episcopi moderandi facultatem, si eorum fructuosam & attentam pœnitentiam viderit.

Huc porrò facit, quod Sozomenus lib. 1. cap. 22. commemorat, cum ait. Concilium ad mores eorum, qui in Ecclesiis ætatem degunt, rite instruendos, omni cura & cogitatione incumbens, leges, quas vocant Canones, sancivit. Ac dum est de hac re deliberatum, alijs visum est legem introducere, quæ juberet, ut episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi, cum uxoribus quas ante duxissent, quàm essent sacris initiati, neutiquã dormirent.

Paphnutius contra episcopos pro matrimonio clericorum.

At Paphnutius confessor in medio consessus surgens, illi legi contradixit: nuptiasq; honorabiles, & consuetudinem virorum cum suis uxoribꝰ continentiam vocavit. Postremò Concilium hortatus est, ut talem legem minimè promulgaret. Nam rem esse ad ferendum difficilem, & fortasse causam illorum uxoribus fore, ut non satis castè vitam traducant. Ac veterem Ecclesiæ traditionem esse, ut qui cælibes gradum sacerdotalẽ consequuti fuissent, postea minimè uxores ducerent: qui autem post nuptias ad eum ordinem vocati essent, hi ab uxoribus, quas habebant mininiè separarentur. Atq; ista quidem, licet conjugij expers, suasit Paphnutius. Cujus sententiam approbavit Concilium & de hac re nullam legem tulit:

Sed

Sed eam in cuiusq; arbitrio non in necessitate poni voluit. De alijs autem rebus, ut sibi rectum videbatur, leges, quibus Ecclesiæ status gubernaretur, conscripsit.

Symbolo addendæ sunt subscriptiones. Nam Episcopi sublatis Eusebianorum vocabulis formulam sanæ fidei, quæ exposita est, conceperunt, cumq; reliqui omnes excepto Arrio, Theona & secundo, qui excommunicati sunt, subscripsissent, subscripsit etiam Eusebius Nicomediensis ejusq; asseclæ, licet fraudulenter, ut commemorat Athanasius, indicata Epistola pro decretis Synodi Nicænæ non procul à principio, ubi de Eusebio Pamphilo Cæsareæ in Palæstina episcopo hoc adijcit. Quodq; maioris admirationis est Eusebius ex Cæsarea Palæstinæ, quum pridiè abnegasset, in eandem sententiam tamen postridie subscripsit, quam etiam Ecclesiæ legendam misit, dicens, eam esse Ecclesiæ fidem, & Patrum traditionem, omnibusq; manifestò apparuit, eum prius & temerè errasse, & frustrà contra Veritatem pugnasse. Nam tametsi eum puduit scriptis errorē fateri, & ut potuit, se Ecclesiæ excusarit, in epistola tamen

Eusebius Nic. & alij Arriani fraudulenter subscribunt.

Eusebius Pamphilus prius Arrio addictus convertitur.

in

in qua Dei filiũ consubstantialem, & ex substantia Patris existere non inficiatur, clarè se in errore fuisse, demonstrat.

Conclusionis loco narrationem illam Socratis lib. 1. cap. 8. & Sozomeni lib. 1. cap. 18. de idiota cum Sophista disputante adijciam, quia ipsa quoq; ad nostrum institutum non parum facit. Narrat autem uterq; confluxisse tum Nicæam, Synodi fama excitos, plurimos dialecticis disputationibus seu rixationibus potius & logomachijs exercitatos homines, atq; ita paratos, ut utriusq; causæ patrocinari non dubitarent. Venisse autem eò alios quidem desiderio cognoscendi religionem Christianam: alios verò odio Christianorum, propter abolitam gentilium superstitionem, ut haberent in quos illuderent. Adfuisse & laicos advenas, ex quibus senex quidam simplex, & nihil minus quàm verborum præstigias edoctus, cum ostentabundo quodam illusore in certamen publicè se commiserit, qui facta copia illusori philosopho primum, ut quæ vellet aut haberet, in medium adferret, postea respondit: In nomine IESV Christi, Philosophe audi: Vnus est Deus Cœli & terræ, omniumq; visibilium & invisibilium opifex,

Idiotæ cum acuto Philosopho concertatio Niceæ.

opifex, qui hæc omnia verbi sui Virtute condidit, & sancti spiritus sui sanctificatione confirmavit: Verbum hoc inquit, quod nos filium Dei appellamus, humani generis, quod in tam profundos demersum erat errores, & vitam agebat brutorum similem, misertus, à muliere nasci, cumq; mortalibus conversari, ac pro ipsis mori voluit: rediturus est autem ad judicandum ea, quæ quisq; in vita sua commisit. Quæ ita se habere credimus, neq; in ullam partem curiosè inquirimus. Ne te igitur frustrà defatiges, vestigando argumenta & demonstrationes eorum, quæ fide apprehenduntur: nec de modo, quo ista vel possibilia sint vel impossibilia, scrupulosè cogitans te maceres. Neq; enim dialecticas argutias & vanas istas quas tu profiteris deceptiones, Christus nobis & Apostoli tradiderunt: Sed sententiam nudam, quam fide tueri ac bonis operibus custodiri oportet. Si credis igitur interrogan-ti mihi responde. Ad quæ consternatus Philosophus: Credo, inquit, ac victum se confessus, eandem senis sententiam probavit. Cæterisque qui suæ professionis erant, ut secum simul crederent, hortator fuit.

Philosophus convertitur à laico indoctus.

Synodus

Synodus in Tyro metropoli Phœniciæ.

Eusebius Pamphilus faventior Arrianis.

Eusebium Pamphilum Vi veritatis victum Nicenæ confessioni subscripsisse, quam pridiè una cum Eusebianis infectatus fuerat, modò indicatum est. Quam ob causam non est mirum illum in commemorandis Arrianorum Eusebianorumq; κυβείαις, impostoris, & fraudulentis machinationibus, ante Synodum, in Synodo ipsa, & post, admodum jeiunum esse: alteri enim parti magis, quàm illi quæ Veritatem tuebatur, fauebat: quod quidem in ipso utpote in historico vehementer culpandum esse scribit Socrates lib. 1. cap: 7. cuius hæc sunt Verba: Istud factum (de Acesio videlicet, quod supra commemoratum est) neq; Eusebius cognomento Pamphilus, neq; quisquam alius scriptor aliquando literis prodidit: Sed ipse à viro minimè vano, qui ætate admodum provecta erat, eaq;, quæ in Concilio gesta ipse viderat, commemorabat, equidem accepi. Vnde etiam conjecturam facio, idem illis contigisse qui hoc silentio prætermiserunt, quod alios plerisq; qui ad historiam scribendam omne suum studium & operam con-

Gravis vituperatio Eusebij Pamphili.

conferunt. Nam isti non pauca missa faciunt, vel studio partium, quibus nimium favent, adducti, vel ut certis hominibus gratificentur.

Hunc suum igitur morem Eusebius observans, de occasione Tyriæ & Hierosolymitanæ Synodi, quæ artibus Eusebianorum impetratæ fuerunt, nihil prodidit, licet lib. 3. Vit. Const. cap. 22. earum meminerit, cum ita scribit, animum suum Alexandrinis iniquiorem ipse prodens: Cum iam inter omnes pax esset conciliata, inquit, solos Ægyptios (Athanasium & Alexandrinos intelligit) seditiosa contentio mutuò inter ipsos distraxit, ita ut Imperatori de integro non nihil negotij facesserent: quippe eos secundo accersere dignatus est. Clarius id ipsum lib. 4. Vitæ Const. cap. 41. Imperator omni cogitatione & cura in Deum defixa collegit ex omni Ægypto, Africa, Asia, Europa frequentem Episcoporum cætum, eumq; tanquam Dei exercitum armis contectum obiecit invido Diabolo, mandavitq; Ægyptijs primum, ut quam celerrimè renovatæ contentionis finem facerent, deinde ut Martyrum ædem Hierosolymis consecrarent, obiterque, ut in Phæniciæ metropoli, concepras rixas delerent. Ita

Occasio Synodi Tyriæ, falsò ab Eusebio recitata.

Ita quidem Eusebius in gratiam causæ Arrianæ veram occasionem Synodi Tyriæ & Hierosolymitanæ occultans.

Vera causa ejus Synodi.

Sozomenus autem lib. 2. cap. 20. & 21. rem ita commemorat, Eusebium nimirum Nicomediensem & Theognidem Nicenum Episcopos, quos metu excommunicationis & exilij fraudulenter subscripsisse diximus, cum falsa persuasione eum, cui Imperator libellum de actis Concilij Niceni custodiendum commiserat, circumvenissent, suas in eo subscriptiones deleviſſe. Porro autem isti duo rerum incommodarum, quæ deinceps Athanasio accidebant, authores fuêre. Nam cum multum authoritate & potentia apud Imperatorem valerent, Arrium, ut eadem secum opinione & amicitia quoq; coniunctum, Alexandriam reducere, Athanasium autem, ut adversarium Ecclesia ejicere statuerunt: cumq; illud diu multumq; varijs accusationibus tentassent, magnumq; accusatorum numerum (ut scribit porrò Sozomenus lib 2. cap. 24.) contra eum comparassent, tandem importuno eorum rogatu impulsus Imperator Concilium Cæsareæ Palæstinæ cogi mandavit. Ad quod vocatus Athanasius propter ea non

Arriani sua nomina vicißim expungunt.

Athanasius recusat venire ad Synodū Cæsarienſem in Palestina.

non obtemperauit, quod fraudulentum iudicium, tum Eusebij illius urbis Episcopi, tum alterius Eusebij Nicomediæ, tum aliorum, quos circa se habebant, veritus est. Quare licet grauiter urgeretur, ut eò accederet, tamen circiter menses 30 profectionem distulit. Postea autem cum vehementius impelleretur, venit TYRVM. In qua vrbe multi episcopi orientis in vnum congregati, iubent eum criminibus obiectis respondere.

Cæterum cuiusmodi crimina illa fuerint, & quo pacto Athanasius ea refutauerit, commemorare huius loci non est, recitat ea Sozomenus libro indicato, & Theodoretus lib. 1. Cap. 28. Istud præsentis instituti est, quod Synodo Tyriæ præsedit non Romanus Pontifex, nec alius ex Episcoporum numero, sed comes Dionysius, quem tanquam judicem ac præsidem Imperator, Arrianorum improba & insidiosa flagitatione permotus, eò miserat, sicut ex ipsius Constantini ad Episcopos Tyri congregatos Epistola, apud Theodoretum libro 1. cap. 28. constat, ubi inter alia sic scribit: Misi isthuc Dionysium virum consularem, qui quos vobiscum in Concilium ire oporteret admonendo, & ea quæ gererentur

Synodo Tyriæ præsidet comes Dionysius.

rentur in primisq; ordinem animadvertendo, præesset conventui. Si quis enim, quod usu venturum non puto, vestram iussionem nunc quoq; parvi pendens adesse noluerit, aderit hinc a nobis, qui imperatorio mandato illum in exilium agat, doceatq; non oportere adversari præscriptioni regiæ propositæ de Veritate. Quod restat vestræ est sanctitatis opus, unanimi judicio convenientem curationem circumspicere, tam iis qui voluntate sua, quàm qui errore deliquerunt: qua in re neque odio neque gratia moveri, sed Ecclesiasticam & Apostolicam sequi regulam debetis, simul ut maledicentia liberetis Ecclesiam, simul ut curas nostras allevetis: simul etiam ut pacis gratia restituta dissidentibus, maximam gloriam vobis ipsis concilietis. Deus vos conservet fratres dilecti.

Athanasius vituperat quod Comes Synodo præsederit.

Etsi autem Athanasius Apologia secunda hoc vehementer reprehendit, sic inquiens, Qua fronte talem conventum Synodum appellare audent, cui Comes præsedit? & ubi speculator apparebat? & Commentariensis sive Carcerarius pro diacon s Eccl siæ adventantes introducebat. Attamen non ipsum Imperato-

peratoris institutum, qui suo illum loco Synodo præesse voluerat, sed adversariorum machinationem carpit, qui brachio seculari solummodo nitebantur, ut è verbis immediatè illic sequentibus apparet, cum ait: Vbi Comes verba faciebat, cæteri præsentes in silentio erant, vel potius Comiti obsequium suum accommodabant: ubi quod communiter Episcopis placuit, ab illo impediebatur: ille imperio utebatur, nos à militibus ducebamur, vel potiùs iussis Eusebianorum sententijsque ipse Comes inserviebat:

Aulici tuentur Athanasium contra violentiam episcoporum.

Inque hoc Comite meritò laudatur æquitatis studium & erga Athanasium humanitas. Nam in Epistola sua Eusebianos graviter eam ob causam reprehendit, quod in Synodo omnia per vim agi, nec Athanasium audiri, ejusque causam legitimè cognosci voluerint. Ac tamersi Ruffinus libro primo, capite 17. Soli Archelao præsidi id ascribit, quòd Athanasium discerpentium manibus ereptum per occultos exitus eduxerit, ac fugæ (qua solum posset) salutem commendare monuerit: Attamen Theodoretus libro 1. capite 29.

coniunctim hoc tribuit ijs, quibus ab Imperatore fuerat negotium datum, ne quid paterentur turbulentè geri, quod sanctum Episcopum Athanasium manibus hostium ereptum navigio salutem quærere jusserint.

Operæ autem precium est Epistolam Comitis Dionysii adjicere, ut vel ejus, qui à veritate alienus fuit testimonio pateat, in Concilijs non unam saltem, sed etiam alteram partem esse audiendam. Ea verò sic habet: Hæc ipsa erant quæ dicebam Domino meo Flacillo. Athanasius insurget dicetq;, quos ipse rejecerat, eos ad istud negotium submitti? Seq; injuria tractari & circumveniri vociferabitur. Hæc quoque eadem illa sunt, quæ Dominus animæ meæ Alexander suis epistolis mihi significavit. Verum ut sciretis ratione constare, quæ mihi ab illius humanitate perscripta sunt: ipsius epistolam, ut à vobis quoq; legeretur, subieci. Memores autem estis eorum, quæ prius scripsi, quum admonerem vestram bonitatem, legatos communi iudicio & suffragio deligendos esse.

Dionysius Comes objurgat Arianos, quod Athanasiũ non auditũ Tyri damnaverint.

Videte igitur ne res ista culpæ obnoxia sit, neve justam obtrectandi nostri

stri occasionem criminatoribus præbeamus. Vt enim accusantium partem gravari non oportet, ita neque reorum. Arbitror porrò non minimam nostri obtrectandi materiam datum iri, si Dominus meus Alexander actis nostris non videatur suffragari.

Synodus Hierosolymitana Arriana.

Causam Tyriæ & Hierosolymitanæ, quæ illam mox secuta est, Synodi Eusebius nullam annotavit aliam, quàm consecrationem martyrij salvatoris. Hoc enim prætextu soliti tunc fuerunt Arriani Imperatoribus persuadere, ut episcopos è diversis provincijs convocarent, quod in Antiochena quoque Synodo factum esse paulò post audiemus. Convocatis autem facile fuit persuadere, ut formulam aliquam, in qua ipsi suas blasphemias miro artificio occultassent, reciperent & subscriberent. Idem Hierosolymis factum esse Athanasius in apologia secunda testatur, Synodalem Epistolam Eusebianorum adscribens, è qua hæc paucula subjicere placuit: Sic enim Synodus Hierosolymis coacta Ecclesiæ

Arriani sub titulo conservandorũ templorum concilia habuerunt congregant.

Dei, quæ est Alexandriæ, & per Ægyptum, Thebaida, Libyam, Pentapolim, reliquisq; per orbem episcopis, presbyteris & diaconis scripsit: Omnibus nobis ex diversis provinciis in unum congregatis, ad panegyrim celebrandā pro dedicatione martyrij Salvatoris, quod religiosissimus Imperator Deo omnium Regi & Christo ejus ædificavit, majorem nobis animorum lætitiam, Dei gratia, literæ ejusdem religiosissimi Imperatoris præbuerunt, quibus nos ad ea quæ oportuit instigans, omnem invidiam ab Ecclesia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quæ Christi membra jam pridem dissidebant: authorq; fuit ut simplici & placido animo reciperemus Arrianos, quos aliquandiu improba invidentia extra Ecclesiam detinuit: & viris istis de rectitudine fidei in literis suis testimonium præbet, quàm quum antea fama audiverat, ipse eandem ex viva eorum voce cognovit, cognitamq; approbavit, eamq; rem nobis manifestam reddidit, eo quod literis suis orthodoxas eorum virorum opiniones scripto comprehensas subjunxerit, quas omnes agnovimus sanas & Ecclesiasticas esse.

Exitus

Exitus huius impiæ Synodi fuit, quod laudatissimus Imperator Constantinus ab Arrianis circumventus, ut Theodoretus lib. 1. cap. 31. & 32. censet, vel potius salutí Athanasij paternè consulens, ipsumq; ferociæ hostium subducens, ut Athanasius moc est ssimè sentit, innocentem ab Ecclesia Alexandrina Treverim Galliarum urbem ablegaverit, anno imperij sui penultimo.

Constantinus ab Arrianis circumventus.

Synodus Antiochena Arriana.

Eiusdem farinæ fuit Synodus Antiochiæ habita, in qua Eusebius Nicomediensis, Theognis Niceus, Eusebius Cæsarienſis, Patrophilus Scytopolita, Ætius Liddæ, Theodotius Laodiceæ Episcopus, alijque contra Eustathium, cuius in Niceno Concilio partes præcipuè fuerant, fraude & insidijs circa extrema Constantini tempora pugnarunt. Sceleratam enim mulierem conduxerunt, quæ jurejurando asseveraret, puerum, quem secum in Synodum attulerat, ex Eustathio conceptum & natum esse. Non habita igitur ratione divinæ Legis, quæ tum demum accusationes valere vult, si duorum triúmve testimonio muniantur, Eustachius ab hostibus suis, ut

Eustathius ab impudica muliere arguitur adulterij.

adulter, condemnatus & depositus est. Mentita verò erat impudentissima mulier, & cum maritum haberet fabrum, nomine Eustathium, nominum similitudine à perjurij crimine se immunem fore sibi temerè & nefariè persuasit. Atq; hæc Antiochiæ, inquit Theodoretus, bellissima illa factio est molita. Theodoretus lib. 1. cap. 21. Sozom. lib. 1. cap. 18.

Concilia aliquot Romana incertæ fidei.

Autor libri Conciliorum commemorat aliquot Synodos Romanas, Nicenæ contemporaneas, de quibus nihil apud probatos historicos, Socratem, Theodoretum, Sozomenum reperitur. In dubio proinde eas relinquimus, vel hanc etiam ob causam, quod eas à Sylvestro tempore Niceni Concilij congregatas fuisse perhibet, cùm apud Nicæam non Sylvestri, sed Julij ætate concilium sit celebratum, ut in sequente libro ostendemus.

Synodi Romanæ incertæ fidei.

In prima igitur Romana ait, primùm omnium canones Nicenos fuisse confirmatos, præsente etiam Constantino, quod in gratiam Romanæ sedis confictum esse nullum est dubium: deinde alia

alia quædam constituta, utpote quòd Episcopi in Concilijs chirographo confessionem suam testari, quod clerici ordine ab inferioribus gradibus ad superiores progredi, quod nemo neophytus ordinari debeat.

Alia Synodus Romana incerta & impura.

Idem liber Conciliorum narrat, aliam Romanam, tempore Niceni congressus à Sylvestro, consentiente Constantino, congregatam, Episcoporum 260. Etsi autem in eo benè & rectè factum, quod hæreticos, Arrium, Photinum, Sabellium, quibus etiam Callistum addidêre, damnarunt: id tamen contra omnem æquitatem est, quod constituerunt, ne presbyter adversus Episcopum, diaconus contra presbyterum, subdiaconus adversus diaconũ, acoluthus adversus subdiaconum, exorcista adversus acoluthum, lector adversus exorcistam, ostiarius adversus lectorem, hoc est, inferiores ordines contra quempiam è superioribus querelam & accusationem instituere auderet. Cùm jus suum adversus quemlibet legitimè persequi ab ipsa natura omnibus concessum sit.

Romanensis Synodus decrevit clericos superiorum ordinum ab inferioribus non debere accusari.

Christus

Christus in ore duorum aut trium testium dicit omnem veritatem consistere Matth: 18. Deut: 19. 15. & Paulus accusationem presbyteri duorum aut trium testimonio roboratam accipi & admitti vult, 1. Tim. 5. Hæc autem impura Synodus inter alia sanxit, ne damnetur præsul nisi in septuaginta duobus testibus. Quod quidem nihil est aliud, quam ironica judicorum ludificatio, cùm tantum exercitum testium producere non modo difficile sed prorsus impossibile sit.

LXX. testes producendi adversus præsulem.

Paulus Rom: 13. ait: omnis anima subdita sit potestati supereminenti: quem textum rectissimè exponit Chrysostomus: *Cum Paulus ait, Omnis anima, ostendit, hoc imperari omnibus, & Sacerdotibus & monachis, non solum secularibus. Etiamsi Apostolus sis, si Evangelista, si propheta, sive quisquis tandem fueris.* Neq; enim pietatem subvertit ista subjectio. Hæc autem pseudosynodus ejus spiritu, qui se extollit super omnem nuncupatum Deum, 2. Thess. 2, ita contradicit Apostolo: *Neque summus præsul à quoquam judicabitur, quoniam scriptum est, non est discipulus super magistrum.*

Sententia Pauli Rom: 13. etiam episcopos obligat magistratui.

Romanus præsul nemini vult subesse.

Alia Synodus Romana æquè turpis.

Tertia

Tertia ibidem Romana Synodus commemoratur, quæ jussu Constantini post baptismum à Sylvestro susceptum (quod falsissimum est, cùm historici Imperatorem ab Eusebio Nicomediæ baptizatum perhibeant, Euseb: lib. 4. vit. Const: cap: 62.) in thermis Trajanis sit convocata Episcoporum 284, in qua iterum mysterium iniquitatis & papalis primatus è tenebris, in quibus hactenus latuerat, promicuit. Repetiverunt enim Patres istic congregati, (si modò congregati) ne ordines inferiores adversus superiores accusatione uterētur; Item, Non esse judicandā à quoquam primam sedē, neq; ab Imperatoribus, neq; à regibus, neq, à clero, neq; à populo. In hanc autem eminentiam & ab omni obedientia exceptionem Romani Papæ Constantinum consensisse, impudentissimum est mendacium, quemadmodum è Canone VI. Concilij Niceni patuit.

Romanenses perhibent Constantinum à Rom: pontifice baptizatum esse.

Papa vult esse ἀνυπεύθυνος.

Eadem malignantium cathedra decrevit, ne quis baptismum, nisi quadraginta annorum petenti tribueret, exceptis infirmis. Et: Ne quis clericus curiam intret ob quamcunq; suam causam, quia curia à cruore dicta sit. Et; Ne quis presbyter conjux fiat, aut duodecim annis honore suo privetur.

Baptismus in 40 ætatis annum dilatus.

Curia à cruore dicta juxta Papalem etymologiam.

Alia

Alia Romana Synodus dubia.

Quarta quoque Synodus, quæ ibidem describitur, incertæ fidei est, imò prorsus conficta, ut è ratione adjecta patebit. Tradit enim liber ille Conciliorum, Constantinum nono anno sui imperij Iudæorum Sacerdotes 130, Christianorum 24. Romam congregasse, hac de causa, quòd ab Helena matre monitus fuerat, ut Iudæorum potius, quàm Christianorum religionem susciperet. Ideo experimentum facere voluit, utra religio esset certior: Iudæos itaq; cum Christianis præside Sylvestro Papa commisit, qui cùm à Pontifice disputando victi essent, miraculum postulârunt. Sylvester autem taurum in medium adductũ insusurratione in aures interficit, & exanimem vitæ restituit. Eo miraculo & Iudæos omnes conversos, & Constantinum ac Helenam ad Christi fidem adductos esse, Logodædalus ille Conciliorum perhibet.

Iudæorum & Christianorum coram Constantino disceptatio.

Sylvester Papa per magiã taurum interficit & resuscitat.

Figmenta autem hæc esse, vel ex eo constat, quòd Eusebius, qui familiaris fuit & charissimus Constantino, omniumq; rerum ejus optimè conscius, cùm accuratè occasionem & causas conver-

sionis

sionis ejus annotavit, hujus planè non meminit. Eusebij itaq;, utpote αὐτόπτου, fides potior nobis esse debet, quam recentiorum, Mariani, Scoti, Nicephori, Zonaræ monachi & similium traditio, qui hac fabellâ se oblectant.

Concilium Eliberinum.

In eodem primo Conciliorum tomo describitur Concilium Eliberide Hispaniæ civitate circa tempora Nicenæ Synodi habitum, episcoporum 19, sive Sylvestri sive Miltiadis, quod incertum est, ætate.

In ea verò descriptione paucula quidem sunt, quæ laudem aliquam & approbationem merentur, plurima, quæ vituperationem. Id observatu dignum, quod Concilium XIX constat episcopis, presbyteris XXXVI. diaconis incerto numero, & præterea parte aliqua plebis.

Concilium Romanum ex episcopis, presbyteris, diaconis.

Laudandus etiam Canon XVI: Hæreticis, qui errant ab Ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neq; Iudæis, neq; hæreticis dari placuit: eò quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

Hæreticis non dandæ catholicorũ puellæ.

Nec

Negligentes ecclesiasticos congressus excommunicantur.

Nec improbandǫ est canon XXI: Si quis in civitate positus, per tres Dominicas ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptǫ esse videatur.

Id quoq; quod Canone 38. de baptismo in casu necessitatis à laico administrando, demtis quibusdam, quæ adduntur, circumstantijs, non vituperandum est.

Comici & scenici excommunicati.

Et laudandum quod can: 67. sancit, ne qua fidelis vel catechumena aut comicos aut viros scenicos habeat: & quæcunq; hoc fecerit, à communione arceatur.

Alea sub excommunicationis pœna interdicta.

Et istud bene sancitum Can: 97: Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit eum abstinere. Et si emendatus cessaverit, post annum poterit communione reconciliari.

Multis autem modis Scripturæ & pietati adversantur sequentes Canones, quorum censuram quilibet pius, me quoq; tacente, apud se instituere potest.

Domina ancillæ interfectrix non plectitur.

V. Si qua fœmina, furore Zeli accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit, voluntate an casu occiderit: Si voluntate,

tate, post Septem annos: si casu, per quinq; annorum tempora, acta legitimè pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI. Si quis verò maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impertiendam esse illi communionem. *Maleficii pœnitentia denegata.*

XII. Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quòd alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem. *Lenocinia facientes finaliter ab communione arcẽ.ur.*

XIII. Virgines, quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atq; eidem libidini servierint, non intelligentes quid admiserint, placuit, nec in fine dandam esse communionem. *Virgines votum vetractantes omni spe veniæ privantur.*

XXVII. Episcopus vel quilibet Clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habea: extraneam verò nequaquam secum habeat. *Cohabitatio cum mulieribus clero prohibita.*

XXXIII. Pla-

Conjugium clericorum damnatum.

XXXIII. Placuit, in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconibus & subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios.

Cereis inquietantur sanctorum spiritus.

XXXIV. Cereos per diem placuit in cæmiterio non incendi. Inquietandi enim sanctorum Spiritus non sunt.

Magistratus arcetur ab Ecclesia.

LVI. Magistratum verò, anno quo agit duumviratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat.

Arelatensis prima.

Arelate civitas Galliæ.

Civitatem Arelaten in Gallia Narbonensi collocat Ptolemæus lib. 2. cap: 10, & Plinius lib. 3. cap. 4, in qua aliquot Synodos fuisse Gratianus distinct. 16. annotavit. Prima, cujus canones primo Conciliorum tomo fol. 286. annotantur, tempore Constantini & Sylvestri celebrata perhibetur. Continet aliquot capitula, ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentia, inq, ijs etiam sphalmata nõ levia, cap 3. 10. 14. sicut è subjectis quilibet æstimabit.

III. De his, qui arma projiciunt in pace, placuit, abstinere eos à cõmunione.

X. De his, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & ijdem sunt adolescentes

lescentes fideles, & prohibentur nubere: placuit, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant. *Parti innocenti in causa adulterij prohibentur nuptiæ.*

XIV. De his qui falsò accusant fratres suos, placuit, eos usq; ad exitum non communicare: sed falsum testem, juxta scripturam, impunitum non licere esse.

Arelatensis secunda.

Altera Arelatensis Synodus ab authore libri Conciliorum, tempore Constantini itidem & Sylvestri, circa annum Christi 326. habita commemoratur. In ea sequentes articuli benè sunt propositi, utpote quod capite 18. & 19. decernitur, ad Synodum vocatos venire ipsos, vel alium suo loco mittere, nec ante dimissionem Synodi recedere oportere; & quod 13. articulo sancitur, eos, qui publicis inter se odijs exardescunt, ab ecclesiasticis conventibus esse removendos, donec ad pacē recurrant; benè etiā habet, quod articulo 35 definitur, ut non soli Episcopi, sed etiam cæteri clerici ac laici cives potestatem eligendi episcopum habeant. Malè autem articulus 2. statuit, assumi aliquem ad sacerdotium nō posse in vinculo conjugij constitutū. *Vocati ad Synodum comparere nec nisi finita illa discedere debēt. Laici & clerici habent ius vocandi.*

L Cartha-

Carthaginensis prima.

Concilium Cypriani tempore circa annum Christi 255. Carthaginensium in urbe celebratum fuisse, suprà est ostensum. Aliud verò etiam ibidem Donatistæ habuerunt, in quo Cæcilianum Carthaginensem Episcopum damnarunt. Sed istorum in libris Conciliorum non fit mentio. Prima verò Carthaginensis Synodus nominatur, quæ authoritate Constantini congregata est à Grato episcopo Carthaginensi, post finem schismatis inter Cæcilianum & Donatum, in qua constituta sint ad ecclesiæ disciplinam pertinentia. Inter ea in primis probandum est pronunciatum primum, quo decernitur, eos, qui semel in nomine Trinitatis sunt baptizati, non esse rebaptisandos: & quintum, ne clerici administrationibus seu procurationibus politicis se immisceant. Reliqua fermè his sunt similia, in universum 11. capitula.

Carthaginensis Synodus à Grato episcop. Carth. convocata.

Sub Constantino Iuniore Synodus Antiochena Arriana.

Antiochenæ Synodi suprà meminimus, eius autem occasio hæc fuit, quod Constantinus Iunior statim initio imperij Atha-

Constantinus Iunior revocat Athanasium.

thanasiũ ab exilio, sicut pater decedens præceperat revocavit, quæ res cum Eusebianis intolerabilis videretur, consuetis suis artificijs ab Imperatore Nestorianarum imposturarũ nondum gnaro impetrarunt, ut Synodus Antiochiæ Syriæ haberetur, hoc prætextu, quasi ædem recens extructam, quã Constantinꝰ senior inchoaverat, Constantinus verò supremam manũ imposuerat, à frequenti Concilio dedicari necesse esset, cùm interim aliud nihil agerent, quàm ut decreta concilij Niceni abrogarent. Conveniunt igitur post exactos annos ab obitu Constantini quinq;, circa annum Christi 344. ab Imperatore Constantio convocati ex diversis civitatibus episcopi XC, seu juxta Sozomenum & Hilarium XCVII, inter quos plurimum sibi tribuit Eusebius Nicomediensis. Sed Maximus Hierosolymorum & Iulius Romanorum Episcopus, cùm omnia Consilia ad profligandum & opprimendum Athanasium comparata animadverterent, interesse noluerunt.

Ad dedicandum templũ Synodus Antiochena ab Arrianis convocata.

Maximus & Iulius nolunt impiæ Synodo interesse.

Vbi verò omnes Episcopi in unum convenere, & Constantius etiam adfuit, complures eorum indignari & graviter ATHANASIVM

Athanasius graviter accusatus in concilio Antiocheno.

accusare cæperunt, quòd scilicet legem de Sacerdotio sancitam (quam ipsi commenti sibi fuerant) contemsisset, eò quod prius Ecclesiæ Alexandrinæ administrationem occupasset, quàm potestas esset ei à Concilio permissa. Adjecerunt præterea, eum civibus causam mortis extitisse, propterea quod, cùm in civitatem intraret, seditione excitatâ multi occisi, non pauci in judicium adducti essent. Itaq; gravissimâ calumniâ his rationibus contra Athanasium contextâ, decernunt, ut Athanasio ejecto Gregorius Ecclesiæ Alexandrinæ antistes constituatur.

Quo facto ad quærendum de fide se conferunt: & quamvis decreta concilij Niceni minimè arguerent, tamen mittunt ad Episcopos cujusque civitatis literas, quibus docent, se, cùm sint Episcopi, Arrium minimè secutos esse (qui enim fieri potest, inquiunt, ut nos qui sumus episcopi sequamur eum, qui solùm est presbyter?) Sed cum in fidem eius studiosè inquirere, eamque accuratè expendere niteremur, Arrium potius ad nos revertentem admisimus, quàm eius opinioni sumus ipsi obsecuti. Asseverant autem, se non aliter credere, quàm

quàm fides ab initio tradita præscriberet. Eam verò esse, quam Epistolæ suæ subjunxerant, in qua de nomine Essentiæ patris aut filij, vel verbi, Consubstantialis, nulla omninò mentio facta erat: sed sensu adeò anceps & ambigua fuit, ut neq; Arriani, neque Concilij Nicæni fautores compositionem verborũ, quòd sacræ literæ eiusmodi minimè complecterentur, insectari possent.

Arriani formulam fidei ambiguam componunt.

Nam omissis illis nominibus, quæ utraque pars haud probabat, ea in formula fidei posuerunt, quæ erant tum ab Arrianis, tum ab Orthodoxis concessa.

Canones præterea quindecim hujus Concilij recitantur in primo tomo Conciliorum, in quorum vestibulo notanda est hypocritica Arrianorum gloriatio de spiritu sancto suo in Concilio præsente: Sic enim dicunt: *Gratia & veritas Iesu Christi, Domini & Salvatoris nostri, sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans, & in unum conetens per concordiam pacatissimi Spiritus, multa quidem & alia perfecit: in omnibus autem suggerente sancto & pacifico Spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ Concilia visa sunt rectè constituì, cum plurima consideratione & iudicio, una cum omnibus nobis Antiochiam ex diversis provincijs in unum collectis Episcopis, in*

Arriani gloriantur de præsentia Spiritus sancti in suo Concilio abusi.

vestram notitiam deferuntur. Credimus autem
" *gratiæ Domini & Spiritui sancto pacis, quòd &*
" *ipsi conspirabitis nobis, tanquam in unam fuisse-*
" *tis virtutem nobiscum & orationibus adnitentes:*
" *magis autem muniti, & in spiritu sancto præsentes*
" *ijsdem ipsis quæ definita sunt consentientes, & ea*
" *quæ visa sunt recta roborantes, cum consensu sancti*
" *spiritus consignabitis.*

Arriani nolunt suam causam ad Imperatorē deferri.

E canone verò II. liquet, quo pacto Antichristi Spiritus, qui magistratum contemnit, in Arrianis quoq, se prodiderit: Sic enim ille habet. *Si quis Episcopus, vel presbyter, vel omnis omnino, qui est sub Ecclesiastica regula constitutus, præter consilium vel literas eorum episcoporum, qui sunt intra*
" *provinciam, & maximè metropolitani, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & ejici non so-*
" *lum de communione, sed etiam propriâ dignitate pri-*
" *vari, tanquam molestum & importunum imperialibus auribus, contra ecclesiastica constituta.*

Ejusmodi autem fraudulentum decretum ad opprimendum Athanasium condiderunt, ne videlicet contra Arrianorum machinationes Imperatoris opem implorare ipsi liceret.

Arrianam Synodum sequuntur terræmotꝰ.

Scribit autem Socrates lib. 2. cap. 7. & Hieronymus in Chronici Eusebiani supplemento sub anno Christi 344. Constantij quarto, secutos eam Synodum

odum fuisse per Orientem & maximè Antiochiæ terræ motus vehementes, qui per integrum annú urbem concusserint.

Meritò autem notatur, quomodo Synodi decretum Constantius in gratiam Arrianorum executus sit. Nam ad Alexandrinum Episcopatum occupandum misit Gregorium quendam hominem peregrinum, externum & ignotum, nec adhibitis Episcopis sed Syriano duce & exercitu eum introduxit: quàm mirabiliter Athanasius è manibus ejus evaserit, ipse in apologia commemorat, & breviter Socrates lib. 2. c. 8. Ejecto Paulo Arriani Constantinopoli Macedonium obtruserunt, cum maximis civitatis motibus & seditione.

Non longè pòst, ut scribit Socrates lib. 2. cap. 9, Eusebius, simul atque ea, quæ volebat, confecerat, legatum ad Iulium episcopum Romanum oratum misit, ut ipse in causa Athanasij, (quem Synodus jam damnaverat & in exilium expulerat) judex esse vellet, litisq; dijudicationem ad se transferret. Sed ea, quæ erant à Iulio de Athanasio iudicata, ad aures Eusebij neutiquã pervenerunt. Nam paulò post dimissum Concilium exivit è vita.

Eusebius Arrianus causæ cognitionem ad Rom. episcopum remittit.

Antiochena secunda Arriana.

Non longè pòst Iulij de Athanasio sententia scripto perlata est, quam ob causam iterum habita fuit Synodus Antiochiæ ab Arrianis, de qua ex epistola Iulij Rom. Pontificis apud Athanasium Apologia 2. Quid autem eo in congressu sit tractatum, ipsi, qui congregati fuerunt, in sua ad Iulium responsione hisce verbis significant: *Sunt à nobis, inquiunt, & maximè à totius orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, Asclepius Gazæ, Lucianus & Adrianopolites. &c.* Ex quibus verbis intelligitur, eos tum quoque priora decreta confirmasse. De epistola verò Iulij sic scribit Socrates lib. 7. cap. 11. *Quoniam Ecclesia Romana privilegium præter cæteras obtinebat, literis suis ad Episcopos Orientis liberius perscriptis, partes Athanasij & Pauli ac reliquorum orthodoxorum tueri conatur.* Vnde liquet, Romanæ Ecclesiæ honorem quidem tunc temporis à cæteris fuisse exhibitum, utpote ei, quæ in imperiali esset civitate, Iulium verò longius progressum imperandi potestatem sibi vendicasse: Sicut è tu-

Orthodoxi doctores damnati in Synodo Antiochena secunda.

Ecclesia Romana obtinuit privilegium præ cæteris.

è tumida Iulij (nisi supposititia est, quod magis videtur) epistola tom. 1. Conciliorum apparet.

Quamobrem cum Iulius adeò insolenter & ambitiosè scripsisset, & ex plenitudine potestatis Orientalibus mandare voluisset, episcopi Antiochiæ congregati responderunt ita, ut Iulium eo nomine acriter increparent, ostendentes, si qui eorum judicio ecclesia fortè exacti essent, rem ab eo non debere decerni. Nam quando ille Novatum Ecclesiâ exturbarat, ipsos minimè contradixisse. Socrates ibidem.

Synodus Agrippinensis seu Colonienſis orthodoxa.

Inter Synodos sub Iulio coactas liber Conciliorum etiam Agrippinensem seu Colonienſem collocat, celebratam anno octavo Constantij Imperatoris, Christi 347.

Causam præbuit Euphrates episcopus in Arrianorum hæresin prolapsus, & Christi divinitatem negans. *Euphrates Colonienſis episcopus Arrianus.*

Convenerunt igitur aliquot episcopi, quorum etiam nomina ibidem exprimuntur, & Maximus Trevirorum præses in confessu hanc de Euphrate tulit sententiam: *Quia voluntas Dei Patris & Domini nostri Iesu Christi voluit nos, juxta postulatum fratrum, ad hoc Agrippinense oppidum convenire, propter perditum & blasphemum Euphratam, quem omnis mundus jam ore Domini cognovit esse damnatum, qui in spiritum Sanctum eatenus blasphemavit, quòd Christum negat: hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei & Domini nostri Salvatoris ore prolata est, dicentis: Omnia peccata & blasphemiæ remittuntur hominibus: qui autem blasphemaverit Spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; hic, neq; in futuro, sed reus erit æterno judicio. Ideò episcopum eum, manifestum est, esse non posse.* Cui sententiæ cæteri omnes concorditer subscripserunt.

Synodus alia in Oriente Arriana.

Triennio pòst, cùm interea pulsus denuò Athanasius, Alexandriam literis Constantis communitus, ut Hieronymus in Chronico sub anno Domini 348 annotat, redïsset, orientales Episcopi iterum

Socrates lib. 2. cap. 15.

iterum Synodum sive Antiochiæ sive alibi, incertùm, convocarunt, ac fidei formulam prolixam diversamq; à prioribus omnibus composuerunt, eamq; Italiæ episcopis per Eudoxium Germaniciæ episcopum, Martyrium & Macedonium miserunt: sed quam illi, ut qui Synodi Nicænæ formam sufficere dicerent, non receperunt, Socrates lib. 2. cap. 19. Athanasius in epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ.

Adjicit autem Socrates indicato loco, Orientales prolixam eam fidei suæ formulam per Eudoxium, Martyrium & Macedonium Latinis misisse. Sed episcopi Occidentis eam recipere neutiquam voluerunt, sed Fidem Niceæ stabilitam satis esse dixére. Socrates lib. 2. cap. 15.

Romana alia pro Athanasio contra Arrianos.

Imperantibus Constantio & Constante Iulius Rom. episcopus Romæ Synodum coëgit, compulsus partim Athanasii calamitate, partim Arrianorum in eum immani odio.

Vocavit

Vocavit autem ad eam Synodum etiam Orientales Arrianos episcopos, quorum vocandorum causâ misit suos presbyteros Elpidium & Philoxenem cum literis, certum illis diem nuncians, quo aut adessent, aut si minùs comparerent, se modis omnibus suspectos haberi cogitarent. Verùm illi cùm adesse Athanasium percepissent, causæ suæ diffidentes venire recusarunt, absentiæ turpem ac frivolam causam prætexentes, impediri se scilicet bello, quod contra Persas Imperator tunc susceperat. Adfuerunt tamen ex oriente quoq; & alijs regionibus episcopi & presbyteri. Trecentos ac sedecim liber Conciliorum numerat.

Arriani bellicis motibus se excusant, quo minus ad Synodum veniant.

Actio principalis fuit, quòd Synodus anathemate percusit omnes cum Ario facientes, & Symbolum Nicenum doctrinamq; Athanasii confirmavit. Cæterum qua ratione istud in Synodo sit actum, partim ex epistola Athanasii ad Epictetum, & ad solitariam vitam agentes, & ad Episcopos Africæ, partim ex epistola Iulij ad Diaconum Flacillum, Narcissum, Eusebium & alios, quæ in apologia 2. apud Athanasium extat, cognoscere licet.

Conci-

Concilium Sardicense orthodoxum pro Athanasio.

Anno C. 347.

Recitat Socrates lib. 2. cap: 14. 15. 16. Paulum Constantinopoli pulsum & Athanasium suam conditionem Imperatori Constanti, qui Occidenti præerat, sicut frater Constantius orienti, patefecisse, ejusq; opem imploralse: Imperatorem etiam fratri Constantio bis scripsisse, ut Paulo & Athanasio sua ipsorum loca & sedes restituerentur, sed nihil profecisse. Itaq; illos aliud Concilium cogi postulasse, ut cùm de ipsorum rebus, tùm de fide cognosceretur. *Constans Imperator patronus Athanasij.*

Edicitur ergo Concilium generale, ut omnes Sardicam commeent, (est autem hæc civitas Illyrij) idq; de sententia duorum Imperatorum, alterius per litetas illud flagitantis, alterius, qui in Oriente regnabat, alacri & parato animo eisdem obtemperantis. Vndecimo anno post mortem patris duorum Augustorum, Ruffino & Eusebio Cos. Concilium Sardicense coactum est. Socrat. lib. 2. cap. 16. *Sardica civitas Illyrij.*

Episcopi circiter 300, qui versus occidentem habitabant, ut ait Athanasius in 2. Apol. eò conveniunt. *Sardicense concilium.*

Ex

Arriani nolunt venire Sardicam.

Ex episcopis autem Orientalibus, (ut Sabinus narrat) solum 76, Sardicam adventant. Nam alij corporis infirmitatem causantur, alij de temporis præstituti queruntur angustia, cùm tamen ex eo tempore, quo Concilium editum fuerat, annus & sex menses præterijssent. Ac cùm intellexissent Athanasium & Paulum illic adesse, in conspectum Orientalium alia conditione venire recusarunt, nisi illos removissent. Quod cùm Hosius Cordubensis, qui primas tenebat, cæterique facere nullo modo vellent, discessserunt illi clanculum Sardica, post multas invitationes & citationes.

Sardicense concilium confirmat doctrinam orthodoxam.

Episcopi autem reliqui Sardicæ coacti primùm istos desertâ causâ condemnare: deinde Athanasii accusatores dignitatis gradu dimovere, tùm fidei Nicenæ decisionem constabilire, opinionemq;, quod Filius Dei esset Patri dissimilis, prorsus explodere, postremò Consubstantialis verbum multò notius & illustrius efficere. Nam literas scribunt illi quoq; de eare, & passim ad omnes mittunt.

Orientales, ut aliquo saltem prætextu suum discessum obnuberent, finxerunt,

kerunt, sibi ab Imperatore triumphalia de Persis per literas significata esse, absurdiore videlicet, quàm Antiochiæ, causificatione: Philippopoli autem in Thracia ipsi quoq; Synodum instituerunt Sardicensi oppositam. Sozom. lib. 3. cap. 12. Theodoret. lib. 2. cap 15. Socrates libro indicato cap. 18.

Synodus Philippolitis Arrianis

Notari autem de Sardica Synodo & illud debet, quod Socrates & alij referunt, executionem decretorum non Rom. Papam, sed Constantem Imperatorem susceepisse. Statim enim post, inquit Socrates, Imperator qui partium ad Occidentem vergentium dominabatur, ea quæ in Concilio Sardicensi acta erant, fratri suo Constantio significat, hortaturque ut Paulum & Athanasium ad proprias sedes restituendos curet. Vbi autem Constantius fratris postulata de die in diem differebat, ille (Imperatorem dico Occidentis) optionem fratri dat, vel Paulum & Athanasium ad suas ipsorum sedes ecclesiasque restituendi, vel si hoc minus præstaret, ipsum sibi hostem reddendi, nihilque aliud quàm bellum ex pectandi.

Constans Imperator exequitur decreta Synodi Sardicanæ.

Literæ

Constans fratri Constantio bellum minatur nisi Athanasium restitueret.

Literæ autem quas ad fratrem scripsit, ita se habent. Sunt hic apud me Athanasius & Paulq: uos auditione accepi, pietatis causa persecutionē passos esse. Quod si polliceare, te illis suas ipsorum sedes redditurum, inq; eos, à quibus sine causa injuriâ affecti sunt, animadversurũ, viros ipsos ad te mittam: Sin autē recusas ista hoc modo perficere, pro certo velim cognoscas, me eò venturũ, & te invito illis suas ipsorum sedes restituturum. Quæ cùm intellexisset Orientis Imperator, non mediocrem animo cæpit ægritudinem. Accersitis igitur nõ paucis Orientis Episcopis, optionem sibi datam illis exponit: rogat, quid faciendum sit. Illi melius esse respondent, ut Athanasio Ecclesiæ suæ concederet administrationem, quàm ut bellum intestinum susciperet. Vnde Imperator necessitate adductus, Athanasium ad se accersit. Interea temporis Constans Occidentis Imperator, Paulum cum duobus Episcopis, cum literis suis, cumq; literis etiam Concilij, quò tutior esset, honorificè Constantinopolim mittit. Cùm Athanasius adhuc extimesceret, animoq;, ad Constantium nec ne proficisceretur, hæsitaret (metuebat namque falsas calumniatorum

aterum criminationes) Constantius Orientis Imperator illum non semel modò, verùm etiam iterum ac tertiò accersivit: Quemadmodum literæ ejus satis declarant.

Sed ut ingenium Constantij Imperatoris, in orthodoxa religione inconstantissimi, simulq; miserabilis facies illorum temporum rectius perspiciatur, facit ad rem præsentem Hilarij de Constantio judicium, quo mortuum prosecutus est, ita in lib. contra Constantium Augustum iam vita defunctum scribens: *Christianum te mentiris, Christi novus hostis es, antichristum prævenis, & arcanorum mysteria ejus operaris. Condis fidem, contra fidem vivens: doctor prophanorum es, indoctus piorum: episcopatus tuis donas, bonos malis demutas: Sacerdotes custodiæ mandas, exercitus tuos ad terrorem ecclesiæ disponis: Synodos contrabis, & Occidentalium fidem ad impietatem compellis; concluſos urbe unà minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione depravas. Orientales autem dissensiones artifex nutris, blandos elicis, fautores instigas, veterum turbator es, prophanus novorum es. Omnia sævissima sine invidia gloriosarum mortium peragis. Novo inauditoq; ingenij triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris. Plus crudelitati vestræ Nero, Deci, Maximiane debemus. Diabolum enim per vos vicimus.*

Constantij ingenium & conatus in propagando Arrianismo indefessus.

„ vicimus, sanctus ubiq; beatorum martyrum sanguis
„ exceptus est. At tu omnium crudelitatum crude-
„ lissime, damno majore in nos, & venia minore desæ-
„ vis, Subrepis nomine blandienti, occidis specie reli-
„ gionis, Impietatem peragis, Christi fidem Christi
„ mendax extinguis.

Synodus Hierosolymitana orthodoxa pro Athanasio.

Post Synodum Sardicensem jussus ad sua redire Athanasius, literis instructus Constantij & Iulij Romani episcopi, per Syriam & Palæstinam iter instituit, quo tempore Hierosolymis episcopatum tenebat Maximus, cujus authoritate Synodum Episcoporum Syriæ & Palæstinæ convocavit. Eò in conventu decreta Synodi Nicenæ confirmata sunt, & Athanasius in communionem receptus, suæq; dignitati restitutus est. Socrat. lib. 2. cap. 19 Epistolam gratulatoriam ad Alexandrinos, ab Episcopis Hierosolymis congregatis perscriptam, Athanasius apol. 2. annotavit, & singulorum quoq; nomina subjecit, unde peti potest.

Athanasius Hierosolymis habet Synodum.

Alexandrina ab Athanasio reduce celebrata orthodoxa.

Hierosoly-

Hierosolyma Athanasius per Pelusium recta Alexandriam iter capit, & in singulis civitatibus, ad quas adventabat, docuit, hortatusq, est, ut Arrianos evitarent, eosq; amplexarentur, qui fidem confiterentur Consubstantialis, Socrat. lib. 2. cap. 19. Domum reversus Synodum ex Ægypto, Thebaide, Lybia & Pentapoli cogit, in quam convenerunt centum episcopi, qui de Athanasii innocentia testimonia confirmata ad omnes ubiq; Ecclesias, Romam etiam ad Iulium perscripserunt. Sicut epistola Synodalis statim in vestibulo secundæ Apologiæ ab Athanasio adscripta habetur. *Athanasius Alexandriæ celebrat Synodum.*

Sirmiensis fucata & subdola pro Arrianismo sub specioso titulo conciliationis. *Anno C. 351.*

Imperator Constantius dum Sirmij civitate Pannoniæ, ut ex Ptolomæo constat, commoratur, Photinus ejus Ecclesiæ Episcopus dogma quoddam, quod ipse separatim excogitaverat, palam divulgare conatur, & quoniam tumultus ex hoc oriebatur, Imperator (quod observari debet) Concilium *Sirmium Pannoniæ civitas. Photinus.*

episcoporum Sirmij convocari jubet. Eò igitur convenêre ex Episcopis Orientis Arriani, & occidentales, inter quos Osius Cordubensis eminuit, invitus & præter voluntatem interesse coactus. Socrates lib. 2. cap. 24.

Photini dogma.

Photinum & ejus dogma ita describit Sozomenus lib. 4. cap. 5. Quoniam ingenio tùm ad bene dicendum, tùm ad persuadendum multum valebat, idcirco multos ad suam opinionem traduxit. Qui tametsi affirmavit, Vnum Deum omnipotentem esse, qui proprio verbo condidit universa: tamen quod Filius Dei ante secula generatus sit & extiterit, nullo modo concedere voluit, sed Christum ex Maria genitum docuit.

Quòd igitur episcopi illic congregati blasphemum Photini dogma damnârunt, ipsumq; episcopatu abdicarunt, (Sozomen. & Socr: locis indicatis) in eo probanda est Synodus. Sicuti etiam ista decreta, ad astruendam S. Trinitatem, si dolus abfuisset, rectè haberent: *Si quis hoc dictum, Faciamus hominem, non Patrem & Filium, sed Deum secum loqui affirmet, anathema esto. Et istud: Si quis hoc dictum, Pluit Dominus ignem à Domino, non de Patre & Filio accipiat, sed ipsum à se ipso pluisse dicat, anathema esto.*

Dictum Gen: 1. faciamus hominem, & Gen: 19.

Etsi

Etsi autem hæc in speciem pro asserenda S. Trinitate bene pronunciata videntur: quia tamen essentiæ, majestatis & dignitatis æqualitatem & ταυτότητα in tribus personis ijdem episcopi negarunt, ideò hæc quoq; omnem suam dignitatem perdunt. Mox enim in eadem confessione subjiciunt: *Non autem ejusdem ordinis Patrem & Filium, sed Filium Patri subjectum arbitramur.* Et in posteriore formula, quâ priorem non modò emendare, sed abrogare voluerunt, in gratiam Arrianorum, injustissimæ pacis cupiditate sanxerunt hoc pacto: *Cæterum quia multos commovet vox latinè quidem dicta substantia, græcè autem οὐσία, hoc est, ut diligentius cognoscatur, illud quod ὁμοούσιον aut ὁμοιούσιον dicitur, nullam earum mentionem debere fieri, neq; de ijs sermocinandum in Ecclesia censemus, quòd de ijs nihil scriptum sit in sacris literis, & quòd illa hominis intellectum & mentem transcendant, &c.* Et mox: *Nulli verò ambiguum, Patrem majorem esse, neq; est, quod quisquam dubitet, Patrem honore, dignitate, DEITATE, atq; adeò ipso nomine paterno majorem esse.*

Arriani contra Photinum asserũt Trinitatẽ, cum Filij æternam deitatem negent.

Sirmiensis Synodo damnat ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον

Vtramq; fidei formulam recitat Socrates & Hilarius de Synodis adversus Arrianos, ubi suum judicium, quod notatu dignum est, adjungit, quod hîc ad-

Hilarij judicium de Sirmiensi Synodo.

dimus: *Meministis, in ea scripta proximè apud Sirmium blasphemia id tentatum ac laboratum fuisse, ut dum Pater unus & solus omnium Deus prædicatur, Deus esse Filius negaretur: & dum de* „ *homousio & ὁμοιουσίῳ taceri decernitur, id decre-* „ *tum esse, ut aut ex nihilo, ut creatura, aut ex alia* „ *essentia, ut consequentia creaturarum, & non ex* „ *Deo Patre, Deus Filius natus confirmaretur. Tùm* „ *porrò in eo quod honore, claritate, dignitate, maje-* „ *state pater major diceretur, id esse quæsitum, ut* „ *Filius his omnibus, quibus Pater major est, indige-* „ *ret. Postremò dum ignorabilis nativitas ejus asseri-* „ *tur, per hoc ignorantiæ decretum, nescire quod ex* „ *Deo sit, juberemur. Perinde quasi juberi decerni* „ *possit, ut quis aut quod ignoraturus sit sciat, aut* „ *quod scierit ignoret.*

Constantius fraudulèter admittit vocem ὁμοουσίου.

Postremò adjiciendum huic narrationi videtur, quod Hilarius perhibet, Constantium in eo conciliabulo voces, οὐσίας & ὁμοουσίου, admisisse, sed callidè & simulanter, ut nimirum Occidentalibus persuaderet, non in rebus ipsis & doctrina de persona Christi, sed solummodò in istis vocabulis contentionem Orientalium & Occidentalium versari, eoq; figmento Occidentales adduceret, ad sphingen Sirmianam subscribendam.

Neq;

Neq; silentio prætereundum, quod de subscriptione ab Osio sene vi extorta annotavit Socrates lib. 2. cap. 26, ita scribens: *Quanquam iste paulò antè per fraudulentum Arrianorum conatum erat in exilium missus: id temporis tamen studio & labore episcoporum, qui Sirmij convenerant, factum est, ut Imperator illum accerseret, habens in animo vel persuadendo, vel cogendo eum inducere, ut cum Episcopus ibi coactis consentiret. Nam si stud factum esset, illorum fides perillustri testimonio confirmata videretur. Hac de causa invitus, ut dixi, accessit ad Concilium. Simul atq; verò Senex ille eorum fidei assentire abnuebat, plagæ illi erant inflictæ, membraq; machinis distorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi & necessitate compulsus consensit, subscripsitq;.* Atq; res tum Sirmij gestæ hunc exitum habuere.

Arriani Hosium senem vi & verberibus cõpellunt, ad formulam suam subscribendam.

Synodus alia in Oriente Arriana.

Ita quidem fraudulenta pacificatio Arrianorum & orthodoxorum Sirmij fuit inita. Sed orientales mox ipsi Synodo in oriente, quo loco, incertum, congregata, mentem suam Arrianis blasphemijs refertam in apricum protulerunt, & duodecim definitiones Sirmienſi Symbolo opposuerunt, in quibus

Orientales produnt Arrianam sententiam mente occultatam.

equidem suum illud ὁμοιούσιον mordicus retinent & defensant, contenduntq; Filium Patri similem habere essentiam, sed ejusdem essentiæ, unumq́, essentiâ esse pernegant. Vide illas decisiones apud Hilarium de Synodis adversus Arrianos.

Mediolanensis turbulenta & irrita.

Arriani in concilio Mediolanensi Athanasium damnari postulant.

Per id tempus, mortuo Constante Occidentis Imperatore, exibat edictum à Constantino Arrianis favente, ut Concilium Mediolani cogeretur. Quò cùm Episcopi Orientis Arriani venissent, primo omnium postulabant, uti contra Athanasium communis pronunciaretur sententia, quo quidem confecto, putabant fore, ut reditus Alexandriam illi penitus præcluderetur. Sed postquam hoc Arrianorum stratagema intellexére occidentales, Paulinus Trevirensis, Dionysius Albæ in Italia, Eusebius Vercellarum in Liguria Episcopus, illos nimirum omnes nervos contendere ad decretum contra Athanasium faciendum, non alia de causa, quàm ut fides labefactaretur, consurgentes graviter vociferabantur, religionem Christianam

per

per dolosos & fraudulentos illorum conatus expugnatam fore: dicebantq; crimationem Athanasio objectam perspicuè falsam esse: illosq; eas res excogitasse, ut fidem prorsus everterent. Socrates lib. 2. cap. 29.

Hilarius id Concilium appellat Synagogam malignantium, & narrat quo pacto Valens Dionysio Mediolanensi Episcopo decretis in Athanasium subscribere volenti, calamum & cartam è manibus violenter extorserit. Sed placet ipsius verba è libro ad Constantium apponere.

Hilarij de Mediolanensi concilio iudicium.

Eusebius Vercellensis Episcopus, est vir omni vita Deo serviens, hic post Arelatensem Synodum cùm Paulinus Episcopus tantis istorum sceleribus contraiisset, venire Mediolanum præcipitur, collecta jam illic malignantium Synagoga, decem diebus ad Ecclesiam est vetitus accedere, dum adversus tàm sanctum virum malitiosè perversa consumit. Soporatis deinde consilijs omnibus, ubi libitum est, advocatur. Adest unà cum Romanis Clericis, & Lucifero Sardiniæ episcopo, conventus ut in Athanasium subscriberent, ait de Sacerdotali fide prius oportere constare, compertos sibi quosdam ex his qui adessent, hæretica labe pollutos, expositam fidem apud Niceam, cujus superius meminimus, posuit in

Eusebius Vercellensis episcopus.

Synagoga malignantium.

„ medio, spondens omnia se quæ postularent, esse fa-
„ cturum, si pro fidei professione scripsissent. Dionysius
Tumultus in Synodo Mediolanensi. Mediolanensis episcopus chartam primus accepit. Ubi profiteri scribendo cœpit, Valens calamum & chartam è manibus ejus violenter extorsit, clamans non posse fieri, ut aliquid inde geveretur. Res post
„ clamorem multum deducta in conscientiam plebis
„ est, gravis omnium dolor ortus est, impugnata est à
„ Sacerdotibus fides. Verentes igitur illi populi judi-
„ cium, è dominico ad palatium transeunt.

De exitu Synodi ita tandem Socrates loco notato: Dum hæc isti vociferabantur, episcoporum Concilium dimissum est. Quod ubi intellexit Imperator, illos actutum in exilium jre jubet: generaleq; Concilium convocare in animo habet, uti paulò post in Ariminensi Concilio indicabitur.

Sed Colloquium Liberij Romani
Liberij Roman. episcopi orthodoxi colloquiũ cum Constantio. Episcopi, recusantis subscriptionem decretorum Mediolanensium, cum Constantio Imperatore meritò hic additur, ex quo, præter παῤῥησίαν perpetua laude dignam, tria insuper alia apparent, quæ præsenti Romanensium Papatui minimè favent. Nam Liberius ob Orthodoxam fidem & patrocinium Athanasij in exilium à Constantio mittitur, quod quidem

quidem Imperator facere nec potuisset, nec ausus fuisset, si vera esset Pontificiorum fabula de donatione Constantini. *Alterum verò est, quod Liberius rectissimè asserit, Veritatem non niti multitudinis suffragio, quod tamen hodie Romanenses summis viribus contendunt: Sed satius est ipsius verba cognoscere. Sic enim illa refert Theodoretus lib. 2. cap. 16. Imperator dicebat Liberio: Quota, inquit, pars tu es orbis terrarum, qui solus facis cum homine scelerato, (Athanasio) & orbis terrarum ac Mundi totius pacem dissolvis? Ad quæ Liberius; Non diminuitur solitudine mea verbum fidei. Nam & olim* TRES SOLUM *inventi fuere, qui edicto (Nebucadnezaris) resisterent. Dan. 3.* Postremò primatui Pontificum vehementissimè repugnat, quod Liberius liberè dicit, Athanasii Causam Alexandriæ esse cognoscendam, ubi sit & reus, & accusatores ac defensores, & ubi inquisitio commodissimè institui posset. Quod si tum temporis tantam Romanus Episcopus sibi vendicasset potentiam, quantam hodierni, non utique Alexandriæ Controversiam cognosci & dijudicari voluisset, sed Romam Arium cum accusatoribus evocasset.

Liberius Rom. episcopus causam Athanasii non Romæ sed Alexandriæ cognosci vult.

Ancy-

Ancyrana.

Leontio mortuo, Eudoxius Germaniciæ, quæ est Syriæ civitas, Antiochenum episcopatum dolosè invasit, ut Aëtium hæreticum qui Arrianæ hæresi addictus, ἄθεος cognominatus est, ibidem diaconum tueri posset. Ad hunc invasorem Antiochenæ sedis expellendum, Synodus Ancyræ à Basilio Ancyrano episcopo congregata est, in qua etiam communibus votis Eudoxii depositio concluſa, & ab Imperatore literis petita est. Sozom. lib. 4. cap. 13. Hilarius de Synodis adversus Arrianos tradit suspectam in ea promulgatam fuisse fidei formulam, quam tamen non exponit.

Ariminensis orthodoxa, sed ab Arrianis miserè vexata & mirè exagitata.

Anno C. 359.

Communis formula Arrianis & Orthodoxis proposita.

Constantio Imperatori, cùm deserta Nicæna confessione hæreticus esset factus, ut loquitur Athanasius, propositū fuisse, ut omnes tàm Orientis quàm Occidentis episcopos communi formula confessionis conciliaret & altercationibus finem imponeret, ex Socrate, Sozome-

zomeno, Athanasio & deniq, omnibus alijs, qui eius temporis historiam ac ecclesiæ conditionem memoriæ prodiderunt, notum est, idq; etiam exitus Synodi Sirmiensis testatum fecit, de quo ita Socrates lib. 2. cap. 29. Imperator generale Concilium convocare in animo habuit, ut cunctis Episcopis Orientis in partes Occidentis accersitis, omnes, si fieri posset, ad concordiam reduceret. Ei verò istam rem animo agitanti videbatur perdifficilis ad præstandam, propter itineris longitudinem, & propterea Concilium in duas partes dividi jubet: atq; Episcopos, qui huc aderant, in Mediolanensi, ut indicatum est, concilio, Arimini, quæ est urbs Italiæ, convenire, Episcopos autem Orientis Nicomediam urbem Bithyniæ petere, per literas imperat.

Causam falsam finxerunt Arriani, de qua Sozomenus lib. 3. cap. 18. commemorat, tradidisse eos, Constantinum patrem post defectionem à Nicena fide & homousio, ex Concilio Eusebij, Theogonij aliorumq;, de alia Synodo universali congreganda cogitasse, sed morte præventum successori filio suo Constantio mandasse, ut operam daret, alijs omni-

omnibus relictis, quo concorditer Deus coleretur, si Imperium suum successus felices habere cuperet, ideoq; Constantium Oecumenicam Synodum Ariminum in Italia convocare decreviſſe. Sed Sozomenus hoc commentum refutat ex circumſtantia temporis, quod nimirum credibile non ſit, ſi à patre hoc illi iniunctum fuiſſet, illum tamdiu, in annũ XXII. usque ſui imperij dilaturũ fuiſſe.

Athanaſius autem veram cauſam in ſua de Synodis Arimini & Seleuciæ epiſtola ſic annotavit: Cauſa iſtius concilij ferebatur in hoc ſita eſſe, ut de fide in Chriſtum Dominum noſtrum ageretur: authores autem iſtius rei ſunt Vrſacius ex Pannonia, Valens & Germinius &c. qui cum Arrianicæ factionis eſſent, & ne ſemel quidẽ cogitarent, quid vel crederent, vel affirmarent, ſingulos clanculum decipientes, & deceptis ſementẽ hæreſeos inſeminantes nonnullos qui aliquid eſſe videbantur, ſurripuerunt, & inter eos ipſum Cæſarem jam hæreticum factũ, ſpecie quidẽ illa prælata quaſi Synodũ inſtituere vellent, cum interim ſperant ea ratione ſe & Synodũ Nicenã & omnes ita pervertere poſſe, ut impietas pro veritate ubiq; invaleſcat.

Atque

Atque hoc argumento probat Athanasius ibidem, Germinium, Auxentium, Valentem, Vrsatium, Damophilum, Gajum, & cum illis Constantiũ, Arrianismi patronos nullã habuisse legitimam causam convocandi Synodum. Causam. n. præcipuam esse dicit novam exortam hæresin: Iam autem à tempore Niceni concilij hæresin nullã novam prodijsse; Arrianam quidem incrementa sumsisse, sed cum illa Niceæ sit refutata, non opus fuisse novo concilio.

Fides non concilijs sed Scriptura nititur.

Refutat & graviter objurgat eos, quod jactitent, se ob fidem conciliũ convocare, cum fides non conciliorum, sed solius scripturæ authoritate nitatur, verba eius hæc sunt: *Frustra circumcursitantes prætexunt, ob fidem Synodos sese postulare: cum sit divina scriptura omnibus potentior.*

Magnoperè indignatur, Arrianos præconcepta opinione ad Synodum venisse, & attulisse fidei formulã iam antè conscriptam, addita Cæsaris Constantij authoritate, & consulũ ac diei notatione, quasi fides humano niteretur iudicio, cùm è scriptura sit petenda. *Cæteri*, inquit, *Episcopi ex Sacris literis verba sua formarent, illi chartulam exhibuerunt, recitatis & consulibus, sub quibus scripta erat, postulabant, ut ea omnibus Synodis anteponeretur.* Ex

Arriani ad concilium adferunt suum pseudosymbolum iam ante decretum.

Ex quibus equidem graviſsimis Athanaſij ſententijs perſpicuum eſt hæreticorum & Antichriſti antiquum eſſe ſtratagema, iudicium ſcripturæ ſubterfugere, formulas fidei iudicio hominum ſtabilire, & prætoria, Cæſareaq;, vel pontificia authoritate præcipere ac mandare, quid credendum ſit.

Homouſion non inveniri in ſcripturis.

Porrò ſummam formulæ ab Arrianis conſcriptæ & à principio Synodo propoſitæ Sozomenus ita percenſuit lib. 4. cap. 5. & 6, quod videlicet in ea tum de οὐσίᾳ, quam Latini ſubſtantiam vocant, tum utrum Filius Patri conſubſtantialis aut ſubſtantia ſimilis ſit, vetuerint diſſerere: propterea quod voces illæ neque in ſanctis reperirentur ſcripturis, neq; hominum cogitatione aut intelligentia facilè comprehendi poſſent. Quin etiã præcepiſſe eos, ait, ut omnes formulæ fidei iam antea editæ antiquarentur, tenereturq; ea, quam ipſi latino ſermone Sirmij compoſuerant, de qua paulò ante in Concilio Sirmienſi dictum eſt. Poſtularunt deniq;, ne curioſè, quid quiſq; ſentiret, inquireretur, ne diſſidia & contentiones inde naſcerentur. Nam præſtare imperitius differere, modò rectè de Deo ſentirent, quàm inanes verborum argutias introducere.

Arriani nolunt de cujuſq; ſententia accuratius inquiri.

Sed

Sed orthodoxi, animadversa Arrianorum κυβείᾳ & πανουργίᾳ, formulam ab ipsis conscriptam perlegerunt, & perlecta, nihil opus esse nova fidei formula, constanter asseruerunt, acquiescendumque esse decretis Niceæ factis asseverarunt. Postulabant item ab istius formulæ authoribus, ut, si ea, quæ lecta erant, nihil novi contra Nicena decreta continerent, palàm ipsi dogma Arrij rejicerent. Hoc autem postulatum æquissimum cum Vrsacius, Valens & reliqui assectæ facere recusarent, Concilium jubet formulam Fidei tum aliarum sectarum, tum episcoporum, qui Niceæ olim convenerant, legi, uti sectæ rejicerentur, decretaq; concilij Niceni omnium confirmarentur suffragijs, atq, in posterum nemo ea argueret, aut concilium cogi de illis postularet, sed eisdē jam editis contentus acquiesceret. *Arriani nolunt damnare hæreses.*

Cum autem Valens & Vrsacius huic postulationi morem gerere nollent, sed postularent, ut formula, quam ipsi protulerant, confirmaretur, ab orthodoxis abdicati sunt, & Symbolum ipsorum pro irrito habitum ac declaratum.

In primis memoria dignæ sunt duæ rationes, quibus orthodoxi vafriciem

& nequitiã Arrianorum deprehensam palàm arguerunt. Titulum suo symbolo Arriani talem præfixerant: Præsente Constantio, æterno, magno, Augusto, Eusebio & Hypatio Cos: De hoc titulo sic Athanasius scribit: Ridiculum planè esse, Constantium Imperatorem æternũ nominare, Filium autem Dei negare æternum esse: & certum tempus huic formulæ præponere, non alio consilio, quã ut Fides veterũ patrum & sacerdotũ, qui antè hoc tẽpus vixerint, coargueretur.

Arrianis Constantius est æternus, Filius Dei non æternus.

His rebus Arimini gestis Valens & Vrsacius iniquo ferentes animo se abdicatos esse, properè ad Imperatorem contendunt. Concilium autem viginti Episcopos ad eam rem delectos, mittit legatos ad Imperatorem cum pia & rectissimè suadente epistola, de qua, uti illa apud Sozomenum lib. 4, cap. 17. extat, paucula delibabimus.

Nam de Niceno Symbolo ita ad Imperatorem scribunt: Indecens & nefarium, inquiunt, est, aliquid ex rectè & iustè decretis, & ex rebꝰ Niceæ publicè, cum Illustrissimo Principe CONSTANTINO patre tuo, per accuratam deliberationem constitutis, immutare velle: in quibus tanta doctrina est & prudentias

Semel rectè decreta non mutanda.

tia, ut ea ubiq; deprædicata, ad omnium aures animosq; pervenerit: quæ sola hostis & interfectrix Arrianæ hæreseos, & per quã non illa sola, sed & reliquæ hæreses sublatæ sunt: in qua certè & addere aliquid temerarium, & auferre periculosum. *Encomium Niceni Symboli.*

De fraudulenta autem pacificatione, quam Arriani moliebantur, hisce verbis in eadem Epistola ad Imperatorem conqueruntur: *Legatos nostros ad tuam æquitatem misimus, ut veritatem priscis & iustis rerum allegationibus probarent: & tuæ sanctitati ostenderent, quod non, quemadmodum Vrsacius & Valens inquiunt, pax futura sit, si aliqua ex rebus iustis subvertantur. Nam quomodo pacificè agere poterunt, qui pacem tollunt? Sed potius inde contentionem turbationemq; tum reliquis ciuitatibus tum Romanæ urbi oborituras esse.* Et interiectis pauculis hæc addunt de ancipiti Arrianorum formula: τὰ νῦν πᾶς ἐκείνων καινοτομούμενα τοῖς μὲν πιστεύουσιν ἀπιστίαν ἐποίει, τοῖς δὲ μὴ πιστεύουσιν ὠμότητα, hoc est, res novæ, quas isti moliuntur, credentibus incredulitatem indicunt, infidelibus autem tum infcitiam, tum adversus orthodoxos crudelitatem. Græca enim vox ὠμότης utrumq; significat. *Veritatis negatione & mendaciorũ occultatione non fit solida pax in ecclesia.*

Ista à Concilio ad Imperatorem scripta fuére, & per episcopos missa. Verùm Vrsacius & Valens, qui illorum adventum præverterant, Concilio apud Constantium obtrectare, & fidei formulam, quam illi secum adduxerant, ostendere: Imperator verò, quoniam eius animus antè Arriana opinione fuerat occupatus, contra Concilium ira exardescere, Vrsacium & Valentem permagno in honore habere cæpit. Quapropter episcopi à Concilio missi, diu quidem apud illum commorati, nullum responsum auferre poterant, Socrates lib. 1. cap. 29. Theodoretus lib. 2, cap. 19. ait, eos, qui regia potentia abutebantur, principes Arrianæ sectæ, epistolam Synodi Regi attulisse, ipsos autem venire in conspectum ipsius passos non esse, & prætendisse, curis Reipublicæ Imperatorem esse implicatum. Fiebat autē hoc ab ipsis eo consilio, ut porrò ait Theodoretus, quod sperarent, tædio diutinæ moræ & cupiditate revertendi ad Ecclesias coactum iri episcopos, ut oppositum sectæ (Arrianæ) vallum (Confessionis videlicet orthodoxæ) ipsi subruerent & dissiparent.

Arriani orthodoxis aditum ad Cæsarem præcludunt.

Qua fraude Arrianæ sectæ animadversa, episcopi Arimini commorantes iterum

iterum Imperatori scripserunt, rogantes, tum ut legatos clementer audire, tum ut se ad ecclesias ante hyemis asperitatem dimittere dignaretur. Epistolam ascripsit Theodoretus lib. 2, cap. 20. Sed ne sic quidem aliquid obtinere eos Arriani assentatores aulici permiserunt. Vnde factum, ut episcopi paulò pòst, cum data opera moras necti sentirent, se verò citra irreparabile damnum suarum ecclesiarum diutiùs abesse non posse intelligerent, relicto Arimino domum quisq; ad suos reverteretur.

Persecutio ab Arrianis mota.

Id factum Arriani contemtum Imperatoris interpretati sunt, animumq; Constantij iam ante abalienatum vehementer exacerbarunt, eòq; rem deduxerunt, ut ille Vrsacij & Valentis factioni permitteret, violenter contra orthodoxas ecclesias moliri, quicquid libuisset. Vnde secuta persecutio ingens & expulsiones Episcoporum rectè sentientium in Italia & Occidentalibus Ecclesiis, eaq; tempestate Liberius etiam episcopus Romanus exturbatus est. Quam autem porrò fraudem ad decipiendas Ecclesias Orientis commenti sint mox indicabitur. Hæc Sozomenus lib. 2. cap. 18.

Liberius Rom. episcopus expulsus.

Conventiculum Arrianorum Nicæ in Thracia.

Fraudulenta fictio Niceni Symboli ab Arrianis excogitata.

Nam Arriani episcopi electis in Italia orthodoxis ecclesiarum doctoribus, consilium de Ecclesiis Orientis eodem modo tractandis cæperunt. Atq; peragrantes Thraciam venerunt Nicam, urbem eiusdem regionis: concilioque ibi coacto formulam Arimini perlectam in græcum verterunt sermonem, eamq; divulgarunt, & ratam fecerunt: dissiparunt deniq, rumorem, fidei formulam Nicææ in Bithynia jam olim compositã, atq; Concilij generalis sententia stabilitã comprobatamq; esse. Quod ideo fecerunt, quia Orthodoxi Arimini constanter protestati fuerant, se ab Nicæno Symbolo ne latum quidem unguem cessuros, ut ficto nomine Nicenæ fidei simplicioribus imponerent, illisq; nominum similitudine persuaderent, hanc formulam Nicæ in Thracia conscriptam esse illam, quæ Niceæ in Bithynia olim condita fuisset, idq; etiam xx. episcopis, qui legati Arimino ad Imperatorem missi fuerãt, persuasũ fuisse ex aliorũ relatione cõmemorat. Sozom. lib. 4. c. 18. Formulã ab Arrianis Nicæ cõsarcinatã Theod. lib. 2, 21. annotavit, vnde peti potest.

Nicæ urbs Thraciæ & Niceæ Bithyniæ.

Conclu-

Præpostera Concordiæ studium.

Conclusionis loco ad hanc narrationē de Ariminensi, Synodo deq; Nicena in Thracia, lubet adiungere Hieronymi adversus Luciferianos sententiā: *Illo tempore, inquit, nihil tam pium, nihil tam conveniens servo Dei videbatur, quàm Vnitatem sequi & à totius mundi communione non scindi.* Præsertim cum superficies expositionis nihil iam sacrilegum præferret. Credimus, aiebant, in unum Deum, Patrem omnipotentem. Hoc etiam nos confitemur. Credimus in unigenitum Dei Filium, qui ante omnia secula, & ante omne Principium natus est ex Deo. Natum autem unigenitum solum ex solo Patre, Deum ex Deo, similem Genitori suo Patri, secundum scripturas. Cuius nativitatem nullus novit, nisi, qui solus eum genuit, Pater. Nunquid hic insertum est, Erat tempus, quando non erat? vel, de nullis extantibus creatura est Filius Dei? Perfecta fides est, Deum de Deo credere. Et natum aiebant unigenitum solum ex solo Patre.

Arriani loquuntur verbis orthodoxorū ad Venenū suum occultandum.

De hac speciosa Arrianorum confessione, quam simpliciores putabāt esse synceram, ait Hieronymus: Sonabant verba pietatem: & inter tanta illa præconia nemo venenum insertum putabat. Sed diu scelera non latent: & cicatrix malè obducta, incocto pure dirumpitur.

Fraus non diu latet.

Placet autẽ hoc loco graviſsimũ Hilarij iudiciũ de Synodis ei9 temporis ſubiungere, unde conſtat, Synodos non tam ad componenda, quàm augenda diſsidia facere. Sic autem ſcribit ſtatim ab initio libri ad Conſtantium, quem ipſe illi tradidit: *Oportuerat, inquit, humanæ infirmitatis modeſtiâ omne cognitionis divinæ ſacramentum illis tantùm conſcientiæ ſuæ finibus contineri, quibus credidit, neq; poſt confeſſam & juratam in baptiſmo fidem in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti quicquam aliud vel ambigere, vel innovare, ſed quorundam aut præſumtio aut facilitas, aut error, apoſtolicæ doctrinæ indemutabilem conſtitutionem partim fraudulenter confeſſa eſt, & partim audaciter egreſſa, dum in confeſſione patris & filij & ſpiritus ſancti veritatem naturalis ſignificationis eludit, ne id maneret in ſenſu quod in generationis Sacramento eſt confitendum. Sub cujus neceſsitatis tanquam improbabili occaſione ſcribendæ atq; innovandæ fidei exinde uſus inolevit, qui poſtquam nova potius cæpit condere, quàm accepta retinere, nec veterata defendit, nec innovata firmavit, & facta eſt fides temporum potius quàm Evangeliorum, dum & ſecundum annos ſcribitur, & ſecundùm confeſsionem baptiſmi non tenetur. Periculoſum nobis admodum, atq; etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores: & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia*

Gravis querela Hilarij de Synodis ſui temporis.

vitia sint, dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, „
aut ita ut volumus, intelligantur. Conscij enim nobis „
invicem sumus, post Niceni conventus Synodum, „
nihil aliud quàm fidem scribi, dum in verbis pugna «
est, dum de novitatibus quæstio est, dum de ambi- «
guis occasio est, dum de autoribus querela est, dum «
de studijs certamen est, dum in consensu difficultas «
est, dum alter alteri anathema esse cæpit, propè jam «
nemo Christi est. Incerto enim doctrinarum vento «
vagamur, & aut dum docemus, perturbamus: «
aut dum docemur, erramus. Iam verò proximi anni «
fides, quid jam de immutatione in se habet? Pri- «
mum, homousion decernit taceri, sequens rursum «
quæ homousion decernit & prædicat. Tertium dein- «
ceps, quæ usiam simpliciter à patribus præsumtam, «
per indulgentiam excusat. Postremum quartam, quæ «
non excusat, sed condemnat. Et quò tandem proces- «
sum est, ut neq; penes nos, neq; penes quenquam ante «
nos, sanctum exinde aliquid atq; inviolabile perse- «
veret. Annuas atq; menstruas de Deo fides decerni- «
mus, decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, «
defensos anathematizamus, aut in nostris aliena, «
aut in alienis nostra damnamus, & mordentes invi- «
cem nos, jam absumpti sumus ab invicem. «

Romana sub Damaso Orthodoxa.

Ejusmodi Arrianorum tum occultis & fraudulentis machinationibus tum

aperta quoq; violentia compulsi Occidentales Romæ convenerunt sub Damaso. Commemorant autem episcopos convenisse nonaginta ex Italia & Gallia: eosq; primum fidei formulam, seu in Ariminensi seu Nicena Thraciæ Synodo ab Arrianis dictatam, condemnasse: deinde eiusdē damnationis evidentissimas rationes epistola comprehensas ad Ecclesias in Illyrico perscripsisse. Epistola apud Theodoretum libro 2, cap: 22. legi potest.

Fides in doctrina apostolorum fundata esse debet.

Nos ex illa tres sententias notabimus, quarum prior ostendit, quo fundamento veram doctrinam niti velint: non equidem conciliorum sed scripturæ propheticæ & apostolicæ authoritate. Persuasum nobis est, inquiunt, Sacerdotes Dei, sanctam fidem nostram fundatam in doctrina Apostolorum.

Deinde Confessionem suam candidè & apertè citra ullam tergiversationem & occultationem edunt in hanc sententiam: Quare credi debet Patrem & Filium esse unius essentiæ, unius divinitatis, unius virtutis, unius potentiæ, unius characteris: Itemq; unius substantiæ ac essentiæ spiritum sanctum quoq;. Quicunq;

eunq; autem aliter sentiunt, alieni à nostra societate judicandi sunt.

Postremò iudicium etiam istius Synodi de erroneis ecclesiæ doctoribus merito obseruatur: sic enim adeunt: *Cum ipsi erroribus sint impliciti, spes esse nequit, ut erroribus populus per ipsos exoluatur.*

Seleuciana contentiosa.

Eodem anno ijsdemq; consulibus in Septembri edicto Imperator Synodum rursus Orientalium, Ponticorum & Asianorum convocat apud Seleuciam, quæ est Isauriæ civitas maritima, princeps illius gentis, ut scribit Theodoretus libro 2. cap: 26, ubi de occasione istius conventus hæc annotavit. Præsidebat tum Cæsareæ in Palæstina Acacius, qui Eusebio successerat: eum quondam Sardicena Synodus abdicaverat: Ille tamen sententiæ à tanta Episcoporum multitudine contra se latæ nequaquam paruit, per summum contemtum omnium. Sed Hierosolymis post Macarium illum, cujus non semel mentionem fecimo, præsulatū gerebat Maximo, vir in propugnanda pietate excellens. Nam & oculum

Seleucia.

Acacius non paret concilio Sardiceno.

Macarius.

Maximus.

oculum dexterum amiserat, & incisum trahebat dextrum brachium. Hoc & ipso ante senectutem vitâ functo, collata dignitas episcopalis gratiæ Cyrillo fuerat, promtissimo defensori Apostolicorũ dogmatum. Inter hos ortâ de principatu contentione, maxima mala suæ quisq; parti conciliavit. Nam Acacius, arreptâ quadam levi occasione, exautoravit Cyrillum & expulit Hierosolymis. Ille verò Antiochiam pulsus præterijt, quòd reperisset spoliatam pastore. Tharsum autem profectus cum mirifico Sylvano se conjunxit, hic enim tum præsul erat Ecclesiæ Tarsensis. Quo cognito statim literas ad eum dedit Acacius, faciebatq; certiorem de exautoratione Cyrilli. Sylvanus tamen & reverentiâ Cyrilli & multitudinis respectu, quæ jucundissimè frueretur doctrinâ illius, nequaquam à functione ecclesiastica abegit Cyrillum. Hæc Theodoretus lib. 2. cap. 26.

Cyrillus Hierosolymitanus.

Sylvanus orthodoxus Tarsensis episcopus.

Ejusmodi concertationibus motus Constantius episcoporum indixit Seleuciæ conventum. Conveniunt igitur episcopi numero centum sexaginta, aut (juxta Athanasiũ) centum quinquaginta.

Duo aulici concilio additi.

Episcopis ab Imperatore additur ex illustribus aulicis quidam Leonas nomine;

Leonas

mine; & alius quoq; Lucius, militum dux per Isauriam, ut in illius præsentia quæstionem de fide Episcopi excuterent, hic autem, si opus foret, ijsdem præstò esset, tumultu scilicet aliquo aut perturbatione quacunq; coortâ. Adsunt quoq; notarij, quæ ex omnibus partibus dicerentur excipientes. Episcoporum præcipuos, qui ibi fuerunt, hosce recitat indicato loco Theodoretus, Cyrillum Hierosolymis ab Acacio ejectum, Basilium, Eustathium, Sylvanum, eorumq; socios, cum Acacio. Quibus addit Athanasius Patrophilum, Iunium è Tyro, Eudoxium, qui in Antiochenam ecclesiam insiluerat, & hujus farinæ similes, qui sibi adjunxerant impios, inquit, exauthoratos Lybicos homines.

Lucius.

Notarij in Synodo.

Episcopi Seleuciæ congregati.

Præceperat autem Synodo Constantius idem, quod Ariminensi, ut fidei nimirum causam prius dijudicarent: deinde verò causas eorum agerent Episcoporum, qui injustè depositi essent. Sozomenus lib. 4. cap. 21.

Primò quidem die quo conveniebant, Leonas jussit, ut quod cuiq; videretur, id liberè quisq; proponeret. Verùm qui aderant, dicebant, non prius debere quicquam in quæstionem vocari, quàm illi, qui

qui in Concilio desiderabantur, adventarent. Aberant enim præcipui quidam, quos Socrates lib. 2. cap. 31. commemorat, additis quoq; absentiæ illorum, quas prætenderunt, excusationibus. Ac licèt Leonas diceret, etiam illis absentibus quæstiones oportere proponi, responderunt nihilominus episcopi, nihil antè in disputationem vocandum, quàm in eorum vitam & mores, qui accusabantur, esset diligenter inquisitum. Fuerant enim jam ante in crimen vocati, Cyrillus Hierosolymorum episcopus, Eustathius Sebastiæ urbis Armeniæ, & quidam alij. Ex qua re gravis contentio inter eos, qui aderant, orta est, dum pars vitam eorum, qui insimulabantur, antè excutiendam esse dicebat: pars nihil prius quærendum, quàm de fide disceptaretur. Hanc autem contentionem, ut ibidem subjungit Socrates, anceps & ambigua Imperatoris sententia excitavit. Nam literæ ab eo ad concilium afferebantur, quæ nunc hoc, nunc illud primùm quærendum præceperunt.

Episcopi accusati Seleuciæ.

Concilium dirimitur in Acacianos & Georgianos.

Hac itaq; contentione Concilium Seleuciæ in duas partes divisum est, quarũ alteri Acacio Cæsareæ Palæstinæ episcopus, cum assecl is Georgio Alexandriæ, Vrsacio

Vrsacio Tyri, & Eudoxio Antiochiæ, alijsq; triginta præerat, alterã verò trahebat Georg. Laodicææ urbis Syriæ Episc. Sophronio Pompejopolis, quæ est in Paphlagonia, & Eleusio Cyzici: cum quibus alij etiam complures consentiebant.

Postquam illa vicerat sententia, quæ primùm de fide quæri voluit, tũ Acaciani fidem Nicenã planè abrogandã, aliamq; novã conscribendã esse significarunt: qui autem alteri parti adhærescebant, quorũ plures numero fuere, alia ũnia in Concilio Niceno confirmata approbarũt, verbo Consubstantiali solo rejecto. Quare cùm multũ ipsi inter se usq; ad vesperum digladiati fuissẽt, tãdem Sylvanio Ecclesiæ Tharsensis antistes magnopere vociferabatur, *nullã novã fidei formulã describendam esse: sed eã, quæ Antiochiæ in dedicatione ecclesiæ descripta erat, debere integrã servari.* Quod cùm dixisset, qui partibus favebãt Acacij, se inde subducũt: qui autẽ in alterã partẽ propẽdebant, fidei formulã Antiochiæ editã in mediũ proferũt: atq; illã perlectã, Cõciliũ illo die dimissũ est. Postridie verò in Ecclesiam, quæ est Seleuciæ, convenientes, foribus occlusis, fidei formulam perlectam subscriptionibus suis ratam fecere. Pro illis autem qui aberant, eorum lectores & Diaconi ibi tũ præsentes (Nam

Acaciani symbolum Nicenum plane abrogari volũt.

Sylvanus nullam novam fidem conscribi vult.

Antiochena fides ὁμοούσιον laudatur.

(Nam, qui desiderabantur, per illos se fidei decisionem approbaturos significaverant) illi formulæ subscripserunt. Socrates lib. 2. cap. 31.

Diaconi & lectores pro absentibus subscribunt.

Ab Acatianis autem ea, quæ in illo Concilio confecta erant, propterea admodum reprehendebantur, quod occlusis Ecclesiæ januis illi subscripserant. Nam ea, inquit Acacius, quæ in occulto geruntur, ut neutiquam probari debent, ita sunt plena admodum suspicionis.

Subscriptiones cõfectæ in templo foribus occlusis.

Interea Acacius novam fidei formulam cudebat, quam etiam coram Principibus Lauricio & Leona perlegit, ad eamq; solam stabiliendam omni cura & cogitatione incubuit: Et hæc quidem secundo Concilij die acta sunt, præterea nihil.

Tertio die Leonas operam dedit, ut pars utraq; in unum conveniret: quo quidem die tum Macedonius Episcopus Constantinopolis, tum Basilius Ancyræ aderat. Et cùm utriq; isti in unam eandemq; partem, Acacio videlicet adversariam convenissent, Acaciana factio ad Concilium accedere noluit: Oportere, inquiens, eos antè è conventu ejici, qui & jamdudum abdicati fuerant, & in præsen-

Acatiani concilium deserunt, & mox redeunt ejectis adversarijs.

præsentia erant insimulati. Vbi verò post multam contentionem hæc pars fuit superior, decedunt è Concilio, hi qui erant accusati: in quorum locum Acacius cum suis succedit.

Observanda verò est versutia Arrianorum, quâ in hoc quoq; conventu ad propagandum suum impium dogma usi sunt. Conscripserant enim Acaciani formulam Symboli, eamq; Leonæ clam tradiderant. Remotis igitur è Concilio ijs, qui Acacio adversabantur, Leonas ait, libellum sibi ab Acacio datum, sed quòd fidei formula esset, quæ eorum sententiam, qui partes contrarias tuebantur, partim clam partim palâm & apertè oppugnaret, eos prorsus cælavit. Postquam igitur illi, qui aderant, conquievêre, pro certo persuasi, libellum nihil minùs quàm fidei formulam in se complecti: tandem fidei formula ab Acacio proposita cum prolixo proëmio perlecta est, ex qua ea solummodò huc adscribimus, quæ propriè Arriani dogmatis sunt, & quæ Acaciani in primis spectarunt.

Symbolum Acacianorũ in Synodo Antiochena propositum.

Inter alia proinde ita scribunt: Credimus quoq; in Dominum nostrum Iesum Christum, Filium ejus ab eo sine

O affectio-

affectione ante ōnia ſecula genitū, Deū Verbum, de Deo unigenitū, lumen, vitā, veritatem, ſapientiā: per quem omnia facta ſunt, tum quæ in cœlis, tum quæ in terris, ſive viſibilia illa ſint, ſive inviſibilia. Quoniam verò hæ voces Conſubſtātiale & Æquiconſubſtantiale cùm ſuperioribus temporibus, tùm adhuc nonnullorum animos magnopere conturbant, atq; adeò fides à quibuſdam, qui filium Patri diſsimilem aſſerunt, novari dicitur: idcirco tum Conſubſtantiale, tum Æquiconſubſtantiale, tanquam verba à ſcripturis abhorrentia rejicimus. Tum verbum Diſsimile anathema judicamus: omnesq; qui illius verbi patrociniū ſuſcipiunt, ab Eccleſia ducimus penitus alienos. Similitudinem autem Filij cum Patre fatemur manifeſtò, Apoſtolum ſecuti de Filio ſic loquentem: Qui eſt imago Dei inviſibilis.

Conſubſtantiale & Æquiconſubſtantiale.

Cotra hanc formulam, cùm erat perlecta, Sophronius Pompejopolis, quæ in Paphlagonia, Epiſcopus, ad hunc modum (ejus enim verba refert Socrates) vociferatus eſt: Si nova in dies ſingulos noſtræ ipſorum voluntatis & ſententiæ prolatio ſit formula fidei, fieri non poteſt, quin accuratam veritatis

De Fidei formulis ſubinde novatis Sophronij ſententia.

tis perceptionem simus brevi prorsus amissuri.

Orta hinc est odiosa cõcertatio, dum alij Symbolum Nicenum, alij Antiochenum, de quo suprà, Acaciani deniq, istud, quod nunc recitatum est, retineri magnopere contenderent, quin & rursus alia inter ipsos orta est quæstio. Cùm enim factio Acaciana in fidei formula perlecta, filium Dei Patri similem assereret: quæsitum est, qua in re Filius similis esset Patri? Respondet Acacius: Filium non substantiâ, sed solâ voluntate Patri similem esse. At pars adversaria eum substantiâ Patri similem constanter affirmavit. De hac controversia toto illo die certatum est, Acaciusq; probè refutatus, & è proprijs libris, quos ediderat, convictus, quod filium omnibus in rebus Patri similem antea affirmasset, jam verò similitudinem, quæ est Filij cum Patre, per substantiam, omninò denegaret. *Contentio inter episcopos Synodales.*

Cùm multa essent de hac controversia in utramq; partem accuratè disputata, nec tamen posset de illa inter eos

convenire, Leonas consurgens Concilium dimisit: & cùm postridiè ejus diei de continuando eo rogaretur, noluit denuò cum illis in unum locum convenire: Sed dixit *se ab Imperatore missum, ut Concilio concordi interesset: verùm cùm nonnulli inter se dissentiant, non possum, inquit, adesse. Abite ergo & in ecclesia nugas agite.* Quare confecta Acaciana factio, occasionem, quam optabat, sibi oblatam existimans, ad Concilium denuò accedere recusavit. Qui autem alterius partis erant, in Ecclesiam convenientes accersunt Acacium cum suis, ut de Cyrillo Hierosolymorum Episcopo decideretur. At ubi sæpius accersiti non venerunt, illum ipsum Acacium, & plures alios, quos indicato loco commemorat Socrates, abdicarunt, literisq; abdicatorum ecclesias de ipsis certiores fecerunt, & in remotorũ locũ alios substitui episcopos præceperunt.

Leonas Synodo concordi adesse vult.

Episcoporũ mutuæ abdicationes.

Sed illi protestatione contra Acacianos ad Leonam & Lauritium usq;, quasi Synodi judicium violassent, ad Imperatorem Constantinopolim, ubi tum Imperator ex Oriente reversus agebat, profecti sunt, ut eum de ijs, quæ in Synodo decrevissent, instruerent: Ita enim mandatum illis fuerat. Socrates lib. 2. cap.

cap. 32. Sozomenus lib. 4. cap. 21. & Athanasius de Synodis Arimini & Seleuciæ. Atque hunc quidem exitum habuit Concilium Seleuciæ convocatum, quod præstitisset, nunquam coactum fuisse.

Synodus Constantinopolitana Acacianorum.

Anno C. 364.

Dum isti, ut modò dictum est, Constantinopolim ad Imperatorem contendunt, præveniunt eos Acaciani, ac Synodum totam Imperatori suspectam faciunt: eiq, persuadent, ne formulam à Seleuciana Synodo scriptam recipi patiatur. Postea Synodum aliam instituunt Constantinopoli. Pœnituerat enim eos jamdudum, quod in recitata formula Seleuciana Filium Patri similem confessi fuissent.

Commemorat Sozomenus lib. 4. cap. 22, decem episcopos nomine Synodi Seleucianæ ad Imperatoris aulam venisse, & ibi decem illos, quos concilium Ariminense itidem miserat, ut suprà dictum est, quiq; hactenus ab Imperatore nec admissi nec auditi fuerãt, reperisse, quin etiam Acacianos: Et addit, Acacianos jam dudum eos, qui multum auctoritate

Occasio novi Concilij Constantinopolitani.

& gratia in aula poterant, ad suam sententiam perduxisse, eoq; pacto sibi Imperatoris conciliasse benevolentiam. Nam verebatur, inquit, ex aulicis alios ejusdem fuisse cum illis opinionis, alios Ecclesiæ opibus corruptos, alios orationis lenocinijs & persuadentis autoritate dignitateq; in fraudem adductos.

Acaciani parant sibi multa præsidia.

Acacius quibus rebus homines dementaverit.

Acacius autem, ut ibidem tradit Sozomenus, tribus potissimum rebus aulicorum animos fascinaverat: primò quidem quod naturâ erat disertus, tùm ad intelligendum, tùm ad dicendum: deinde quod Eusebium cognomento Pamphilum (quem ambiguæ fuisse sententiæ suprà monstratum est) præceptorem se habuisse jactavit: deniq; verò quòd illustri præfuit ecclesiæ: Successerat enim Eusebio Pamphilo in episcopatu Cæsareæ in Palæstina. Quin etiam hoc artificio authoritatem sibi conciliavit, quòd libros Eusebij sibi comparaverat, ut eorum respectu alijs doctrina antecellere videretur.

Aëtius.

Erat eodem tempore Constantinopoli Aëtius diaconus Alexandrinæ Ecclesiæ, Arrianæ hæreseos propugnator impudens & blasphemus, Enthusiasmos & divinas revelationes jactitans, & palam,

lani asseverans, ut in Synodica epistola apud Theodoretum lib. 2. cap. 28. scriptum est, sibi à Deo nunc revelari, quæ hactenus universis ipsisq; adeo Apostolis, ut Tripartita hist. refert, occulta ille esse voluisset. Is igitur cùm apud Imperatorem, quod malè & perversè de fide sentiret, accusatus esset, Constantius Honorato summo præfecto Constantinopolis potestatem dedit, de causa illius, præsentibus magni Concilij principibus cognoscendi: Ipse quoq; Imperator verbis ejus, utpote blasphemiâ refertis, graviter commotus fuit. Tradit autem ibidem Sozomenus, è publico rumore Acacianos deditâ operâ laborasse, ut Imperator & ejus proceres de causa Aëtij (eum enim in disputando prorsus inexpugnabilem fore putabant) coràm disceptarent: qui si ab Aëtio victi essent, futurum esse, ut auditores ipsa persuasionis vi & facultate necessariò caperentur, & ita sine ullo negocio hæresis illa prævaleceret.

Verùm ubi istud contrà, quàm sperabant, evenit, formulam fidei Arimino deportatam protulerunt. Fuisse autem in formula Arimini ab

Arrianis conscripta, vocem οὐσίας & ὁμοουσίου dispunctam, suprà è Sozomeni lib. 4. cap. 5. & 16. annotavimus. Hinc igitur magna inter præsentes episcopos orta est concertatio. Nam illi, qui à Concilio Seleuciæ habito missi erant, affirmarunt, se à nomine Substantiæ nullo modo velle discedere, ac jure jurando adhibito asseverarunt, se nunquam filium Patri dissimilem sensisse. Sozomenus lib. 4. cap. 22. Cùm autem Eudoxius Aëtij patronus importunè postularet, appellationem coëssentialitatis, utpote quæ scripta nusquam reperiretur, tolli, tum Sylvanus, cur non & ipsi abdicarent, quæsivit, & ejicerent è divinis cætibus illa de nihilo, & condituram, & diversiessentialitatem (ἑτεροούσιον) quæ neq; in propheticis neq, apostolicis scriptis invenirentur. Hoc & Imperator censuit, & jussi anathemate illa inflicto tolli. Quod gravatim & prius contrà differentes multa, sed iram Imperatore suam non dissimulante abdicarunt. Vrserunt autem vehementius, ut anathema etiam coëssentialitatis conficeretur.

Sylvanus ratione concludit Filium

Sed Sylvanus ipsis Imperatorijq; tali conclusione veritatem declaravit. Si de nihilo non est, neq; conditura, neq, de diversa

diversa essentia Deus Verbum: coessentialis est igitur genitori Deo, ut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, & habet eandem cum genitore naturam. Hoc cùm ipsius dictum & veritatem & vim haberet, nemo tamen illi accedebat, clamoremq; Acacij & Sodosii sodalitas tollere, & indignari Imperator, interminari se expulsurum illos ecclesiis. Hisce minis Imperatoris Eleusius & Sylvanus responderunt, penes Imperatorem esse, quicquid de ipsis supplicij sumendum statueret; penes sese verò inter pietatis & impietatis dogmata discernere: nunquam autem se facturos, ut à doctrina, quam à patribus accepissent, deficerent. Ibi Constantius ecclesiis ipsos expulit, & imperavit alios subrogari. *um patri esse consubstantialem.*

Hunc finem ista quoq; Synodus tandem habuit, In qua formula Arimini ab Arrianis conscripta, repetita & nonnullis adjectis aucta est. Sic enim ea de Christo loquitur: *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo omnia. Et in unigenitum Filium Dei, ante omnia secula, & ante omnia initia genitum ex Deo: per quem omnia facta sunt, tam visibilia, quàm invisibilia: eumq; solum unigenitum ex patre natum esse, Deum ex Deo, similem ei qui ipsum genuit Patri, secundùm scripturas. &c.* Symbolum Acacianorum. "

„ *Nomen porrò Substantiæ simplicius à patribus editum, quia ignotum populis scandalum adfert, & in sacris literis non continetur, placuit de medio tolli, & omnino nullam ejus mentionem debere fieri, quoniam sacræ literæ, nusquam substantiæ Patris aut Filii meminêre, imò ne ὑπόστασις quidem sive subsistentia de Patre, Filio & Spiritu Sancto nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, ut loquuntur & docent sacræ scripturæ.* Socrates lib. 2. cap. 32. Athanasius de Synodis Arimini & Seleuciæ.

Constantius propter multitudinem Symbolum Acacianum recipit.

Tradit autem Sozomenus libro 4. cap. 22. Imperatorem ad hanc formulam approbandam duabus potissimum rationibus adductum fuisse: primò quòd illa à magna episcoporum multitudine, qui Arimini convenerant, conscripta esset; deinde quod persuasum haberet, eandem significationem inesse nomini simili, quæ Consubstantiali. Cùm itaq; in hac esset sententia, mandatum dedit Episcopis, ut fidei formulæ in Concilio Ariminensi editæ subscriberent. Reluctantibus autem Concilij Seleuciani legatis, quamvis sese pararet postridie ad pompam, quæ more Romano Calendis Ianuarijs in creandis Consulibus fieri solita erat, celebrandam, tamen totum illum diem & magnam partem noctis sequentis consumere

Constantius magna industria laborat episcopos in suam sententiam adducere.

consumere decrevit, quo & illi episcopi formulam Ariminensem comprobarent.

Quibus confectis epistolam tota Synodus ad Georgium Alexandrinum episcopum conscripsit, qua illum de damnato Aëtio ipsius diacono edocuit: Eam adscribit Theodoretus lib. 2. cap. 28.

Coronidis loco catalogum formularum fidei, quæ tunc extiterunt, verbis Socratis libro 2. cap. 32. lubet adjicere, qui sic ait: *Nos verò tanquam labyrintho formularum tandem aliquando percurso, earum numerum jam breviter colligamus. Post fidei formulam in Concilio Niceno editam, duas alias Antiochiæ tempore dedicationis ecclesiæ descripserunt episcopi: tertia ab episcopis qui cum Narcisso erant, in Gallia facta est, Imperatorique Constantino donata: quarta per Eudoxium episcopis Italiæ missa. Tres item Sirmij scriptis proditæ: quarum una cum Cos: ascriptis Arimini perlecta est. Octava Seleuciæ divulgata, quam factio Acaciana legendam curaverat. Nona & ultima, Constantinopoli cum accessione exposita. Erat namq; huic adjunctum, ut nulla mentio vel substantiæ, vel subsistentiæ divinæ fieret.* *Variæ fidei formulæ ab Arrianis & Acacianis editæ.*

Athanasius tamen decem & plura Arrianorum

rianorum Concilia hoc tempore habita commemorat. Quæ eò libentius commemoro, ut appareat, quàm lubricum & fallax fundamentum sit, quando stabilienda opinioni cuipiam Conciliorum multitudo substernitur, sacrâ interim scripturâ neglectâ. Sed præstat ipsius Athanasii verba, sicut ea lib. 5. Tripart. hist. cap. 30. asscribuntur, apponere,

Decem Symbola Arrianorum.

„ quæ sic habent: *Nam in suis decem & amplius (sicut prædixi) concilijs alio tempore aliud con-*
„ *scribentes, manifesti sunt, quia singula eorum ac-*
Arriani iactitant Conciliorum multitudinem. *cusare noscuntur. Et hoc patiuntur, quod tunc Iudæi proditores perpessi sunt. Nam sicut illi relinquentes solum fontem aquæ viventis, lacus sibimet fuderunt, qui aquam continere non possunt, quod scriptum est apud Ieremiam prophetam: Sic & isti re-*
„ *luctantes universali Concilio, foderunt sibi multa*
„ *Concilia, quæ apud eos inania & virtutem non ha-*
„ *bere constat.*

Videant iam Pontificij quantum hac in parte ab Arrianis, Acacianis, Aëtianis differant, dum non minus, quàm isti, conciliorum authoritatem iactitant, & relicta viua fontium Israëlis scaturigine, quæ in sacra scriptura est, cisternas patrum ac Conciliorum sibi effodiunt.

Synodus

Synodus Antiochena alia Arriana.

Per tot Concilia Arriani non modò cum veritate reconciliari non potuerunt, sed etiam inter seipsos Concordiam nullam stabiliverunt, siquidem dissidia è dissidijs subinde nata & continua quasi absurdissimarum opinionum tela contexta fuit, adeoq; lites per Orientem potissimum grassatæ sunt, ut Arriani orthodoxos, & hi vicissim illos persequerentur, ipsiq; etiam inter se Arriani mutuis excommunicationibus & abdicationibus, Centaurorum & Lapitharum more sævirent, qua de re lubet Socratem lib. 2. cap: 3. ita loquentem attendere, ut occasio istius Concilij eò fiat perspectior: *Ab Acacio etiam, Eudoxio, & illorum fautoribus, Constantinopoli maximo studio & contentione animi laboratum est, ut per ipsos vicissim aliquot partium adversariarum gradu episcopali moverentur. Atq; illud nos minimè præterire debet, utramq; partem non propter religionem, sed propter alias causas, istas abdicationes decrevisse. Nam tametsi fide dissentiebant, tamen in seipsis mutuò abdicandis, fidem alter alterius neutiquam insimularunt: Sed qui stabant ab Acacio, iram Imperatoris, quam cùm contra alios, tum contra Macedonium*

Concilia non pacem sed dissidia importarunt.

„ nium in primis animo conceptam explere nitebatur, tanquam ansam oportunè arripientes, primum Mutuæ episcoporum abdicationes. Macedonium episcopatus dignitate deijciunt, Eleusium deinde, Cyzici episcopum: tum Basilium, qui & Basilias nominabatur, quiq; Marcelli loco ad episcopa-„ tum Ancyræ delectus erat, Deinceps Dracontium. „ Abdicarunt præterea Neonam episcopum Seleuciæ; „ Sophronium etiam Pompejopolis, quæ est in Pa-„ phlagonia, episcopum: Elpidium, Satalorum urbis „ Macedoniæ episcopum: Cyrillum Hierosolymorum: „ & alios denique ob alias causas. Fustathio autem E-„ piscopo Sebastiæ, ne sui quidem purgandi dabatur „ potestas, quod ab Eulanio, suo ipsius patre, & epi-„ scopo Cæsareæ Cappadociæ, jam pridem propterea „ abdicatus fuerat, quod se habitu sacerdotij dignitati „ parum decoro congruenteq; vestierat. In locum Eu-„ stathij Meletium episcopum suffectum intelligendum Gangrense Concilium. est. Eustathius porrò in Concilio Gangrensi, propter illum convocato, postea etiam condemnatus est, „ quod post abdicationem suam in Concilio Cæsareæ Eustathij dogmata, ferme papistica. habito factam præter ritus & consuetudines Ecclesiasticas multa tentasset. Nam nuptias fieri prohibuit: à cibis abstinendum docuit. Vnde nonnullos, qui nuptias contraxerant, à connubio segregavit: & „ illis qui ecclesias detestabantur, persuasit, ut in ædi-„ bus suis communionem facerent: in ædibus conju-„ gatorum precationes fieri vetuit: benedictionem & „ communionem presbyteri habentis uxorem, quam le-„ ge, cum esset laicus, duxisset, tanquam scelus decli-

nandum

nandum præcepit. Id temporis verò exturbato Macedonio, Eudoxius sedem Antiochiæ Constantinopolis sede posteriorem ducens, episcopus Constantinopolis per Acacium & ejus familiares renunciatus est.

Quanta autem istiq Eudoxij fuerit impietas & sacrosanctam Trinitatem blasphemandi audacia, vel ex unica narratione Socratis eod. loco, & Tripart: lib 5. c. 39. colligitur. Nos eã Sozomeni verbis lib. 4. cap. 25. asscribemus, qui sic ait: *Eudoxius cùm primo tempore, quo conventus in dedicatione magnæ illius Ecclesiæ, quam Sophiæ seu Sapientiæ nomine nuncupant, agebantur, fertur, conscenso Episcopi solio, quo populum doceret, in ipso concionis exordio dixisse,* ὁ μὲν πατὴρ ἀσεβής, ὁ δὲ υἱὸς εὐσεβής, *hoc est, Pater est impius, Filius autem pius. Quo dicto cum populus tumultuari inciperet, conquiescite inquit, Patrem impium dico, quia neminem colit: Filium verò pium, quia patrem colit. Quod cùm dixisset risus auditoribus excitatus est.* *Eusebius æternum Patrem vocat impium & Filium pium.*

Sed & aliud Arriani Spiritus fraudulentum stratagema, in hoc Eudoxio Constantinopolitani episcopatus invasore, ejusq; discipulo Eunomio observatum, Theodoretus lib. 2. cap. 29. annotavit. *Cùm enim Eunomius, etiam Arrianus, & Aëtij Arriani admirator, utpote quem scriptis suis extollebat, & θεῖον ἄνδρα, virum*

» hominẽ Dei vocitare consueverat, Cyzicenam occu-
» passet Ecclesiam, vivente adhuc Eulesio, monuit eũ
Eudoxius suadet Eunomio suæ impiæ opinionis dissimulationẽ.
Eudoxius, ut sententiam suam celaret neq; aperiret accusationem venantibus: nam per occasionem, inquit, poterimus aliquando promulgare, quæ nunc tegimus, instruendo ignorantes, adversantes autem adducendo, cogendo supplicio. His monitus parens Eunomius insidiosè convolutam proferebat impietatem. » tem. Verùm innutriti scriptis divinis perspectos la-
» tentes dolos ægrè quidem ferebant, sed palàm adver-
» sari audaciæ, non sapientiæ esse rebantur. Sub per-
» sona igitur hæreticæ pravitatis domum ad illum de-
» veniunt, petuntq; explanationem dogmatis, & ne
» patiatur se à veritate diutius varietate opinionum
» auferri. Tum animosior factus aperuit quæ antes
» celaverat Eunomius.

Leontius dissimulator ac moderator.
Idem verò improbæ κρύψεως artificium (ut propiùs ad Synodi Antiochenæ ἀφορμὴν accedamus) Leontius quoque Antiochenæ Ecclesiæ episcopus probè didicerat, quem Athanasius, ut cum formosa quadam muliere juvencula citra suspicionem scortationis habitare posset, se ipsum castrasse refert: Theodoretus autem τὸ κακοηθὲς αὐτοῦ καὶ πανοῦργον, id est, malignitatem & fraudulentiam breviter ostendit. Nam cùm pars esset Arianæ blasphemiæ, summo studio illum morbum celare nitebatur, quodq; cerneret bifariam divisos Sacerdo-
tes, &

tes, & plebem, unamq; partem accommodare glo- »
rificationi filij conjunctionem ET: alteram præpositi- »
onem PER filio, spiritui autem IN, applicare, ipse »
quidem silentio glorificationem memorabat, & tan- »
tum clausulam IN PECULA SECULORUM »
sic proferebat, ut ab astantibus exaudiri posset. »
Theodoret. lib. 2. cap. 24. Vbi etiam hoc addit, ad vatriciem Leontij exprimendam, quòd ἐπισκείας πρόσωπον, hoc est, MODERATORIS PERSONAM assumserit.

Atq; hoc quidem pacto tum temporis Ecclesiæ Orientales erant perturbatæ. Respubl. verò non multò melius habuit. Sapores enim Rex Persarum contra Romanos expeditionem moverat, & Nisibin in confinio positam Persicarum Romanarumq; terrarum obsederat, quem quidem non militia Romanorum, sed Deus, qui colitur à Romanis, ut loquitur Theodoretus, fugavit. Erat ejus civitatis episcopus atq; rector & dux Iacobus, apostolicæ gratiæ radijs illustratus. Cujus admirabilia notaque miracula alibi recitata, hîc enumerare supervacaneum esset. Vnicum verò ad rem præsenten facit, quomodo videlicet Nisibis civitas ejus precibus obsidione liberata fuerit, quod ita comme-

Nisibis à Sapore obsessa.

Iacobus Nisibis episcopus.

„ morat Theodoretus lib. 2. cap. 30. Admirandus
„ Ephrem, qui apud Syros celeberrimus scriptor habe-
„ batur, orabat Iacobum, ut murum conscenderet, su-
„ umq; vultum barbaris ostenderet, & tela execratio-
„ num suarum in illos conjicere vellet. Cui obsecutus
„ divinus ille homo, turrim quandam conscendit: &
„ conspicatus innumerabilem multitudinem, aliud ni-
„ hil imprecatus est, quàm ut crabrones & pulices
„ eis immitterentur, ut per exilia animalcula potentia
Hostes crabronibus ab obsidione depulsi. opitulatoris declararetur. Ibi statim effundi crabro-
num & culicum nubes, & in proboscidas cavas E-
lephantorum incubare, complereq; aures equorum ac
reliquorum jumentorum: impetus autem tanti be-
„ stiolarum impatientiâ, rumpere elephanti & equi
„ lora, & sessores excutere, denique turbatis ordini-
„ bus in fugam irrevocabilem converti. Ita ille in-
„ felicissimus rex, edoctus hac parvâ & benignâ in-
„ structione vim protegentis pios Dei, reduxit exerci-
„ tum ab obsidione, non victoriam, sed pudorem refe-
„ rens.

Synodus Antiochena Arriana. Hoc itaq; tempore, & rebus ita habentibus in Ecclesia, Constantius Antiochiæ morabatur, & Parthico bello quiescente colligebat episcopos in Concilium, in quo utrumq; verbum ὁμόσιον & ἑτεροόσιον negatum & abjectum est, Tripart. lib 5. cap. 46.

Alia

Alia Synodus Antiochena Arriana.

Circa idem tempus, commorante adhuc Antiochiæ Constantio, alia Episcoporum Synodus ibidem collecta fuit, cujus causa hæc fuisse commemoratur à Theodoreto lib. 2. cap. 31, ut nimirum Leontio, de quo paulo antè dictum est, in episcopatu Antiocheno alius surrogaretur. *Illo tempore, ait Theodoretus, divus Meletius, cùm gubernaret quandam Armeniacam urbem, offensus subditorum inobedientiâ aliò sese contulerat, & privatus otiosam vitam degebat: eum rati factiõ Arriana concordem consentientemq́ habere in dogmatis, à Constantio, ut crearet Episcopum Antiochiæ impetrant. Sed studiosi dogmatum apostolicorum non ignorantes, quâ esset magnus Meletius & sanitate sententiæ & claritate vitæ, & virtutis copiâ, nequaquam refragari: Sed annuti, ut de illo decretum scriberetur, & ab universis subscriptiones adderentur. Idq́ datur quasi commune depositum asservandum Eusebio Episcopo Samosatensi, strenuo veritatis pugili. Accersito autem ab Imperatore, appropinquantiq́ ad urbem Meletio, obviam processere omnes sacris pontificalibus initiati, processêre & alij cœtus ecclesiastici:* Arriani Meletium cupiunt suum fieri episcopum.

Meletius magna pompa Antiochiæ excoptus.

„ denique universa civitas, una cum Iudæis ac Græ-
„ cis, cupida celeberrimum illum aspiciendi Meleti-
„ um. Tum rex & illum & alios disertos jubet ex-
„ plicare populo, quod scriptum est: Dominus condi-
„ dit me principio viarum suarum ad opera sua: ne-
„ gotio dato notarijs, ut perscriberent, quæ à quoq; di-
„ cerentur, neq; ullam exquisitiorem doctrinam esse
„ posse credidit. Ibi primus Georgius Laodicenus
„ evomere fœtorem hæreticum, post quem Acacius
„ Cæsariensis, medâ quadam vâ incedens, longissimè
„ quidem se removit à blasphemia illorum, non tamen
„ apostolicam præscriptionem exactam integramq; cu-
„ stodivit. Tertiò surrexit magnus Meletius, & re-
„ ctitudinem Theologicæ regulæ protulit, ad veritatis
„ quasi amussim respiciens, ne quid nimis nève plus
Meletius digitis monstrat Mysterum sanctæ Trinitatis. diceret, quàm oporteret. Cujus dicta cùm omnium acclamatione comprobarentur, cumq; peteretur ut compendio quodam totam doctrinam complecti vellet, tribus erectis digitis, & mox adductis duobus unũ tenens erectum dignum laude vocẽ illam ædidit: Tria sunt quæ intelliguntur, unum autem compellamus, adversus quam doctrinam ij, quorum animis
„ insederat Arriana pestis, exacuere linguas suas, &
„ texere calumnias, quod Sibellianum dogma divum
„ asserere Meletium dicerent, ac movere quidem Eu-
„ ripum illum, qui facilimo momento huc illucq; im-
„ pelleretur: effecerunt q; ut Meletius relegaretur in
„ patriam suam, moxq; Euzojum pro illo subjecére,
„ manifestum patronum Arriani dogmatis.

Memo-

Memoriâ verò etiam digna est Eusebij, apud quem decretum de vocatione Meletij depositum fuisse diximus, constantia & magnanimitas. Arriani enim metuentes ab istiq; scripturæ testimonio, persuasere Imperatori, ut ab Eusebio eam vicissim extorqueret.

Cùm itaq; ad postulatum Constantij nihil aliud ille respondisset, quàm non integrum sibi esse, restituere commune depositum nisi congregatis universis, à quibus id sibi commissum esset, inflammatus tali responso iràImperator, literas illi misit, quibus denuò petebat decretum sibi mitti, cum adjunctis minis ni faceret, amissurum eum dexteram manum. Hæc tamen ad perterrendum illum tam vehementer scripserat: nam tabellario, ne faceret, fuerat imperatum.

Euseb. mavult vitam amittere quàm depositam apud se Meletij vocationem Arrianis tradere.

Cùm igitur resignatis literis vidisset divinus homo, quid supplicij sibi interminaretur Imperator, prolatâ unâ cum dextera manu etiam lævâ, Seca inquit, ambas: nam commune decretum non restituam, tam clarum testimonium Arrianæ pravitatis. Hanc illius cognitam fortitudinem admodum admiratus Constantius, laudare nunquam destitit.

Aliquot aliæ Synodi.

Meminit aliquot Synodorum breviter & neglecto tempore, quo habitæ sint, Sozomenus lib. 4. cap. 24. in narratione Synodi Acacianorum Constantinopoli, in qua plures episcopos, aliosque aliis de causis longè petitis deposuerint: ut Cæsariensis in Ponto, in qua Eustathius Sebastiæ Armeniæ episcopus à patre, prius episcopo Cæsariæ Cappadociæ, ob indecentem stolam (quemadmodum Socrates ait libro 2. capite 43.) excommunicatus, iterum depositus & damnatus sit, ob dispensationes quasdam sibi non creditas. Item Gangrensis, in qua tertio Eustathius idem damnatus sit, quòd nec rectè sensisset, nec docuisset, nubere prohibuisset, matrimonia contracta divulsisset, mulieres tonderi instituisset, ac multa alia Ecclesiasticis constitutionibus contraria ausus fuisset: In Synodo prætera Antiochena perjurus deprehensus, & Meletinensis Synodi decreta pervertere conatus esset. Ait & Basilius epist. 74. Eustathium in Synodo Meletina depositum fuisse.

Sub

Sub IVLIANO Synodus Alexandrina orthodoxa.

Anno C. 361.

Iulianus Constantini magni è fratre Constantio nepos post Constantium Constantini filium Imperium adeptus est. Constantius enim, expeditione adversus illum suscepta, in itinere apoplexia extinctus fuit, ut perhibet Theodoretus lib 2. cap. 32. Tripartita lib. 6. cap. 1. Ingenium moresque ejus Nazianzenus & Cyrillus graphicè depinxerunt, unde peti potest. *Iuliani genus. Constantij mors.*

Qua astutia res Christianorum labefactare & evertere, paganorum autem seu ethnicorum evehere & stabilire cónatus fuerit, ex subiecta Socratis narratione lib. 1. 3. cap. licet intelligere. *Iulianus Constantinopolim cōtēdit, inquit, & statim quo pacto populū sibi devincere, ejusq; conciliare benevolentiā posset, cogitat, ad quam rem tali usus est astutia. Noverat pro certo, Constantinum universæ illi populi multitudini, quæ fidem Consubstantialis* *Iulianus astutè sibi favorem hominum conciliat.*

„ amplexabatur, maximè invisum esse, tum quod illos
„ ecclesiis eorum exturbaverat: tum quod episcopos,
„ qui ad illos spectabant, proscriptos, in exilium eje-
„ cerat. Exploratum etiam habebat, gentiles animis
„ contra illum exulceratis esse, quod erant per illum
„ à sacrificando prohibiti: optare & tempus sibi dari,
„ in quo liceret ipsis delubra sua aperire, victimas &
„ simulacris offerre. Sic ergo utrum & populi genus se-
„ paratim contra mortuum Constantium inimicitias
„ exercere manifestò cognovit. Ac primum Constantij
„ erga suos crudelitatem graviter perstringere: deinde,
„ quo eum apud multitudinem in reprehensionem vo-
„ caret, episcopos relegatos per mandatum revocare,
„ tum bona publica illis restituere cæpit.

Hac occasione factum est, ut pagani contra Christianos animosiores fierent, & Alexandriæ cædem Georgij episcopi Arrianæ hæresi addicti perpetrarent, de qua ita Socrates libr: 3. cap: 2. *Alexandriæ*

„ forte fortuna ex ejusmodi principio tumultus ex-
„ ortus est.

„ Locus erat in ea civitate jam ab antiquis tem-
„ poribus desertus & neglectus, multa & sordium col-
Georgius episcopus Alexandrinus à paganis occisus.
luvione redundans: in quo ritibus & ceremonijs in honorem Mithræ celebratus, homines pro victimis sacrificare gentilibus mos erat. Istum, utpote jam antea nulli usui inservientem, ecclesiæ Alexandrinæ addixit Constan. ius. Georgius autem habens in ani-
„ mo ecclesiam ibi exædificare, locum purgari jubet-

Quo

Quo purgato, adytum repertum est ingentis altitudinis, in quo gentilium mysteria recondebantur. Vbi etiam erant multæ hominum calvariæ, cùm adolescentum tum senum: quos fama est olim, cùm gentiles divinationib9, quæ per exta intestinaq; fiebant, uterentur, magicasq; obirent victimas, quo hominibus aciem animorum perstringerent, mactatos fuisse. Quibus rebus in adytis Mithræ repertis, à Christianis laboratum est, ut gentilium mysteria palàm haberentur ludibrio. Nudas igitur mortuorum calvas quàm mox in apertum proferunt, quo populo exhiberent ad intuendum. Quæ cùm gentiles, qui Alexandriæ habitabant, conspicarentur, facinorisq; admissi contumeliam iniquo animo ferrent, gravi iracundiæ æstu exardescere, & armis quæ fortuitu illis obveniebant in manus arreptis, impetum in Christianos facere cæperunt, & complures ex illis nullo non mortis genere afficere: Gregorium quoq; gentiles ab ecclesia raptatum, ad camelum alligarunt, discerpserunt, ipsumq; tandem unà cum bestia combusserunt.

Georgio hoc modo interfecto, non longo tempore post, Athanasium ab exilio reversum populus Alexandrinus lubentibus animis excepit: quo quidem tempore dogmatis Arriani fautores erant ab ecclesiis exturbati, ædesq; sacræ Athanasii gubernationi redditæ. Arriani autem in domibus quibusdam ob-

Athanasius sub Iuliano redit ab exilio.

curis coacti, Lucium in locum Georgij suffecerunt.

Id temporis hoc in loco res fuêre Alexandrinæ. Interea Lucifer & Eusebius Imperatoris mandato ab exilio revocati sunt. Lucifer Carolorum, urbis Sardiniæ fuit Episcopus; Eusebius autem Vercellarum, quæ est civitas Liguriæ in Italia. Ambo igitur ex superioribus Thebis ab exilio reversi, cœpere consilium, qua ratione Ecclesiæ canonem violatum, non neglectum cernerent. Itaq; visum est, ut alter eorum, Luciferum dico, Antiochiam Syriæ contenderet: alter nimirum Eusebius, peteret Alexandriam, uti Concilio subsidio Athanasii convocato, Ecclesiæ dogmata constabiliri possent. Lucifer verò eò mittit diaconum, per quem significat, se rebus, quas concilium decerneret, assensurum. Socrat. lib. 3. cap. 4.

Eusebius cum Athanasij celebrat Synodum Alexandriæ.

Eusebius ubi venit Alexandriam, diligenter agit cum Athanasio de cogendo concilio. Convenire episcopi ex varijs civitatibus cæperunt, deq; multis rebus apprimè necessarijs differere: Spiritus sancti divinitatem stabilire, eumq; in Trinitate consubstantiali comprehendere: & Filium hominem factum, non tamen solũ, corpus sed etiã animã sumpsisse affirmare,

mare, sicut antiquis viris & ecclesiasticis visum fuit. Non enim novâ aliquâ religionẽ excogitare, inq; Ecclesiam introducere: sed quæ ab initio traditio Ecclesiastica perscripserat, & sapientes Christiani certis rationib9 conquisiverant, confirmare voluerunt. Socrat. lib. 3. cap. 5.

Fuisse autem in hac Synodo de multis & necessarijs admodum reb9 tractatum, ex epistola Synodica manifestum est, è qua præcipua capita excerpta huc adscribere operæ precium fuerit.

Primùm enim Nicenam fidem confirmarunt, uti jam dictum est, quemadmodum Sozomenus ait lib. 5 cap. 12. *Decreta Synodi Alexandrinæ.*

Deinde cùm Synodi Sardicensis decreta pro Nicenis quidam venditassent, aut Nicenis statutis certè prætulissent: cautum ab ea Synodo est, ne quis ea pro veris haberet. Patet id ex subscriptione Eusebij.

Tertiò, de οὐσίᾳ verò & ὑποστάσει decreverunt, non esse de Deo hasce usurpandas voces. Etenim οὐσίαν ne nominatam quidem esse in sanctis scripturis: nomine vero ὑποστάσεως Apostolum necessitate dogmatum esse abusum. *οὐσία & hypostasis.*

Sed

Sed alia ratione usurpandas eas esse constituerunt, In confutando nimirum Sabellij errore, ne angustia dictionum, quod triplici nomine dicitur, rē unā esse putemus: sed unumquodq, horum nominum de Triade in propria hypostasi divinitatis consideratione contineatur.

Christus assumsit integram naturam humanam.

Quartò. De Christo pronunciarunt, non humanam eum tantùm carnem, sed animam assumsisse: juxta veterum doctorum, Clementis, Irenæi, Apollinarij & Serapionis traditionem. Explicat hoc decretum clarius Paulini subscriptio in hunc modum. De incarnatione Verbi patris propter nos facta, ita decerno, quemadmodum scriptum est secundùm Ioannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impijssimos homines, mutationem sui Verbum passum esse. Sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria virgine spiritu sancto genitum esse, & nequaquam inanimatum, aut insensibile, aut sine mente corpus Salvatorem nostrum habuisse: quippe cùm impossibile sit, Dominum propter nos hominem factum, corpus habere sine mente.

Quintò. Venit in disputationem de spiritu sancto quæstio. Decreverunt igitur,

tur, ejusdem esse spiritum sanctum substantiæ ac deitatis, cujus Pater & Filius, neque quicquam in Trinitate aut creatum aut prius altero, posteriúsve dicendum esse.

Sexto. Cùm visum esset alijs, neminem qui se quocunq; modo hæreticæ communionis contagio maculasset, ad Sacerdotium admittendum amplius esse: alij melius judicarunt, autores quidem perfidiæ abjiciendos esse: reliquis autem sacerdotibus optionem dandam, ut si forte velint, abjurato errore perfidiæ, ad fidem patrum statutaq; converterentur, non enim negandum esse aditum redeuntibus. Recitat hoc decretum Ruffinus libro primo, capite vigesimo octavo. Et habet simile quiddam Athanasius ad Antiochenses, tomo 12.

Septimò, communi decreto Asterio, cæterisq; qui cum ipso erant, Orientalium ecclesiarum injunxére procurationem, Occidentalium verò Eusebio. *Orientalium & occidentalium ecclesiarum distinctæ administratio.*

Postremò, coram eadem Synodo Athanasius Apologeticum de fuga sua à se antè conscriptum recitavit. Socrates lib. 3. cap. 6. 7. & 8. Sozomenus libro 5. capite duodecimo.

Alia

Alia quædam conventicula Macedonianorum.

Hoc tempore à Macedonianis frequentes Synodi sunt habitæ, de quibus ita scribit Socrates lib. 3. cap. 8. Iam verò illud minimè nos præterire debet, sectatores Macedonij, Eleusij, Eustathij & Sophronij (omnes hi uno nomine Macedoniani appellabantur) eodem tempore crebros conventus in varijs locis egisse: & convocatis illis, qui in Seleucia ipsorum favebant sententiæ, alterius partis fautoribus, Acacianis videlicet, anathema denunciasse, fideq; Arimini expositâ prorsus rejectâ, eam quæ in Seleucia recitata erat, ratam fecisse. Idem refert Sozomenus lib. 5. cap. 13.

Synodi Macedonianorum.

Synodus Gazensis seu Constantiensis.

Gaza civitas est Palæstinæ celebris, cujus navale erat Majuma, quam Constantinus, simul ut intellexit eam religioni Christianæ in primis deditam esse, civitatis honore decoravit, filijq; Constantij appellavit nomine: atq; dedit mandatum, ut sui juris esset, suisq; legibus

Majuma vocatur Constantia.

gibus ipsa se gubernaret, arbitratus sane iniquum esse, ut ditioni Gazæ urbis, superstitioni gentilium supra modum addictæ, pareret. Verùm ut primùm Julianus ad imperium regendum accessit, cives Gazæ, Constantiæ civibus litem intendebant. Atq; Julianus constitutus judex, Constantiam, quæ Gaza abest circiter viginti stadia, Gazæ adjudicavit. Quæ ex eo tempore suo priore nomine orbata, pars urbis Gazæ maritima nuncupatur. Magistratus autem civiles, belli duces, & respub. utriusq; communis est, soloq; Ecclesiæ statu & gubernatione, duæ videntur hoc tempore civitates distinctæ. Nam utraq; seorsum suum habet episcopum, suum clerum, celebres quoq; dies festos martyrum, memorias episcoporum, qui in ipsis ecclesiam rexerint, distinctos deniq; agrorum undiq; jacentium fines, quibus etiam altaria ad utrumq; episcopatum spectantia distinguuntur. Itaq; quidam episcopus Gazæ, qui hac nostra vixit ætate, (inquit Sozomenus) episcopo mortuo, qui antè ecclesiam Majumatensem administravera t, laboravit, ut uterq; clerus sibi subjiceretur. Non enim fas est, inquit, ut uni urbi duo præficiantur episcopi.

At

Concilium Gazenſe ob epiſcopatum.

At cùm Majumatenſes huic rei refragarentur, concilium gentis illius in unum locum coactum, cauſam cognovit: alterumq́, creavit epiſcopum. Nam iniquum omnino exiſtimavit, ut qui ob pietatem privilegia civitatis recepiſſent, ij, tametſi judicio Gentilis Imperatoris ſtatũ Sacerdotij mutatũ haberent, ordine eccleſiaſtico & honoribus ſibi olim tributis penitus ſpoliarentur. Cæterùm iſta poſt, hoc modo accidiſſe accepimus. Sozom. lib. 5. cap. 3.

Anno C. 364.

Synodi habitæ ſub IOVIANO.

Iuliano Apoſtatæ in Imperio ſucceſſit Iovianus, ſive Iovinianus, ut alij legunt, vel potius Iuvianus, (Vere enim Iuvianus fuit, modo diu licuiſſet,) vir magno & excelſo animo prædito, veræque religionis maximoperè ſtudioſus, qui collapſæ fidei ſalutaribus ſuis conſilijs ſuccurrit, licèt ſeptem ſolummodò menſes non amplius imperio præfuerit, de quo Hieronymus in Epitaphio Nepotiani ſic ait: Iovinianus guſtatis tantum Imperialibus bonis, fætore prunarum ſuffocatus interiit, oſtendens omnibus, quid ſit humana potentia.

Iovianus Imperator prunarum vapore ſuffocatus.

Credi-

Creditur enim exanimatus odore cubiculi recenti calce illiti, cùm in gravi frigore nimium multas adoleri jussisset, ut scribit Eutropius & Orosius.

Quomodo hic orthodoxus Imperator ad imperium pervenerit, annotatum est à Socrate libr. 3. cap. 19. cujus verbis recitare operæ precium est: Cùm esset Tribunus militum, inquit, cumq; Iulianus militibus lege latâ optionem daret, vel idolis sacrificandi, vel deserendi militiam: balteum deponere maluit, quàm impium & nefandum Imperatoris edictum exequi. Attamen Iulianus belli impendentis necessitate compulsus, eum in ducum numero retinuit. Iam verò Iovianus ad imperium delectus, illud repudiavit. Et cùm à militibus invitus raperetur, clamavit, se, qui Christianus erat, nolle omninò hominum gentilitatem profitentium imperium suscipere. At ubi omnes unâ voce confessi sunt, se esse Christianos, capessit imperium. Vide eadem de re Sozomenum lib. 6. cap. 3.

Iovianus mavult honores amittere, quàm fidem abnegare.

Iovianus non vult imperare, nisi Christianis.

Verùm Christianorum res nondum adhuc pacatæ tranquillæque fuerunt. Nam qui diversæ religionis factionibus præerant, Imperatorem adeunt, rati sibi

liberam ab eo potestatem permitti, contra adversarios pro arbitratu dimicandi. Ac primùm qui Macedoniani appellabantur, libellum illi offerunt, postulantq; ut qui filium patri dissimilem asseverabant, ij ab Ecclesia ejicerentur, ipsiq; in eorum sufficerentur loca. Imperator accepto eorum libello, ipsos absque responso dimisit, hæc verba duntaxat locutus: Ego contentionem odio prosequor, eos, qui concordiæ dediti sunt, complector amore, veneroq;. Quæ cùm ad aures aliorũ pervenirent, ferociam illorum, qui contendendi studio flagrabant, permulsere. Quæ res Imperatori cessit ex sententia. Socrat. lib. 4. cap. 20. & 21.

Iovianus contentiones detestatur.

Idem Imperator totus in restitutionem tranquilli ecclesiæ status, & fidei rectitudinem restaurandam intentus, ab Athanasio per literas petijt, ut eum de necessarijs circa religionem instrueret. Qua occasione Synodum episcoporum ex Ægypto, Thebaide & Lybia convocat: cumq; illis decernit fidem Nicenam, ut apostolicis dogmatis consentaneã servandam esse, eaq; de re Synodicam epistolam Imperatori remisit, seu (ut videtur) ipse ab Imperatore accersitus attulit, cujus exemplum hoc est:

Iovianus ab Athanasio consilium petit de sanandis ecclesiæ vulneribus.

Reli-

Religiosissimo & clementissimo Victori Augusto Iouiano, Athanasius ac reliqui episcopi, qui venerunt ex persona omnium Ægypti, Thebaidos ac Lybiarum episcoporum.

Digna est amante Dei Imperatore, cupida voluntas perdiscendi cœlestia. Ita enim est cor tuum verè in manu Dei, & imperium multorum annorum curriculo in pace administrabis. Cùm igitur voluerit pietas tua cognoscere ex nobis fidem catholicæ Ecclesiæ, gratijs hanc ob rem actis Domino, visum est ante omnia subjicere relationi tuæ fidem cõfessione Patrum Nicææ confirmatam. Hac enim quidam reprobatâ, nobis quidem multiplices struxere insidias, quia non accederemus sectæ Arrianæ: authores verò in Ecclesia catholica fuêre hæreseos & dissidiorum.

Synodus Laodicena.

Anno C. 364.

Synodi Laodicenæ Gratianus meminit distinct. 16 Celebrata est autem post mortẽ Iouiniani Imperatoris, circa annũ Dn. trecentesimum, sexagesimum octavum: secundùm alios autem, trecentesimum

tesimum sexagesimum quartum, sub finem Episcopatus Liberij, quemadmodum author libri conciliorum indicat. De fide ea Synodus constituisse nihil legitur. Canones autem quinquaginta novem, qui & græcè habentur, autore Theodosio Episcopo, ut Gratianus refert, sanxit, ad disciplinam & politiam Ecclesiasticam pertinentes, quorum præcipuos hîc subjicimus.

I. De eo quòd oportet secundum Ecclesiasticum canonem, eos qui liberè & legitimè secundis nuptijs juncti sunt, nec occultam permixtionem operati sunt, pauco tempore exemto, vacare orationibus & jejunijs, & secundùm veniam reddi eis communionem.

VI. Non concedendum, in cæmiteria vel quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratiâ & petendæ curationis intrare. Sed & qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos; ad pœnitentiam usq; ad aliquod tempus redigi, pœnitentes autem eos & errasse se confitentes, suscipi oportere.

Episcopi à quibus constituendi.

XII. Episcopum non oportet, præter judicium metropolitanorum & finitimorum episcoporum, constitui ad Ecclesiæ principatum. Nec eligantur nisi hi, quos

hi, quos multò antè nota probabilisque vita cõmendat. Et nihilominus, si in sermone fidei & recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

XIII. De eo, quod non sit populis concedendum, electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi. *Populo admittur votũ in electione clericorum.*

XVI. Sabbatis Evangelia cum alijs scripturis legenda esse censemus.

XVIII. De eo quòd semper easdem supplicationes orationum, & ad horam nonam & ad vesperam, oportet celebrari.

XIX. Canon de orationibus præcipit Catechumenorũ, quarum tres vult fieri, unam quidem (id est, primam) per silentium, secundam verò & tertiam per vocis pronunciationem: & tunc demum osculum pacis dari debere. *Orationes catechumenorum.* *Osculum pacis.*

XXXI. Quoniam non oportet cum hæreticis commiscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere: si tamen profiteantur Christianos se futuros esse, & catholicos. *Conjugia cum hæreticis.*

L. Non oportet in quadragesimæ quinta feria ultimæ hebdomadæ jejunium dissolvi, & totam quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies jejunare, & escis abstinentiæ convenientibus, id est, aridioribus uti.

Quadragesimali tempore nuptiæ prohibitæ.

LII. Nō oportet in quadrage.aut nuptias, aut vel quælibet natalitia celebrare.

Canon scripturæ.

LIX. Non oportet ab idiotis Psalmos compositos & vulgares in ecclesiis dici, neq; libros, qui sunt extra canonem, legere, nisi solos canonicos novi & veteris Testamenti. Quæ autem oporteat legi, & in authoritatem recipi hæc sunt: Genesis mundi, Exodus Ægypti, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Nave, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ, liber Psalmorum numero centum quinquaginta, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Hester: duodecim prophetarum libri, id est, Oseæ & Amos, Ioel, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Novi testamenti: id est, Evangelium secundùm Matthæum, secundùm Marcum, secundùm Lucam, secundùm Ioannem: Actus Apostolorum, Canonicæ epistolæ septem: Iacobi una; Petri duæ, prima & secunda: Iohannis tres, prima, secunda & tertia: Iudæ una. Epistolæ Pauli apostoli numero 14. ad Romanos, ad Corinthios 1. & 2.

ad

ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses una: ad Thessalonicenses duæ, prima & secunda: ad Timotheum duæ, prima & secunda: ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

Anno C. 364.

Synodi sub VALENTINIANO.

Cùm Imperator Iovianus, uti diximus, è vita migrasset: milites ex Galatia decedentes septimâ post die Niceam Bithyniæ veniunt: omnesq; unâ voce Valentinianum ad 5. Calend. Martij, illo ipso Cos. Imperatorem declarant. Hic genere Pannonius fuit, è Civitate Cibale ortus. Qui rem tractare aggressus militarem, se in ea facilè peritissimum ostendit. Vir magno & excelso animo præditus fuit: amplioremq; dignitatis gradum, quàm in quo erat locatus, semper promereri visus est. Qui simul atq; fuit Imperator creatus, Cõstantinopolim absq; mora contendit: ac triginta diebus post suam creationem fratrem Valentem socium sibi adjungit imperij. Et quanquã ambo erant Christiani, de fide tamen religionis Christianæ inter ipsos dissensere. Nam Valentinianus fidẽ Concil. Niceni est amplexatus: Valens autẽ opinione quadã animo præcepta inducto, dogmati Arriano mordicus adhæsit.

Valentinianus & Valens dissidẽt religione.

Quæ quidem opinio propterea ejus animum peroccupaverat, quod fuerat ab Eudoxio Cõstantinopoli Arrianæ sectæ episcopo baptizatus. Vterq; fidei, quam coluit, permagno studio exarsit: Sed tamen cùm Imperatores jam essent creati, moribus & vitæ consuetudine valde fuêre dissimiles. Nam tametsi antea, regnante Iuliano, cùm alter tribunus militum esset, Valentinianum dico: alter ex numero satellitum, qui Imperatoris domestici erant, & familiares, nempe Valens, perspicuè declarabant, quàm ardenti religionis studio uterq; illorum inflammaretur (cùm enim ad sacrificandum impellerentur, balteos militares deponere maluerunt, quàm fidem Christianam deserere: quorum neutrum Imperator Iulianus, quoniam eos tales homines esse intelligeret, quales Reipub. plurimum possent commodare, de militaris honoris gradu dejecit: quemadmodum neq; Iovianum, qui illi successit in imperio) tamen postea imperij gubernacula adepti, licèt in initio regni sui in Reipublicæ commodis diligenter prospiciendo similes ac pares inter se essent, in religione Christiana admodum discordare, & disparem modum adversum Christianos

Valentinus & Valens maluerunt honore spoliari, quam Christianam fidem deserere.

Christianos exercere cæperunt. Valentinianus enim ut suæ fidei & opinionis fautores ãplexabatur, sic Arrianis nihil facessebat molestiæ: Valens autem non modò Arrianorum numerum augere laboravit, verùm etiam doctrinam contrariam amplectentes gravibus affecit supplicijs. Per idem tempus ecclesiæ Romanæ Liberius fuit Episcopus. Alexandriæ quidem Athanasius, illi ecclesiæ parti, quæ fidem tenebat Consubstantialis, præfuit: alteri autem, quæ doctrinæ Arrianæ addicta fuit, Lucius, quem post Georgium Arriani suum constituerant episcopum. Arrianorum qui Antiochiæ erant, episcopus fuit Euzoius: qui autem fidem Consubstantialis tuebantur, erant in duas partes divisi: quarum alteri Paulinus, Meletius alteri præficiebatur. Hierosolymorum Cyrillus fuit episcopus: Constantinopoli Eudoxius ecclesiarum gubernatione potiebatur, Arrijq; docebat opinionem. Qui autem fidem Consubstantialis propugnabant, in ædicula quadam intra civitatem conventus celebrarunt. Qui verò sectam Macedonianam sequebantur & in Seleucia cum Acacianis dissentiebant, Ecclesias suas in singulis civitatibus

Liberius Rom. episcopus.

tenuerunt. Hoc in loco res Ecclesiæ id temporis fuere.

Synodus in Illyrico.

Laudatissimus igitur Imperator Valentinianus cum fratre Valente Synodum in Illyrico coëgit, in qua fides Nicena denuo confirmata est. Ex ea autem re constat, dissidia illa fuisse de persona Filij, quod ex epistolis etiam de actis ipsius Synodi, tum Imperatorum, tum episcoporum clarum est, è quibus paucula hæc ex Theodoreti libro 4. capite 8. subijcimus.

Imperatores maximi, Divi, Victores, Augusti, Valentinianus, Valens & Gratianus, episcopis diocæsios Asianæ, Phrygiæ, Cataphrygiæ Pacatianæ, in Domino salutem.

S. Trinitas demonstrata è scripturis.

Synodo ingenti coacta in Illyrico, posit longam quæstionem de salutari Verbo, demonstrarūt beatissimi episcopi, esse Trinitatem coëssentialem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quam prorsus fungentes debitis muneribus colunt, cultu inquam Magni Regis. Et nostra potentia eandem prædicari mandavit: sic tamen, ne qui dicant, hujus culto promulgationem esse Imperatoris moderantis

derantis terræ huic, non ferentes ejus mandata, qui salutis nostræ curam gerens illa edixit. Vox enim est evangelij Dei nostri, quæ adhuc pertinet: Persolvite Cæsari res Cæsaris, & res Dei Deo, &c. Et paulò post: Confitemur sequentes magnum & orthodoxum Concilium, coëssentialem esse Filium Patri. Neq; ita intelligimus coëssentialitatem ut pridem nonnulli interpretati fuere, qui fallaciter subscripsere: & nunc faciunt quidam, qui patres illos non inant, vim hujo vocis everten tes, & sequentes eos, qui tradidere similitudinem coëssentialitatem innui; quatenus nulli reliquarum creaturarum per ipsum factarum similis filius sit, sed solo assimuletur Patri. Nam qui sic interpretantur, eximiam quandam esse creaturam filium Dei, impiè decernunt. Nos verò in ea sententia sumus, qua & Romana Synodus, & Gallica, unam esse ac eandem essentiam, patris & filij & spiritus sancti, in tribus personis: hoc est, tribus perfectis subsantijs.

Valentinianus non vult mandare religionem, sed divinitus traditam commendat.

Operæ autem precium est, nonnulla è Synodica Epistola huc ascribere, qua Synodus Imperatori respondit, quæ sic habent:

Episcopi

Episcopi Illyrici Ecclesijs Dei & Episcopis Diœcesios Asianæ, Phrygiæ, Cataphrygiæ, Pacatianæ, salutem in Domino.

Illyricana Synodus non sua sed scripturæ authoritate nititur.

Congregati in unum locum, post longam quæstionem de salutari Verbo, demonstravimus coëssentialem esse Trinitatem Patris & Filij & sancti Spiritus. Non sanè in scriptis manuum nostrarum, sed in libris Salvatoris nostri Iesu Christi legitur: Ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cephæ. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut estis baptizati in nomine Pauli? Atq, hæc satis fuerant parvitati nostræ, cur omninò nihil literarum ad vos daremus, propter metum quem isthinc proclamatis toti provinciæ vestræ, segregantes sanctum spiritum à patre & filio. Sed ob hæc ipsa necessarium duximus, mittere ad vos dominum & collegam nostrum Elpidium, à Regina Imperij Romani urbe Roma, cum his literis, qui cognosceret, an talis esset prædicatio vestra. Si qui enim non prædicant coëssentialitatem Trinitatis, anathema sunto. Sed & si quis cum illis se conjunxerit, anathema esto. Prædicantibus autem coëssentia-

coëssentialem esse Trinitatem, paratum est regnum cælorum. Proinde vos obsecramus fratres, ne diversam doctrinã, nec aliud dogma sequamini: sed semper ac assiduo prædicantes coëssentialem esse Trinitatem, velitis hæreditatem adire regni Dei, &c.

Synodus Lampsacena.

Assumptus in regni consortium à Valentiniano Valens, Arrianorum dogmati favens, Constantinopolim venit, ubi eum Macedoniani adeunt, ac ut Synodum ipsis pro fide corrigenda instituere liceat, ab eo petunt, Existimans igitur Imperator, cum Acacio eos, & Eudoxio, Arrianis sentire, Synodum ijs pollicetur: quemadmodum Socrates retulit libro 4. cap. 2.

Variat ab ea narratione Sozomenus lib. 6. cap: 7. Nam episcopos per Helespontum & Bithyniam, ac quicunq; filium patri coëssentialem dicerent, per legatum Hypatianum Heracliæ Perinthi episcopum, Synodum non à Valente, sed Valentiniano petijsse, cùm is Constantinopoli discedens, Romam per Thraciam cum fratre proficisceretur, commemorat. Respondit autem Imperator,

rator, se plebejum esse: proinde nec curiosius ista sibi inquirere licere. Convenirent igitur inter se sacerdotes, quibus ista curæ essent, in quo loco Synodum congregari commodum videretur.

Arriana fides iterum comprobata.

Convenerunt ergo in ipso consulatu Valentiniani & Valentis primo anno, septimo à Synodo Seleuciano exacto, episcopi Lampsaci quæ urbs vetus in angusto Hellesponti sita fuit. Et cùm per duos menses inter se consultassent, tandem fidem Antiochiæ & Seleuciæ expositam confirmant: Ariminensem verò ab orthodoxis antea expositam, anathemate damnant: eaq, quæ ab Acacianis & Eudoxianis Constantinopoli facta fuerant, irrita faciunt. Quibus Eudoxius, destitutus Valentis præsidio, quoniam publici belli negotijs occupatus erat, resistere non potuit. Socrat. l. 2. c. 4.

Synodus in Sicilia.

Macedoniani subscribunt Symbolo Niceno.

Post reditum in gratiam Macedonianorum cum Liberio Romano episcopo, & datas atq, acceptas utrinq; literas, in Siciliam illi, qui cum Eustathio, Theophilo & Sylvano erant, redeunt, ibiq. Synodum episcoporum Siculorum congregant, coram illis Homousij fidem confiten-

confitentur, Nicænamq; formulam confirmant. Acceptis deinde ab ijsdem episcopis literis, ad suos, à quibus missi fuerant, revertuntur. Socrates lib. 4. capite 11. & 12. Sozomenus. libro 6. cap. 2.

Synodus Tarsensis, Antiochena Cariæ.

Macedoniani post acceptas à Liberio communionis literas, missâ per civitates Homeusianæ fidei legatione, episcopos hortantur, ut Tarsum Ciliciæ conveniant, ad confirmandam fidem Nicenam: & tollendas è medio, quæ ecclesias antè exercuissent, contentiones. Hæc igitur cùm jam congreganda Synodus esset, episcopi circiter triginta quatuor Cariæ in Asia, inquit Sozomenus, (Nicephorus libro undecimo capite 9, Antiochiæ in Caria habet) congregati, studium quidem concordandi Ecclesias laudabant: Homousij verò nomen rejiciebant: fidemque Antiochiæ & Seleuciæ expositam, retinendam esse decreverunt, ut cujus tum autor Lucianus martyr fuisset,

Macedonianì ὁμοιούσιον repudiant.

fuisset, tum majores eam laboribus pluribus & periculis confirmassent. Imperator etiam Valens, Eudoxio solicitante, Synodum Tharsi indictam impedivit. Socrates lib. 4. cap. 12. Sozom. lib. 6. c. 12.

Synodus Tyanensis.

Eodem tempore, quo in Sicilia Synodus celebrabatur à Macedonianis, ut diximus, conversis congregata, convenerunt Tyanis Cappadociæ, Eusebius Cæsarienſis, Athanasius Amyranus, Pelagius Laodicenus, Zenon Tyanensis, Paulus Emesenus, Ostreus Melitinensis, & Gregorius Nazianzenus, juxta Nicephorum, alijq; complures, inter quos in Synodo Antiochena sub Iouiano de Homousio retinendo convenerat. Sozomenus lib. 6. cap. 12.

Nicomedienſis Arrianorum.

Post devictum Procopium tyrannũ, Imperator Valens Nicomediam Bithyniæ venit; eoq; Eleusium Cyzicenum episcopum Macedonianum ad se evocat: ac mox indicto Arrianorum episcoporum Concilio, Eleusium, ut Arrianorum fidei subscribat, cogere conatur. Repu-

Repugnat ille primùm constanter: Sed metu victus cùm exilium & publicationem bonorum Imperator minaretur, Arrianis communicat. Mox verò Cyzicum reuersus, pœnitentiâ ductus, episcopatu seipsum abdicat. Socrat. lib. 4. cap. 6. Sozomenus lib. 6. cap. 8.

Eleusius metu exilij fit Arrianus.

Pazensis Phrygiæ Novatianorum.

Sub eodem Imperatore, in vico Pazo Phrygiæ, quem Pazumenũ Sozomenus vocat, pauci quidam & obscuri Novatiani episcopi Synodum colligunt: ac legem constituunt, Paschatis festũ cum Iudæis celebrandum esse. Hujus Synodi quantumvis ignobilis autoritate, postea Sabino quidam schisma in Novatianorum Eccleſiam intulit, cùm eodem modo, quo in Pazo constitutum esset, Pascha celebrandum esse urgeret. Sed Synodi ejus authoritatem Novatiani in Angaro congregati minuentes, Pazensem Synodum juris nihil habuisse, ut catholico de Paschate canoni præscriberet pronunciarunt. Socrates lib. 4. cap. 28. & lib. 5. cap. 21. Sozomenus lib. 7. cap. 18.

Nouatiani paschacum Iudæis celebrant.

Synodus Romana.

Cùm Liberio mortuo Damasus successor datus esset, sub annum Christi (ut Hieronymus indicat) trecentesimum septuagesimum, Occidentales omnes & Romani Nicenam fidem observabant adhuc, & profitebantur: paucis quibusdam exceptis, qui Auxentium episcopū Mediolani Arrianum sectabātur, Quem cùm Galli quidam & Veneti Arrianum esse prodidissent, Romæ Synodus convenit (ut Theodoretus indicat lib. 2. cap. 22.) episcoporum nonaginta. Præsidet in ea Damasus. Damnat Synodus Auxentium, cum eidem consentientibus, & confirmat fidem Niceæ traditā. Ariminensis verò decreta Nicenis contratria item damnat, ut quibus nec Romanus episcopus, nec alii consensissent: quæq; multis, qui tum in Synodo ea fuissent, displicuissent. Atq, hæc sic gesta esse, docet ejus Synodi epistola ad Illyricos, apud Sozomenum lib. 6. cap. 22. & Theodoretum lib. 2. cap. 23.

Auxentius episc. Mediolanensis ob Arrianismum damnatus.

De Synodis in Gallia & Hispania.

Athanasius

Athanasius in epistolæ initio ad Epictetum Corinthiorum episcopum, ait diversas Synodos celebratas esse per Galliam, Hispanias, & Romæ, in quibus cum Arrio sentientes communi calculo damnati sint: Auxentius nimirum Mediolanensis, Vrsacius, Valens & Gajus.

Romana alia.

Anno C. 379.

Rursus Damasus cùm Apollinarii hæresim longè latèq; grassari cognovisset, quam de anima ille Salvatoris errãs & furens finxerat, re communicata cum Petro Alexandrino episcopo, Romæ Synodum congregavit, anno Christi (juxta Hieronymi chronicon) trecentesimo septuagesimo nono, in qua Apollinarii hæresis, ut quæ ab Ecclesia pro blasphema habenda esset, damnata est, hac sententia: ut si quis filium Dei, qui sicut verè Deus, ita & verus homo esset, vel humanitatis aliquid, vel Deitatis minus diceret habuisse, alienus ab ecclesia judicaretur. Sozomenus lib. 6. cap. 25. Scripsit de excommunicatione Apollinarii, discipuliq; sui Timothei, epistolam Damasus, ad episcopos Orientis, quæ

Apollinarij hæresis damnata.

apud Theodoretum extat lib. 5. cap. 9. ex qua unicam sententiam hoc loco asscribimus: *Nam Christus filius Dei, Dominus noster, humano generi per suam passionem absolutissimam contulit salutem, ut hominem totum à peccato occupatum, à toto peccato liberaret. Hunc si quis aut Deitatis, aut humanitatis minus habuisse dixerit, is plenus spiritu diabolico, sese gehennæ esse filium prodit.*

Christus integram humanam naturam assumsit.

Synodus Valentiniana.

Extat in libro Conciliorum narratio de Synodo quadam triginta episcoporum, apud Valentiam Galliæ vrbem celebrata, sub eodem Damaso, Imperatoribo Valentiniano & Gratiano, consulatu Gratiani tertio, & Equitii, sub annum Domini trecentesimum septuagesimum octavum. In qua hæc constituta commemorat: Primùm, Digamis ordinationem ad Sacerdotium non esse conferendam. Secundò, Puellas quæ post castitatis votum nuptias expetierint, ante justam & sufficientem satisfactionem, ad pœnitentiam non esse recipiendas. Tertiò, Illis qui post baptismum se aut prophanis violationibus, aut hæreticorum lavacro polluerunt, pœnitentiam ad

Anno C. 378.

Digami à sacerdotio arcentur.

Vota virginum.

ad diem usq; mortis protrahendam esse: ac tum demum spem remissionis faciendam, quam à Deo expectare debeant. Quarto, ut diaconus, presbyter, & episcopus, si crimen quo se polluerit ultrò fateatur, dignitate sua privetur.

De Synodis sub THEODOSIO.

Quo pacto Arriano Imperatori Valenti successerit orthodoxus & pius princeps Theodosius, utile est breviter commemorare. De ea verò re ita scribit Zonaras tom. 3. annal. Sub hoc Valente feruntur Libanius Rhetor, & Iamblichus Procli magister, divinatione galli gallinacei quæsiviſſe, quis post Valentem imperaturus esset. Ea porrò hujusmodi esse perhibetur: Literæ 24 puluere inscribuntur, & cuiq; granū tritici & hordei imponitur, deinde gallus, recitatis quibusdam carminibus, dimittitur, & è quibus literis grana sumserit, eæ literæ inter se junctæ, rem quæsitam declarare putantur. Quod cū & illi fecissent, gallum ex literis Th, E, O, D, grana legisse viderunt, ambigua tamen habita est significatio.

Anno C. 379.

Valens per ὰλεκτρυομαντείαν *quærit de successore.*

Gallus incantamētis captus vaticinatur.

Nam vel Theodosius vel Theodorus vel Theodotus designari putabatur. Ea re cognitâ Valens, multos iis nominibus præditos, sibi suspectos, sustulit, ipsis etiam divinatoribus quæsitis.

Sed Gratianus, postquam partim cum patre Valentiniano, partim cum patruo Valente, & fratre, 14 regnasset annos, & animadvertisset Thraciam Daciamq; tanquam genitales terras possidentibus Gothis, Triballisq;, atq; omni pernicie atrocioribus Hunis & Alanis, extremũ Romano nomini periculum instare, eadem provisione, qua quondam legerat Nerva Hispanum virum Trajanum, per quem Respub. reparata est, accitum & ipse nihilo minus æquè ab Hispania Theodosium, faventibus cunctis, apud Syrmium purpuram induit, ætatis annum tertium & trigesimum agentem, Orientisq; & Thraciæ simul imperio præfecit. Itaq; Theodosius afflictam rempub. irâ Dei, reparandam credidit misericordiâ Dei, omnem fiduciam sui ad opem Christi referens. Paulus Diaconus libro 1.

Theodosius ad imperiũ vocatus.

Constanti-

Constantinopolitana Synodus Oecumenica.

Anno C. 381. vel 383.

Succedens hoc pacto in regnum Theodosius, cæteris omnibus posthabitis, in eam solam curam primùm incubuit, ut Ecclesias ad Concordiam reduceret. Quamobrem in urbem suam Constantinopolim Synodum convocavit frequentissimam, consulibus Eucharide & Euagrio, in mense Majo, anno imperii sui tertio, Christi verò trecentesimo, octuagesimo tertia: juxta Prosperi Chronicon, qui propter Macedonii hæresin Synodum eam congregatam ibidem annotavit. Convenerunt eò igitur, qui fidem Nicenam profitebantur, episcopi numero centum quinquaginta, quorum nomina historici annotarunt, Theodoretus lib. 5. cap. 8. 9. 10. Tripart. libr. 9. cap. 4. 5. & seqq.

Theodosius convocat Constantinopolitanam Synodum.

Macedonianos autem Socrates refert interfuisse numero triginta sex, quibus præfuerit Eleusius Cyzicenus, & Martianus Lampsacenus. Et Prosperi Chronicon Synodum hanc Constantinopolitanam, congregatam fuisse annotavit ex episcopis octoginta.

Macedoniani interfuerunt concilio Constantinopolitano.

Viderat ante hoc tempus Theodosius, dux exercitus adversus barbaros recens à Gratiano creatus, oblatam sibi in somnis Meletij Antiocheni episcopi imaginem, paludamentum sibi Imperatorium inducere, & coronam capiti imponere. Nec caruit eventu visio. Etenim bello feliciter contra Barbaros confecto, à Gratiano paulò post Imperator designatus est.

Theodosius inter omnes episcopos agnoscit Meletium.

Cùm ergo in Synodum coïssent episcopi, quos diximus, centum quinquaginta, ipseq, Theodosius desiderio visendi frequentem & venerandum cætum, in regiam, in qua confederant illi, ingressurus esset, vetuit indicari sibi Meletium: facturus periculum, utrum imagini conspectæ per somnum, vera esset Meletij facies responsura. Ita simul ingressus ad Meletium confestim agnitum adcurrit, eumq; complectens osculatus est. Ac posteaquam somnium ei exposuisset, cæteris omnibus blandè compellatis, ut de rebus propter quas convocati essent, tanquam patres pij, quod essent, in medium consulerent, hortatus est. Theodoretus loco indicato.

Videtur autem & ipsius Synodi, & Imperatoris præcipuum fuisse studium, ut

ut ad professionem Nicenæ fidei omnes dissentientes, quantum ejus fieri posset, adducerent. Admonentur igitur Macedoniani tùm primùm, ut ad Homousianos accedant, ac memores sint legationis, ad Liberium Romanum episcopum missæ, qua se in fide eis consentire professi fuerant. Objicitur & illud, non carere impietate, si quis agnitam semel rectam fidem, postea abjiciat, & subvertere conetur. Sed illi nec admonitionibus nec redargutionibus locum relinquentes, aperte profitentur, Arriano se dogmati adhærere malle potius, quàm Homousio accedere. Constantinopoli igitur relicta discedunt, ac per civitates quoscunq; factionis suæ inveniunt, hortantur, ne unquam Nicenam fidem amplecti velint.

Synodus Constantinopolitana sequitur formulam Nicenæ.

At qui alterius erant partis episcopi, manent, ac de rebus, quarum gratiâ Synodus coacta erat, consultant. Docuerat autem Constantinopoli aliquandiu tum fortè Gregorius Nazianzenus, quem dignum eo episcopatu Imperator etiam ipse judicabat. Et cõtigisset ei quidem plurimorum episcoporum suffragijs, nisi Ægyptij contradixissent, magis verò ipse etiam delatam dignitatem recu-

Nazianzenus oblatum episcopatum Constantinopolitanum modestè recusat.

fallet. Hanc enim in Concilio orationem eum, cum ab Ægyptijs Maximum quendam Cynicum Apollinaristam subtitutum intellexisset, habuisse, Theodoretus narrat: *Ne quæso, patres, admittatis aliquid, quod ad turbandam concordiam faciat: neq; unius alicujus injuriam mutuo vestro consensui obstare sinite. Ita enim & ego gratissima atq; exoptatissima quiete*
„ *fruar, eò vicissim receptus, unde huc veni: & vos*
„ *post triste ac molestissimum bellum, pacem desideratissimam habere poteritis. Nam quid absurdius esse*
„ *possit, quàm declinatis hostium telis, ad mutuas incursiones & vulnera vos converti? Quid verò etiam*
„ *inimicis vestris suavius contingere? Dispicite ergo*
„ *vobis virum aliquem laude dignum, eaq; intelligentia*
„ *præditum, ut & committi ei turbò multitudo, & ab*
„ *ipso institui rectè possit, eiq; episcopatum hunc de-*
„ *cernite.*

Nectarius de Consule fit episcopus Constantinopol.

Illi igitur Nectarium, virum consularem, de nobili genere, episcopum eligunt, imò repugnantem magis rapiunt. Cum eo autem tota postea Synodus, Nicenam fidem confirmat: omnibus adversantibus ei factionibus & hæresibus rejectis, ipso etiam Maximo Apollinaristâ depositio.

Decernit deinde, reddendas & committendas esse Ecclesias omnes illis, qui in hypostasibus trium pari potentia & honore

honore personarum, unam & eandem patris, filij & spiritus Sancti divinitatem confiterentur.

Post hæc constituit, episcopum Constantinopolitanum, eminentiam proximam post Romanum obtinere debere. Constituunt & Patriarchas, quibꝰ provincias describunt ea lege, ne quis ex alia provincia in aliam temerè invadat, id enim antea sub persecutionibus sic evenerat. Theodoretus lib. 5. cap. 7. & 8. Sozom. lib. 7. cap. 7. 8. 9. *Constantinopolitani episcopi eminentia.*

Extat & epistola hujus Synodi prolixa, ad Synodum quandam Romæ à Damaso congregatam, paulò pòst: apud Theodoretum libro eodem, capite nono, in qua adversus furores Arrii, Aëtii, Eunomii, Sabellii, Photini, Marcelli, Pauli Samosateni, Macedonii & Apollinaris edidisse se hanc confessionem seu formulam testantur.

Docemur, inquiunt, credere in nomen patris, filij, & Spiritus sancti: Quippe quod sit deitas, potentiaque & essentia una patris, filij & sancti Spiritus: itemque æqualis dignitas, & regnum coæternum in tribus perfectis subsistentijs, seu perfectis personis: ut neque Sabellii pesti locus detur, *Constantinopolitani Concilij confessio.*

detur qua substantiæ confundantur, hoc est, proprietates tollantur: neque etiam valere possint blasphemiæ Eunomianorum, Arrianorum, & eorum, qui Spiritum oppugnant, à quibus essentia naturaq; & deitas scinditur, & introducitur in increatam, coëssentialem ac coæternam Trinitatem, quædam posterior sive creata seu diversiessentialis natura. Etiam doctrinam humanitatis Domini indepravatam servamus, neq; animæ neq; mentis expertem, nec imperfectam admittentes carnis officium & curam: cùm sciamus Dei verbum, quod perfectum est ante secula, in his ultimis diebus, propter salutem nostram, hominem factum esse.

Liber Conciliorum Synodo eidem tribuit epistolam ad Imperatorem Theodosium, & septem constitutiones, quæ etiam Græcè extant, eâ sententiâ & ordine.

Religionis & pietatis observandissimo, Deiq; amantissimo Imperatori Theodosio, Sanctum Concilium episcoporum, qui ex diversis provinciis, præfecturisve Constantinopoli convenerunt.

Initio

Initio quidem noſtri ad tuam pietatem ſcripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis imperium conſtituit ad communem pacem Eccleſiarum, & ſanæ fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, neceſſariò quoq; ea quæ acta ſunt in Sancto Concilio, ad tuam referimus pietatem, nempe quòd ex quo tempore ex mandato tuæ pietatis Conſtantinopoli convenimus, primùm quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus. Deinde verò breves etiam præſcripſimus ac pronunciavimus quoſdam quaſi terminos, regulàsve, quibus & patrum qui Niceæ congregati fuerunt, fidem confirmavimus, comprobavimusq;, &, quæ adverſus eam obortæ ſunt, perverſas hæreſes ac pravas opiniones, extremâ cum execratione ac deteſtatione reprobavimus. Præterea etiam ad rectè conſtituendum & ordinandum ſtatum ac diſciplinam Eccleſiarum, certos canones ſtatuimus ac præſcripſimus, quæ omnia huic noſtro ſcripto ſubjecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas tuæ pietatis ratum eſſe jubeas, confirmesque Concilij decretum, & ſicuti literis, quibus nos convocaſti, Eccleſiam honore proſecutus es, ita etiam

Acta Concilij Conſtantinopolitani referuntur.

Confirmatio & ratificatio Concilij Conſtantinopolitani petita à Theodoſio.

etiam summam eorum quæ decreta sunt conclusionem sententia atq; sigillo tuo corrobores. Dominus autem imperium tuum in pace & justitia stabiliat, transmittatq; & traducat in multas & infinitas usq; ætates & generationes, atq; ad terrenam potentiam cæleſtis quoq; regni gaudium & fructum adjiciat.

Excerpta ex ijs, quæ statuerunt ac decreverunt Episcopi, qui gratia Christi ex diversis provincijs, præfecturúq; Constantinopolim convenerunt, vocati à Theodosio pietatis ac religionis studiosissimo Imperatore.

Canon sextus Concilij Niceni probè explicatus.

2. Alexandrinꝰ quidem episcopus res Ægypti duntaxat administrato: Orientis autem Episcopi Orientem solùm regunto: Asiaticæ item administrationis Episcopi, res Asiaticæ diœceseos duntaxat regunto: item Ponticæ, res Pontícas solas, similiter Thracici episcopi, res Thracicæ administrationis administranto. Nam hoc clarum ac manifestum est, quòd in unaquaq; provincia, præfecturâve ipsius provinciæ, concilium administrare debebit ea, quæ Niceæ decreta atq; statuta sunt.

3. Con-

3. Constantinopolitanus tamen episcopus obtineto præcipuum honorem ac dignitatem, secundùm episcopum Romanum: ideò quòd Constantinopolis nova Roma est. *Constantinopolitanus episcopus obtinet præcipuum honorem post Rom.*

6. Censuit sanctum Concilium, non cuivis permittendum esse, ut instituat accusationes adversus eos, qui administrant Ecclesias, neq; tamen omnes esse prohibendos & excludendos ab accusando. Oportet enim omnibus modis & episcopi conscientiam liberam esse, culpave vacare, & ei qui sibi injuriam fieri queratur, cujuscunq; religionis fuerit, auxilium juris non denegari.

Romana Synodus.

Paulò post Synodum Constantinopolitanam, de qua in præcedentibus nobis sermo fuit, Theodosius à Romano episcopo solicitatus, indixit Concilium Romæ. Convenerunt autem eò plurimi Episcopi Occidentales: unde ea Synodus maxima appellatur à Theodoreto lib. 5. cap. 8. Inter eos verò præcipui erant Damasus, Ambrosius, Britto, Valerianus, Acholius, Anemius, Basilius: ut apparet ex Epistola Synodi Constan- *Synodus Romana maxima.*

Constantinopolitanæ apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. Ad Synodum eam etiam Orientales episcopi, qui Constantinopolim, ob quædam ecclesiastica negocia concurrerant, literis Imperatoris & Patrum in Synodo Romana congregatorum invitabantur. Sed hi re deliberata, cùm omnes illuc abire propter longinquitatem locorũ, & ecclesiarum suarum necessitudinem videretur incommodum, ex numero suo selectos Cyriacum, Eusebium & Priscianum ablegant cum literis, in quibus absentiæ suæ causas exponunt, suæ fidei confessionem dant, & acta Synodi prioris repetunt, vt postea dicetur. Cæterum ob quam causam potissimum hæc Synodus collecta sit, & quomodo in ea processum, id annotatum non est ab autoribus, nisi quòd ex epistola Damasi ad Orientales & ad Paulinum apparet, factum id esse propter confirmationem decretorum Nicenæ Synodi, & damnationem plurimarum hæresium, maximè vero Apollinarii, Macedonii, Photini. Decreta autem hujus Concilii in duabus epistolis Damasi exponuntur, quarum alteram ad episcopos Orientis, alteram ad Paulinum Thessalonicensium episcopum scripsit,

Orientales episcopi non omnes accedunt Romam.

scripsit, exempla earum extant apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. &. 10.

Excerpta ex confessione catholicæ fidei, quam Papa Damasus misit Paulino episcopo Thessalonicæ in Macedonia Theodor. lib. 5. cap. 10.

Si quis non dixerit esse semper Patrem, & semper Filium, & semper spiritum sanctum anathema esto. Si quis non dixeri genitum esse filium ex Patre, hoc est, ex divina illius essentia, anathema esto. Si quis non dixerit verum Deum filium Dei, sicut verum Deum Patrem ipsius, & posse omnia, ac scire omnia, ac Patri esse æqualem, anathema esto. Si quis dixerit in carne degentem filium Dei, cùm in terris esset, in cælis & cum Patre non fuisse, anathema esto. Siquis dixerit, in crucis passione sustinuisse dolorem filium Dei deitate, & non carne ac anima rationali, quam assumserit in forma serui, vt sacra ait scriptura, anathema esto. Siquis non dixerit, excruciatum carne Dei filium, & carne mortem gestasse, fuisseq, primogenitum ex mortuis, quatenus vitæ

S. Trinitas

Christus verus Deus.

Christus in terris existens simul in cælo est.

Filius Dei passus.

Christus in carne sedet ad dextram patris.

est & vivificus Deus, anathema esto. Si quis non dixerit in carne, quam assumsit, sedere ad dexteram Patris, in qua & venturus sit judicatum viventes & mortuos, anathema esto.

Hæc igitur salus est Christianorum, ut credentes Trinitati, hoc est, Patri & Filio & Spiritui sancto, & baptizati in eandem unam deitatam, & principatum, & divinitatem, & essentiam, ita in ipsum credamus.

Synodus Constantinopolitana alia

Orientales, à patribus Romæ congregatis, invitati per literas Imperatoris ad eam Synodum, convenerunt Cõstantinopolim, ibiq́, tractarunt de legatis Romam mittendis: & re deliberatâ miserunt eò Cyriacũ Eusebiũ, & Priscianum, qui absentiam excusarent, & fidem eorũ ac statum ecclesiarum suarũ exponerent, & eorum, quæ acta essent ab ipsis in Oriente, rationem redderent. Scriptæ autem etiam in hanc Sententiam sunt literæ ab hac Synodo, quarum exemplũ ex Theodoreti lib. 5. cap. 9. subjicimus.

Dominis

Dominis reverendissimis & pissimis fratribus ac collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Acholio, Anemio, Basilio & cæteris sanctis episcopis in magna urbe Roma coactis, Synodus sancta episcoporum orthodoxorum, qui convenère in magna urbe Constantinopoli in Domino salutem.

Demonstrare pietati vestræ tanquam ignorantibꝰ, & exponere magnitudinẽ malorum, quæ Arriano furore sustinuimus, supervacaneum videtur. Neq; enim ita parvi pietatem vestram pendere arbitramur res nostras, ut quibus misericordia debeatur, eorum nunc primùm cognitionem requiratis: nec cum iis tempestatibus sumus conflictati, quæ propter parvitatem occultæ esse possint. Recens est & ipsum persecutionis tempus, & memoriæ adhuc obstrepentis, nõ solum iis qui tulere, sed etiam quos illæ propria esse ob charitatem ducere oporteat. Et post pauca: Postquam autem vos Romanam cogentes Dei voluntate, tanquam vestra membra nos quoq; literis summa pietate Imperatoris accersiviſtis, ne cùm afflictionũ supplicia nos

Orientales se excusant, quo minus ad Romam nam Synodum venire dum venire possint.

Orientales literis Imperatoris Romam accersiti.

soli perpessi sinus, hoc in consensu Imperatorio de pietate, sine nobis regnaretis: Sed haberetis nos regni, juxta apostolicam vocem, socios: Sanè perquam optavimus vniuersi, si fieri posset, ecclesiis derelictis obsequi sive desiderio, seu usui præsenti. Et iterum nonnullis interjectis: De cura autem administrationis singularum Ecclesiarum, scitis veterem sanctionem & definitionem Nicenorum patrum semper valuisse, ut in unaquq; prouincia illius provinciæ cultores, assumptis etiam (si videatur) finitimis, conferant Ecclesiasticos honores iis, quos vtiliter gesturos esse confidant. Secundum hæc igitur & reliquas administrari apud nos scitote ecclesias, & sacerdotes celeberrimarum ecclesiarum susceptos esse. Vnde Constantinopolitanæ recentis, ut sic loquamur, Ecclesiæ, quam non diu antè, quasi ex ore leonis, hæreticorum blasphemiis per miserationes Dei eripuimus, reverendissimum & Dei amantissimum Nectarium episcopum præposuimus, in generali nostro concilio, & præsente amantissimo Dei Imperatore Theodosio, cum omnium clericorum ac totius civitatis approbatione, Ecclesiæ antiquissimæ

Ecclesiastica munera conferenda à cuiusq; prouinciæ civibus.

Nectarius consentientibus votis clericorum, Imperatoris, plebis vocatus.

mæ & planè apoſtolicæ Antiochiæ in Syria, ubi primùm honorata Chriſtianorum appellatio extitit, canonicè præfecerat conventus provincialium & diœceſeos Orientalis, epiſcopum reverendiſsimum & amantiſsimum Dei Flavianum, aſſentiente tota Eccleſia, & quaſi uno ore celebrante illum, quam creationem habuit ratam & communem Synodi. Matris autem omnium Eccleſiarum Hieroſolymitanæ, reverendiſsimũ & Dei amantiſsimum Cyrillum epiſcopum eſſe vobis ſignificamus, creatum jam olim canonicè à provincialibus, & diverſis in locis multum cum Arrianis conflictatum.

Flauianus epiſcopus Antiochenus.

Cyrillo Hieroſolymitanus.

Conſtantinopolitana alia, contra Arrianos, Eunomianos, & Macedonianos.

Anno. C. 386.

Eodem anno, quo Theodoſius filium Arcadium Auguſtum declarauit in Ianuario, menſibus aliquot pòſt, in Iunio ſcilicet, Synodum aliam convocavit Conſtãtinopoli, conſulatu Merobaudæ ſecundo, & Saturnini: Chriſtiano, ſecundũ Proſperũ, trecenteſsimo octuageſimo ſexto, Theodoſii imperii quinto.

Occaſionem

Occasionem præbebant perturbationes in civitatibus propter Arrianos, qui in nonnullis Civitatibus Ecclesiis exigebantur, excitatæ, quas Paci natus Imperator pati non poterat.

Veniunt igitur ad eam Synodum ab Imperatore accersiti, cujusuis religionis Episcopi. Existimabat enim Imperator, facturum ad concordiam, si coràm inter se de religione & doctrina conferrent episcopi. Quod tum ei consilium sat cessit feliciter. Determinatâ autem die, cujusq; religionis episcopi ad arcem Imperatoris veniũt: Homousianæ scilicet, Nectarius & Agelius: Arrianæ verò, Demophilus: Eunomianæ, ipse Eunomius: Macedonianæ, Eleusius Cyzicenus: ac formulas scriptas singuli exhibent. Accipit Imperator, & implorato prius auxilio divino, ut ad dijudicandam veritatem Spiritu sancto adesset, legit. Perlectis omnibus, Arrianorum, Eunomianorum, & Macedonianorum formulas veritatis separationem constituentes reprehendit, ac dilacerat: solam verò eam, quæ Homousianorum erat,

Diuersarum hæresiũ patroni conueniũt Constãtinopoli.

Imperator Theodosius diuersas fidei formulas diiudicat.

erat, probat & amplectitur. Pudefacti igitur reliquarum religionum antistites, à Subditis etiam suis condemnabantur: Quorum ad Homousianos plurimi transierunt. Perturbati igitur & dolentes discesserunt, ac per literas, qui suæ factionis essent, solati sunt, ne multitudine deficientium ad Homousianos offenderentur: Quia Scriptum esset. Multos vocatos paucos verò electos esse. Socrates lib. 5. cap. 10. Sozomen. lib. 7. cap. 12.

Multi vocati pauci electi ab Arrianis perperam explicati.

Synodus Novatianorum Angari.

Sub eodem Imperatore Novatiani, qui Constantinopoli separatas habebant Ecclesias, Synodum coëgerunt Angari, quod emporium fuit Bithyniæ Helenopoli vicinum, hujusmodi de causa. Post mortem Agelii, qui à temporibus Constantini ad Theodosium usquè per annos quadraginta Novatianorum præfuerat Ecclesiis, Sabatius quidam ex Iudæo Christianus factus

Angarum emporium Bithyniæ.

Sabatius.

factus, presbyter autem à Martiano Agelij successore ordinatus, episcopatus affectione Paschatis festum secundùm Iudæorum observationem celebrandum esse contendebat. Quod deprehendens Martianus, Synodum episcoporum Novatianorum congregat, ad quam Sabatium accersit. Is cùm venisset, a Synodo jubetur offensæ suæ causas exponere. Respondet ille, offensum se esse dissonantiâ festi Paschatis: ideo quod conformiter cum Iudæis, quemadmodum Synodus Pazi constituisset, celebrandum duceret. Suspicata ibi Synodus, Sabatium ejusmodi prætextu episcopatum captare, priusquam ad illud, quod de dissimilitudine celebrationis Paschatis objecerat, responderet, juramento eum obstringit, ne unquam affectare episcopatum velit. Postea canonem de Paschatis festo, quem ἀδιάφορον, hoc est, indifferentem nominant, proferunt: affirmantes, tanti eam dissonantiam non esse momenti, ut ea motus quisquam, propterea ab ecclesia sese separare debeat. Neque eos qui Pazi congregati fuissent, catholico canoni præscribere potuisse. Socr. lib 5. cap. 21.

Sabathius scandalum arripit ex diversa observatione Paschatos.

Canon ἀδιάφορος de observatione Paschatis.

Ceremoniæ & ritus diversi nō sūt sufficiens causa secessionis.

Synodus

Synodus Aquilejensis.

Anno C. 383.

Synodus Constantinopolitana apud Theodoretum lib. 5. cap. 9, in literis suis ad Occidentales episcopos meminit Synodi Aquilejensis: sed de actis ejus nihil adjicit. Extat longa narratio de ea Synodo in libro Conciliorum, quæ indicat, celebratam eam Synodum fuisse sub Imperatoribus Valentiniano, Gratiano & Theodosio, Consulibus Siagrio & Eucherio: quod est anno Christi 383, Theodosii à Gratiano in regnum assumti anno tertio.

Palladius & Secundianus Ariani.

Occasio fuit Arrianismus Palladij & Secundiani: qui ubi seu episcopi seu presbyteri fuerint, non exprimitur. Fuit autem exigua Synodus, triginta duorum tantùm aut paulò plurium episcoporum ex Gallia & Italia, quorum nomina recensentur ante actionem.

Quem numerum, ut exiguum, aspernatus Palladius, cùm ab ijs de dogmate interrogaretur, respondere sæpè noluit: sed ad episcopos Orientales, quos esse suæ partis affirmavit, & Concilium quoddam universale provocavit.

Est autem universæ ejus actionis

Christum appellare verum Deum & Dominum Arriani recusant.

summa, quòd Palladius & Secundianus Arrianismi accusantur: quanquam Arrium se nosse, quis unquam fuerit, inficiantur: & interrogati de Christo, verum eum Deum ac Dominum dicere recusant: verum autem Dei filium, unigenitum, potentiam Dei, &c. dicunt.

Palladius detrectat rotundè respondere.

In Synodum igitur primùm ad disputationem vocatur Palladius, qui Arrium condemnare detrectat, & interrogatus ex Arrij epistola, an, ut Arrius, Christum creaturam, & qui initium habuerit, dicat: aut, ut Christianus, Christum verum Deum ex Deo confiteatur, interdum respondere recusat. Coactus autem respondere, astutè conatur elabi, ne Deum & Dominum Christum dicat. Post longam igitur concertationem, à tota Synodo Palladius communi consensu condemnatur. Incipitur deinde disputatio non dissimilis cum Secundiano

Arrianorum tergiversationes.

quoq; qui & ipse Arrianam impietatem sapiens, Christum Deum verum dicere tergiversatur. De condemnatione ejus

Attalus suæ subscriptionem retractat.

nihil additur: actio enim non videtur esse integra. Obiter & Attalum quendam, qui decretis Synodi Nicenæ olim subscripsit, in medium Synodus accersit,

atq;

atq; utrum se subscripsisse fateatur, interrogat. Sed testimonijs etiam præsentium episcoporum convictus, nihil tamen respondit.

Carthaginensis secunda.

Anno. C. 394.

Autor libri Conciliorum celebratam Synodum Carthagini scribit, circa tempora Syricij Papæ. Inscriptio autem ipsius Synodi sub consulibus Valentiniano, Augusto & Theodosio, quod est anno Christi trecentesimo nonagesimo quarto, juxta Funccium; secundùm Prosperum, trecentesimo octuagesimo quarto: regni verò Theodosii 12. Episcopi ex diversis provincijs interfuisse memorantur. Convenisse autem se, præses ait, propter fidem confirmandam, & ordinem Ecclesiasticum instituendum. De fide statuunt, Trinitatem in unitate, citra differentiam credendam & docendam. De ordine seu disciplina Ecclesiastica canones constituunt duodecim: quorum primus est, Vt episcopi, presbyteri, diaconi, levitæ, & qui Sacramenta administrant, conti-

Continentia ab uxoribus.

continentes sint, adeò ut ab uxoribus etiam propriis abstineant. Septimus: Vt presbyter ab episcopo suo excommunicatus, vel correctus, apud vicinos episcopos conqueratur, ut ab ipsis causa ejus audiatur, ac per eos episcopo suo reconcilietur. Si verò superbiâ inflatus, ab episcopo suo secesserit, & cum alijs rem divinam fecerit, anathema sit, & locum amittat.

Presbyteri causa à vicinis episcopis cognoscenda.

Carthaginensis tertia, ex eodem.

Anno C. 399.

Extat in titulo hujus Synodi, in libro Conciliorum, celebratam scilicet eam esse, quemadmodum primam, circa Syricij tempora. Sed ipsius Synodi inscriptio habet: Cæsario & Attico viris clarissimis Consulibus, calendis Septembris, Carthagine, in secretario Basilicæ, &c. Quorum consulatui Prosper annum nuncupavit trecentesimum nonagesimum nonum.

Præcipui quidam Canones ejus Synodi sic habent:

Sacramentorum consecratio pro defunctis.

6. Ne defunctis aut baptismi aut eucharistiæ Sacramentum consecretur: quia dictum à Domino sit: Accipite, comedite.

7. Vt

7. Vt cum episcopo litigans, eum apud primates provinciæ ejus, in qua est episcopus, accuset: & detur spatium episcopo accusato comparendi, tempus mensis, quo tempore à communione non suspendatur. *Episcopus apud vicinos episcopos accusandus.*

8. Vt presbyteri vel diaconi accusati, præter episcopum proprium, collegas ex vicinia sibi petant, presbyteri quidem sex, diaconi verò tres, qui ipsorum causas examinent. Reliquorum autem clericorum causas, episcopus cujusq; loci solus cognoscat, & finiat.

9. Vt episcopi, presbyteri, diaconi & clerici accusati, ad judicia civilia non appellent, judicibus Ecclesiasticis repudiatis: aut si fecerint, loco suo priventur: ideò quòd & privatorum causas Apostolus ad ecclesiam deferri præcipiat. *Clerici non appellent ad judicia civilia.*

10. Vt, si à quoquam ab alijs judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos majoris autoritatis provocatum fuerit, non obsit prioribus, si sententias diversas protulerint. *Provocatio ad alia judicia prohibita.*

12. Vt vel filij vel filiæ episcoporum, aut quorumlibet clericorum, Ethnicis, hæreticis, & schismaticis matrimonio non jungantur. *Coniugia cum alienis à religione vera vetita.*

20. Ne

20. Ne quis episcopus in alienam sibi plebem, aut diœcesin jus usurpet.

22. Vt sine examine episcoporum, & populi testimonio, clericus nemo ordinetur.

26. Vt primæ sedis episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, sed tantùm primæ sedis Episcopus.

NB. Princeps sacerdotum non vocandus.

29. Vt Sacramentum altaris à jejunis tantùm celebretur, excepto die cœnæ Domini. Quod si preces pomeridiano tempore seu pro defunctis, seu pro episcopis, seu cæteris faciendæ sunt, fiat id absq; missa, si, quorum facere interest, jam pransi sint.

47. Ne quid præter scripturas sacras in Ecclesiis, sub nomine sacrorum librorum, legatur: sequitur postea catalogus librorum Canonicorum.

Carthaginensis alia ex eodem.

Sub ijsdem Consulibus, Attico scilicet

licet & Cæsario, liber Conciliorum aliam annotavit Carthaginensem Synodum, celebratam Idibus Augusti, cui interfuerunt & subscripserunt Aurelius episcopus Carthaginensis, Musonius episcopus primæ sedis provinciæ Byzantinæ, Victorianus Episcopo Massylitanus, Lupianus episcopus Tamugadensis, Ninus episcopus Tubulatensis, Philologus episcopus plebis Adrumentanæ, Ferox episcopus Macrianensis.

Primùm ponitur exemplum epistolæ Aurelij & Musonij præsidentium, de occasione ejus Synodi, hoc modo: Dilectissimis fratribus & episcopis diversarum provinciarum, Numidiæ, Mauritaniæ, utriusque Tripolis & provinciæ proconsularis, Aurelius, Musonius, & cæteri episcopi. Ecclesiasticæ utilitatis causa, dum in Carthaginensi urbe conveniremus in unum, à plerisque suggestum est, ea quæ in Concilio Hipponensi jamdudum maturata sunt, & legitimè ad corrigendam disciplinam salubriter gesta & statuta noscuntur; effrenatâ temeritate quosdam minimè custodire. Ad hujusmodi verò excusandos

excessus;

excessus, illud ab aliquibus prætendi, quòd ea, quæ jam dudum legibus statuta sunt, ignorantes prætermiserint.

Ob quam rem hæc communi Concilio per universam provinciam Byzancenam, in notitiam cunctis deducenda censuimus, ut in his quisquis de cætero temerator extiterit, sciat se status sui operatum fuisse jacturam. Brevem verò statutorũ summã (in qua omnia videtur esse complexa, & quædam diligentiũ custodita) huic epistolæ subdi fecimus, ut compendio quæ decreta sunt recensentes, solicitius observare curemus. Optamus vos fratres in Deo semper benè valere, & nostri memores esse. Et manu senis Muzonii: Optamus vos fratres beatos semper in Deo gaudere, & nostri memores esse.

Sequuntur statuta concilii Hipponensis, confirmata in hoc Carthaginensi Synodo, quorum primum est, forma fidei Nicenæ breviter expositа. Sequentia decreta cum decretis tertii Concilii Carthaginensis conveniunt.

Carthaginensis alia, ex eodem.

Brevissimè

Brevissimè liber Conciliorum meminit alij cujusdam Carthaginensis Synodi, celebratæ Imperatoribus Arcadio tertio & Honorio secundo Consulibus, anno juxta Prosperum trecentesimo nonagesimo sexto. In qua consultatum fuit de mittendis legatis, episcopis, consularibus, ad Concilium Adrumentinum. *Anno C. 396.*

Item Carthaginensis alia, ex eodem.

Sequitur in eodem libro annotatio brevis, de alia Synodo Carthaginensi, frequentata Consulibus Attico & Cæsario, ad quintum Calendas Septembris, hoc titulo. (De concilio Carthaginensi, ubi multa sunt constituta.) Additur allocutio ad episcopos Aurelii episcopi Carthaginensis, quæ tota exponitur à Bonifacio primo. *Carthaginensis Synodus tertia.*

Personæ, quæ interfuerunt, numerantur: Aurelius præses, Victor senex episcopus Pupputanensis, Tutus Magirpensis, Evangelus Absunitanus. *Aurelius præses concilij Carthaginensis.*

Rursus Carthaginensis alia.

Meminit sub ijsdem Consulibus alius item Carthaginensis Synodi, celebratæ ad VI. Calend. Iulij: in qua decretum fuit, ne quis episcoporum navigationē susciplat sine formata primatis.

Recitat & titulos canonum cujusdam concilij Carthaginensis, cujus tempus nullum indicat. Canones isti magna ex parte superioribus respondent.

Synodus quarta Carthaginensis.

Carthaginensis quarta.

Anno C. 401.

Tempus hujus Synodi liber Conciliorum indicat fuisse consulatum quartum Honorii, Augusti & Eutychiani: qui annus est juxta Prosperum, quadringentesimus primus, ultimus scilicet Siricii Papæ. Titulus, episcopos huic Synodo universali interfuisse indicat ducenta quatuordecim. Congregatos autem in Sacrario, ac præsedisse Aurelium. Decreta constituisse propemodum æquantia episcoporum numerum, nempe ducentos quatuor, è quibus sequentia adscribimus.

Ordinationem præcedat examē.

1. Cujusmodi virtutibus præditum oporteat esse eum, qui Episcopus ordinari velit, & quod examen præcedere ordinationem debeat.

2. &

2. & 3. Quibus Ceremoniis ordinandus sit: duobus scilicet episcopis supra caput ipsius adservantibus librum Evangeliorum, episcopo vno benedictionem recitante, & cæteris qui adsunt episcopis ac presbyteris omnibus manus capiti suo imponentibus. *Liber Evangeliorum adservatus super caput ordinati.*

13. Sponsus & sponsa, quum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis vel paranymphis offerantur. Qui, cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis, in Virginitate permaneant. *NB. Sponsus & sponsa sacerdoti ad benedictionem adducuntur.*

14. Vt episcopus non longè ab Ecclesia hospitiolum habeat. *Pastor prope templū.*

15. Vt episcopus vilem supellectilem, & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ authoritatem, Fide & Vitæ meritis quærat. *Pastoris supellex.*

16. Vt episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore. *Libri gentilium & hæreticorū.*

20. Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed vt lectioni, & orationi & verbo prædicationis tantummodò vacet. *Iuxta illud 1. Tim. 3.*

24. Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

Alba sacerdotalis.

41. Vt Diaconus tempore oblationis tantùm, vel lectionis, alba induatur.

43. Christianum catholicum, qui pro Catholica fide & pro Ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni à Sacerdotibus honorandum. Etiam ut per Diaconum ei victus administraretur.

Coma & barba clericorum.

44. Clericus nec comam nutriat, nec barbam.

45. Clericus professionem suam & in habitu, & in incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

51. Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat.

52. Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura, absq; officii sui dũtaxat detrimẽto, præparet.

53. Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola & literas discant.

Convivia hæreticorũ.

70. Clericus hæreticorum aut schismaticorum tam convivia, quàm sodalitates, evitet æqualiter.

71. Quòd hæreticorum cætus non Ecclesia sed conciliabulum sit.

84. Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, sive

sive gentilem, sive hæreticum, sive Iudæum, usque ad missam catechumenorum.

94. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda.

95. Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

104. Sicut bonum est castitatis præmium, ita & majori observantiâ & præceptione custodiendum est, ut si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & maturâ ætate, à viro relictæ, se devoverint Domino, & veste laicali abjecta, sub testimonio episcopi & Ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transierint, secundùm Apostolum damnationem habebunt: Quoniam fidem castitatis, quam Domino voverant, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ conjuges reatu sunt viris suis obnoxiæ: quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutaverunt, crimine adul-

De viduis.

Viduæ quæ se Domino devoverunt licet sint juvenculæ, non audent nubere juxta illud 1. Tim: 5.

terij notabuntur, si devotionem, quam Deo sponte, non coactæ obtulerunt, libidinosâ corruperint voluptate atque ad secundas nuptias transitum fecerint? De talibus ait Apostolus: Quum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Aurelius episcopus Carthaginensis Ecclesiæ subscripsi. Donatianus, Talabricensis primæ sedis subscripsi. Augustinus, Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt.

Synodus Taurinatensis.

Sub Syricio, & tempore Ambrosii, hanc Synodum ad postulationem Sacerdotum provinciarum Galliæ celebratam liber Conciliorum indicat: & interfuisse episcopos Arelatenses & Viennenses.

De Synodo Capuensi.

Meminit brevissimè Synodi cujusdam Capuensis ætate suâ Ambrosius, in qua indicatum sit de Bonoso quodam episcopo: & decretum, ut ejus causæ cogni-

cognitioni accusatoribusq; ejus judices tribuerentur finitimi, maximè verò Macedones, cum episcopo Thessalonicensi, lib. 10. Epistolarum, epist. 79.

CAPVT V.

DE SYNODIS QVINTÆ Centuriæ post Christum natum.

Synodi sub ARCADIO. Anno C. 403.

Synodus Epiphanii in Cypro.

Meminerunt breviter, & obscurè satis, Socrates & Sozomenus, aliquot Synodorum ob damnationem librorum Origenis, paulò post initium imperij Arcadij, anno nimirum sexto aut septimo, Christi verò quadringentesimo tertio, aut quadringentesimo quarto: quarum omnium occasio fuit, Theophili Alexandrini in Dioscorum monachum & Ioannē episcopum Constantinopolitanum odium. Dioscoro enim Theophilus vehementis animi lite succensebat, quod mutuum *Origenis libri aliquot Synodis damnati. Theophili Alex. & Dioscori monachi odium.*

Isidoro, cui propter testimonium contra se latum, infensus erat, adhærebat: Ioanni verò eam ob causam adversabatur, & per omnem deinceps vitam eum exagitabat, quòd Isidorum, qui cum Dioscorianis Constantinopolim venerat, accusandi injustitiæ & insidiarum causa Theophilum apud Imperatorem & Episcopum, amanter accepisset, & à communicatione precum non excluisset. Huic autem odio plausibilem causam prætexebat, quod illos, quibus infensus erat, scripta Origenis nimiū extollere dictitabat, ut perhibet Socrat. lib. 6. cap. 9.

Iohannis Chrysostomi hostes.

Ab Epiphanio autem prius dissentiens, quòd cum Anthropomorphitis sentire eum suspicaretur, cum eo in gratiam subitò redit: eiq; persuadet, ut in Synodo Cypria eandem damnationem divulget. Ephiphanius igitur literis Theophili seductus, Synodum in Cypro non coëgit modò, & libros Origenis damnavit: verùm ad Ioannem etiam Constantinopolitanum, ut idem faceret, ipse scripsit. Socrat. lib. 6. cap. 10. Sozom. lib. 8. cap. 4.

Synodus Alexandrina contra Origenem.

Postea-

Posteaquam eam in Origenis libros fabulam (neq; enim tam Origenis erro-res, qui libris ipsius revera insunt pluri-mi, quàm Iohannem, cujus episcopatum affectabat, persequebatur) Epiphanius, apud omnes, in Theophili gratiam lu-sisset prior, eventum eum cum succes-su sibi gratulatus Theophilus, conventus & ipse frequentes habuit Alexandriæ, in quibus confidenter Origenis libros accusavit, & damnavit, qui ante annos ducentos ferè mortuus fuerat. Socrates: Sozomenus ibidem.

Episcopatus Constantinopolitanus quæsitus sub titulo pietatis atq; autoritatis nomine celebris damnationis libro-rum Origenis. Epiphanius damnat li-bros Origenis.

Constantinopolitana Synodus contra Iohannem.

Hæc omnia, quæ prætextu damnandorum librorum Origenis Theophilus agebat, quemadmodum in eum directa esse scopum, quo causa aliqua depositionis Ioanni intentaretur, facilè illi qui animos à Ioanne jam pridem alienos conceperant (inter quos ex proceribus aulæ, quos liberius Ioannes reprehenderat, fuêre non pauci ex clero item nonnulli, qui disciplinam severioremq; gubernationem Iohannis ægrè, ut fit, ferebant,) intellexerunt: ita & operas suas

Epiphanius à Theophilo redditus infensior Chrysostomo.

ad eam rem, ut insidiæ Ioanni pararentur, studiosè contulerunt, Synodumq; maximam Constantinopolim convocari, cùm literis tùm internuncijs, procurarunt. Vrsit eam occasionem, ut instituto suo valde accommodatam, Theophilus ipse quoq;,& Episcopos Ægyptios continuò adnavigare Constantinopolim, pro authoritate & jure suo iussit. Scripsit & Epiphanio atq; Orientalibus reliquis, ut eòdem se properè reciperent. Ipse verò profectus eò pedes est

Decretum de damnatione librorum Origenis.

In Synodum postquam conventum fuit, Epiphanius in consessu Episcoporum, in quem Ioannes (tametsi honorificè, obviam nimirum misso toto clero, Epiphanium susceperat,) accersitus non fuit, decretum condemnationis librorum Origenis recitavit: atq; alijs quidem ut subscriberent persuasit, alios verò in sententiam suam pertrahere minimè valuit. Socrates lib. 6. cap. 12. & 14. Sozom. lib. 8. cap. 14.

Chalcedonensis seu Constantinopolitana contra eundem.

Huic Synodo occasionem præbuit accusatio

accusatio Eudoxiæ Imperatricis, quasi concione acri & vehementi in sexum muliebrem contumeliam sibi feciſſet. Se enim eâ reprehenſione propriè impetitam ab eo eſſe, tum alij ad eam retulerant, tum ipſa concionis exemplo lecto ſuſpicabatur. Revera autem tum hæc, tum alia, quæ in Iohannem rabiosè egit, ex indignatione illa promanabant, quod templum ingredi à Ioanne Eudoxia prohibita fuerat, quemadmodum Georgius narrat: & quod Iezabelis eam referre perſonam dixerat. Obtinet igitur ab Imperatore (ad cujus infamiam ſuam ſpectare dicebat contumeliam) ut negotium committatur Theophilo, de Synodo convocanda.

Eudoxia Imperatrix Chryſoſtomum accuſat.

Chryſoſtomus Eudoxiam ingreſſu templi prohibuit.

Eudoxia comparatur Ieſabeli & Herodiadi.

Qui operâ ad eam rem uſus Severiani Gabalenſis, Ioanni poſt reconciliationem adhuc infenſi, cum quo & in Ioannis perniciem conjuravit, Synodum convocat Chalcedoni, cogens ad eam perſuaſionibus partim & autoritate propriâ, partim Imperatorijs edictis, plurimarum civitatũ epiſcopos, & præſtantiſsimos quidem ex Ægypto atq; India: confluentibus ad eam interim etiam illis, qui à Ioanne, alij quidẽ ob alias cauſas erant alieni: atq; illis maximè, quos, cum

Chryſoſtomi hoſtes in Synodum conveniunt contra ipſum.

cùm in Asiam Ioannes aliquando, inspectionis Ecclesiarum causa venisset, certas ibi propter culpas deposuerat.

Synodus posteaquam consedit, seu Constantinopoli, in domo quadam Augustorum, Plandiana dicta, ut Socrates: seu ad Quercum, in æde magna apostolica Petri & Pauli, ut Sozomenus narrat, Imperatore præsente, qui in concilium vel nolens pertractus erat, diversæ in Ioannem illico prolatæ ac tractatæ sunt accusationes.

Chrysostomus interim orat, dum hostes ipsius cum Imperatore & Imperatrice in conciliabulo sedent.

Interea verò dum in conciliabulo suo, ex voluntate Eudoxiæ, (à qua omnes illi, qui cum Theophilo erant, promissis amplissimis inescati, & muneribus corrupti erant) de Ioannis abdicatione consilia scelerata conferunt: etiam Ioannes in triclinio domus episcopalis habens secum quadraginta alios episcopos, cum illis ad preces conversus est.

Chrysostomus accersitur in Synodum.

Mox adsunt, qui eum in Synodum accersunt, episcopi, cum Theophili servo, qui ei Synodi renunciationem legit, cujus hæc fuit forma: Sancta Synodus ad Quercum congregata, Ioanni: (episcopi enim nomen studiosè oppresserant.) Iussit, hosce libellos ut exciperemo

adversum

adversum te, innumera mala continentes. Itaq; illis perges obvius, ad objecta responsurus, tecum adducens Serapionem & Tigrim presbyteros, & Paulum lectorem. Eorum enim præsentiâ opus fuerit. Lectis tabellis, qui cum Ioanne erant Episcopi, ei se conciliabulo opponunt: Ioannes autem ipse in hunc modum rescripsit: Ego quidem, an aliquis dicere contra me possit aliquid, hactenus nescio. Quòd si mihi tamen quippiam objiciet, vultisq; , veniam, manifestos inimicos meos, quos mihi negligentia sua fecit infestos, è conventu vestro extrudite. Neq; jam de loco contendam, ubi me sisti conveniat, tametsi id maximè in civitate fieri oportuit. Sunt alioqui quorum detestor judicium ac defugio: Theophilus, quem Alexandriæ in Lycia dixisse certum est, En in comitatum sive aulam Imperatoris pergo, de gradu dejecturus Ioannem. Id autem verum esse, declaravit ejus in urbem adventus. Neq; enim ex eo tum tempore me ullo dignatus est alloquio, nec ulla in re communione nostra uti voluit. Cùm igitur ante nostram audientiam ea gesserit, quæ inimicorum sunt, quid eum facturum sperem latâ semel sententiâ?

Chrysostomus detrectat se improbo concilio committere.

Theophili minæ in Iohannem.

tia? Nec secus coarguo Acacium & eadem in causa perago reum per ea quæ dixit: Ego ei ollam condio. De Severiano autem, & Antiochio, in quos justitia Dei ocyo animadvertet, dicere quid attinet? quorum facinora seculi quoq; theatra canunt. Itaq, si me revera venire vultis, hos quatuor, siquidem judices sunt, è consessu & concilio vestro pellite. Sin ut accusatores ipsi se sistant judicio vestro, agnoscetis ipsi quanta cum constantia aliorum judicium laturus sim. Nec ad vestram solùm dilectionem, sed ad omnem universalem Synodum venire paratus sum. Scitote igitur, quòd si decies millies ad me miseritis, nullum aliud à me responsum reportabitis.

Acacius ollam condit Chrysostomo.

Chrysostomus petit hostes suos è consessu iudicum pelli.

Vocatus deinde secundò per quosdam, qui Ioannis fuerant presbyteri, & ad Theophilum defecerant, Eugenium & Isaacium, cum hac renunciatione: Synodus tibi apertè denunciavit, Transito ad nos, pro te responsurus ad crimina, adversum te nobis tradita: per aliam respondit epistolam, & ad Oecumenicam Synodum provocavit. Tum igitur ut contumax, qui à Synodo sæpius accersitus, venire noluisset, condemnatus

Chrysostomus ut contumax damnatur.

tus ac depositus est, destinata ad Imperatorem cum libellis intentatæ actionis & damnationis hac relatione: Quandoquidem Ioannes criminum quorundam accusatus, quia malè sibi conscius esset, accedere noluit, nec se judicio sistere: leges autem talem gradu deturbant, id quod sustinere cogitur: Iubeat igitur vestra pietas, ipsum vel invitum in exilium protrudi, pænasq; luere pro expurgatione sui & justificatione, quandoquidem inquirere de capitis periculo illicitum est nobis.

Hostes patulant ab Imperatore Chrysostomum in exilium mitti.

Imperator igitur, ut qui fidem faciliùs, quam par erat communicasset obtrectationibus Ioannis adversariorum, (neq; enim dum vel auditu perceperat causas, quarum gratiâ ab eis insimulabatur: neq, ei obtulerat facultatem purgandi se, ac respondendi pro se, ut ea refelleret, & falsi convinceret eos, à quibus judicialis actio intentata ei fuerat) jubet è vestigio propelli Ioannem ab Ecclesia, misso ad id Comite, una cum subsidio militari. Quæ res postquam plebi Constantinopolitanæ innotuit, vehementes peperit tumultus.

Arcadius facile credit accusatoribus Chrysostomi, eumq; in exilium ditum.

Totam

Totam siquidem noctem ducentes insomnem, nequaquam siverunt Ioannem ab Ecclesia abstrahi: Palam exclamantes, oportere judicari ejusmodi causas in Synodo frequentiori.

Amici pro Chrysostomo apud Imperatorem intercedunt.

Theophilus de exauthoratione Ioannis ad Innocentium Romanum episcopum mittit literas, quibus consensum ejus venabatur. Scribunt eodem tempore Ioannis etiam amici, atq; inter eos quadraginta illi episcopi, mutua communione Ioanni acquiescentes.

Innocentius Theophili judicium ut temerarium & insolens improbat, & ad concordiam utramque partem hortatur.

Innocentius pontifex causam Chrysostomi tuetur apud Imperatorē.

Admonitus interea Innocentii literis Imperator Honorius, de injusta Ioannis damnatione, & Theophili gratificantis Eudoxiæ improbitate, per epistolam fratrem Arcadium reprehendit, quòd sanctum virum de gradu suo tam indignè dejici passus fuisset. Consternatus animo Arcadius, tandemq; persentiscens, Ioannem per calumnias fuisse oppressum, rationem secum inire cœpit, quonam modo revocare eum ab exilio posset. Per Brisonem igitur eunuchum Ioannem revocari jussit: qui eum consecutus Parneti, quod emporium est

um est Bithyniæ, contra Nicomediam situm, Constantinopolim reduxit.

Cùm autem reversus Iohannes in suburbio se contineret, iterum indignata multitudo, primoribus maledixit, quasi opera eorum ingressus Ioanni in urbem præcluderetur. Intrare igitur Ioannes coactus est: quem magna cum reverentia plebs in templum deduxit, & in sedem episcopalem collocavit. Socrates libro. 6. cap. 12. 14. 15. & 16. Theodoretus lib. 5. cap. 34. Sozomenus lib. 8. cap. 16. & 17. Georgius Alexandrinus in Chrysostomi vita: & vel ex eo, vel Palladio, Antoninus titulo decimo, cap. 9. paragrapho 3.

Iohannes ab exilio revocatur, & in officiũ reponitur.

Constantinopolitana post Ioannis revocationem.

Posteaquam revocatus ab Imperatore Ioannes fuisset, convenerunt Constantinopoli sexaginta episcopi, qui decreta contra eum ad Quercum abrogant, & episcopatum ei restituunt. Socrates lib. 8. cap. 19.

Synodus de restitutione Iohannis acta.

Constantinopolitana alia contra Ioannem.

Occasionem alteri rursus Synodo Constantinopoli, cùm vix ante menses duos Ioannes revocatus fuisset, præbuit libera reprehensio eorum, qui ad statuam Augustæ, non proximè quidem, sed non ita longè templo, in quo Ioannes docebat, vicinam, ludos publicos & pueriles faciebant.

Imperatrix concionem Chrysostomi interpretatur sui calumniam.

Eam enim reprehensionem, injuriam & contumeliam sui Imperatrix interpretata, Synodum rursus contra eum convocavit: extimulata eo maximè, quòd cùm indignationem ejus Ioannes resciviſſet, homiliam celebrem illam in templo recensuit, cujus principium est: Rursus Herodias insanit, rursus concitat turbas, rursus choreas agit & gesticulatur, rursus caput Ioannis quærit in disco &c.

Eudoxia appellata Herodias.

Exitus hujus conciliabuli fuit, quod Chrysostomus iterum est relegatus. Necessitatis enim quadam causa adactus Imperator, ei significat, ut Ecclesiâ migraret, quia Synodi judicijs condemnatus esset. Cui renunciari jubet Ioannes, sibi nimirum commissam & Ecclesiæ ejus administrationem, & populi salutem à Deo esse, quam temerè de-

re deserere non possit. Si tamen id cogat Imperator, & vi secum agat, seque inde propellat, ut deserti officij atq; ordinis habere possit justam rationem. *Chrysostomus non ad Imperatricis, sed Imperatoris mandatum vult ab Ecclesia cedere.*

Itaque Imperatoris mandato discedere Ioannes ab Ecclesia, & in Episcopali domo se continere jubetur: ubi ad duos menses à munere vacat.

Quam injuriam impatienter populus ferens, templum in quo Ioannes docere consueverat, incendit: ex quo vero incendio conflagratio domus senatoriæ, aliorumq; splendidissimorum ædificiorum nata est. Socrat. lib. 6. cap. 18. Theodoretus lib. 5. cap. 34. Sozom. lib. 8. cap. 19. 20. 21. 22. Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi: Antonius volum. 2. tit. 10. cap. 9. par. 3. & 4. *Chrysostomus ab officio suspensus.* *Incensio templi ob Chrysostomi damnationem.*

Constantinopolitana alia.

Meminit Antonius capite & titulo iisdem, ex Palladio, ut videtur, Synodi cujusdã Constantinopolitanæ, ad quam ob Ecclesiarum negocia convenisse ait Asiæ episcopos: cæterùm actionem nullam explicat, præter illam, quam Eusebius episcopus Valentinopolitanus in-

tendit Antonio episcopo Ephesino, qui & ipse Synodo interfuit.

Ephesina sub Ioanne Constantinopolitano, post Antonij obitum.

Moritur interea Antonius, & Ephesini successorem à Ioanne petunt: qui in Synodum Ephesi congregavit ex Lybia, Asia & Caria, episcopos septuaginta, & Ecclesiæ Ephesiorum alium Episcopum præfecit.

Alexandrina ex Nicephoro.

Narrat Nicephorus, coactam fuisse Synodum, ut ipse vocat, provincialem à Cyrillo Alexandriæ: qui alienus initiò nonnihil à Ioanne Constantinopolitano, postea divinitus admonitus, cùm jam diē suum Ioānes obijsset, inimicitias deposuerit, & in album sacrum Ioannis nomen intulerit. Quod ipsum quidem, in eo, quo Nicephorū, disertum quidem, sed fidei non satis (ut interdum apparet) probatæ scriptorem, habentes loco, relinquimus. Nicephorus lib. 14. cap. 28.

Alexan-

Alexandrina alia, contra Nestorium.

Cùm erroris sui, literis aliquot à Cyrillo Alexandrino Episcopo Nestorius admonitus, non resipuisset, sed Cyrillo per epistolas convicijs simul & blasphemijs plenas respondisset: Cyrillus Synodum provincialem, cum quatuor alijs episcopis vicinis indixit, aliquot capita Nestorij explosit & damnavit, deq; eo judicio ad Cœlestinum Romanum Episcopum scripsit. Misit & ad Nestorium ipsum capita cum anathematismis scripta 12. *Cyrillus Synodum provincialē habet contra Nestorium.*

Synodus Carthaginensis. *Anno C. 420.*

Videtur ex communi consensu episcoporum coijsse circiter annum Domini 420, Synodus Carthaginensis, de qua ad Innocentium Romanum Episcopum Augustinus, qui Synodo ei præfuit, scripsit.

Damnatum in ea Synodo fuit dogma Pelagianorum, vires liberi arbitrij extollentium, & docentium, hominem naturalibus viribus legi Dei satisfacere & gratiam Dei promereri posse: sicut è *Pelagij dogma damnatum.*

paucis de Synodica epistola excerptis patet.

Patres Concilij Carthaginensis, Innocentio pontifici Romano, de actis adversus Pelagium & Cœlestium.

Præfationem ista sequuntur: Id enim agunt isti (Pelagiani) damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, quæ & ipsum nostræ voluntatis arbitrium verè sit liberum, dum à carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis. Quod auxilium fidem impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Isti autem asserunt, sicut à fratribus, qui etiam eorum libros legerunt, cognovimus, in eo Dei gratiam deputandam, quod talem hominis instituit creavitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive natu-

Pelagianorum impiũ dogma.

naturaliter in corde conscriptam, sive in literis datam. Eandem quoq; legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adjutorium hominibus dedit. Et paulò pòst: Persuadere non cessant, ad operandam perficiendamq; justitiam, et Dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptum est: Spiritus adjuvat infirmitatem vestram. Et: Non volentis est, neque currentis, sed miserentis Dei. Et: Quòd unum corpus sumus, singuli autem alter alterius membra, hàbentes dona diversa secundum gratiam quæ data est nobis. Et: Gratiâ Dei sum, id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit. Sed plus omnibus illis laboravi: non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et: Quia non idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei, & non ex nobis. Et innumerabilia, quæ de scripturis omnibus si colligere velimus, tomus non sufficit.

Scripturæ testimonia opposita Pelagianis.

Si ergo Pelagius episcopalibus gestis, quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tuæ venerationi justè visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ tam multos assertores habet, per diversa dispersos, etiam authoritate Apostolicæ sedis anathematizanda est.

Ad eam epistolam ita respondit Innocentius, ut excerpta, quæ subjicimus, testantur.

Innocentius, Aurelio & omnibus sanctis episcopis, vel cæteris qui in Concilio Carthaginensis affuerunt Ecclesiæ, dilectissimis fratribus in Domino salutem. In requirendis de his rebus, quas omni cum solicitudine decet à Sacerdotibus, maximè à vero justoq; & catholico tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla servantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem nō minùs nunc in consulendo, quàm antea cùm pronunciaretis, verâ ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium: scientes quid Apostolicæ sedi debeatur.

Apostolicæ sedis eminentia prædicata ab Innocentio.

Quòd patrum instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda: vel quòd illi non humanâ, sed

sed divinâ decrevêre sententiâ, ut quicquid de disjunctis remotisq; provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam pervenirent, ubi tota hujus authoritate, justa quæ fuerint, pronunciatio firmaretur, indeq; sumerent cæteræ Ecclesiæ, velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, &c. Et post aliqua: Quid enim tam iniquum potest esse, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quàm huic te negare debere quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in providendo præstantior, quàm potest in te esse, qui te ut esses effecit? Et cùm putes debere quòd vivis, quomodo te non putas illi debere, quod quotidianam ejus consequendo gratiam taliter vivis? &c. *Damnatio erroris Pelagiani.*

Nam quamvis redemisset hominem à præteritis ille peccatis, tamẽ sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit, quotidiana præstat ille remedia: quibus nisi freti confisiq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est

etiam, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. &c. Cùm enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possimꝰ ista jactantes? &c.

Liber Conciliorum quintam hanc Carthaginensem videtur appellare Synodum, sed in ea Pelagij dogmatis non meminit.

Canones sancitos ostendit quindecim, è quorum numero sequentes duo sunt.

3. Sacerdotes & Levitæ, ab uxoribus abstineant.

14. Basilicæ quæ sine martyrum reliquiis dedicatæ sunt, evertantur.

Anno C. 420.

Synodus Toletana prima.

Celebrata est Toletana prima Synodꝰ ab episcopis viginti novem, sub Arcadio & Honorio, Stilicone consule, anno Christi (juxta Marianum) quadringentesimo vigesimo: secundùm Casiodorum autem, Prosperum & Haloandrum, anno quadringentesimo secundo. Eam autē diversitatem incertam, ut ferè in omnibus, liber Conciliorum indicat.

Actio

Actio autẽ ipſa Synodi declarat, coactã fuiſſe ob confirmationem decretorũ concilij Niceni, & regulas fidei conſtituendas contra hæreticos, maximè verò Priſcillianiſtas. Præfuit Patronus epiſcopꝰ Toleti, cõſidẽtibꝰ Marcello, Luciano, Aphrodoſio, Iocundo, ac cæteris quibꝰdã.

Conſtituerunt, poſt confirmationem decretorũ Synodi Nicenæ, Canones viginti, quorum præcipuos hic ſubjicimus.

1. Placuit, ut diacones, ſi vel integri, vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiamſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur, ita tamen, ut ſi qui, etiam ante interdictũ, quod per priores ante nos epiſcopos conſtitutum eſt, incontinenter cum uxoribꝰ vixerint, presbyterij honore non cumulentur. Si quis verò ex preſbyteris ante interdictum filios ſuos ſuſceperit, de presbyterio ad epiſcopatum non admittatur.

Clericis permittuntur vxores.

3. Item conſtituit ſancta Synodus, ut lector fidelis, ſi viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil fiat: ſed ſemper lector habeatur, aut fortè ſubdiaconus.

Viduas ducere clericis interdicitur.

18. Si qua vidua epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea convivium ſumat, nunquam communicet,

Viduæ clericorum à ſecundis nuptijs prohibentur.

nicet, morienti tantum ei Sacramentum subveniat.

Filiæ clericorum devotæ prohibentur nubere.

19. Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni: pater verò causas in Concilio noverit se præstiturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo secesserit, & pœnituerit, nullo modo, nisi vitâ deficiens, accipiat communionem.

Chrisma solus episcopus conficit.

20. Quamvis penè ubiq; custodiatur, ut absq, episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provincijs presbyteri dicuntur chrisma conficere: placuit, ex hac die nullum, nisi episcopum, chrisma conficere, & per diœcesin destinare, ita ut de singulis Ecclesiis ad Episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi, qui confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ possint ad tempus deferre. Episcopo sanè, certum est, quod omni tempore licet chrisma conficere. Sine conscientia autem Episcopi nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum verò est, diaconum non

non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo: præsente verò non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam & episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

Synodus Milevitana.

Anno C. 402.

Celebratum est Concilium Milevitanum, Arcadio & Honorio quintò Consulibus, Arcadij imperij anno quinto, Christi quadringentesimo secundo, juxta Marianum: quo tempore episcopatum Romæ gessit Innocentius. Convocata fuit eadem occasione, qua Carthaginensis, ob damnationem nimirum impiorum dogmatum Pelagij & Cælestij, & constitutionem quorundam ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentium, si vera est indicatio in volumine magno conciliorum: nam literæ Synodales ad Innocentium ejus rei non meminerunt.

Pelagij & Cælestij dogmata damnata.

Præfuit Augustinus, considentibus secum episcopis, quorum Catalogum ostendit epistola concilij Milevitani ad Innocentium, quæ & epistolis Augustini inserta

Augustinus Synodi præses.

inserta est numero 92. Damnat autem ea epistola errores Pelagij & Cælestij, quorum primus est: Potest homo in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiæ, sine adjutorio gratiæ Salvatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non sit necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra: cùm id tamen omnes suos Christus jusserit.

Errores Pelagianorum.

Blasphema prædicatio liberij arbitrij.

2. Illud, Ne nos inducas in tentationem, non ita intelligendum esse, tanquam divinum adjutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: quoniam hoc in nostra positum sit potestate, atq; ad implendum illud sola sufficiat hominis voluntas. Quasi verò fruſtrà dixerit Paulus: Non est volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei, Et: Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari supra id quod potestis.

3. Non esse orandum Deum, ut contra peccati malum, & ad operandam justitiam, sit noster adjutor.

4. Non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ Sacramentum, ideò quòd totum illud

illud sit potestatis humanæ, contra Pauli dictum: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

Adversus eos errores, constituit Synodus Canones, è quorum numero sequentes hoc loco solummodò recensendos duximus.

1. Placuit ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta Synodo, constituere hæc, quæ in præsenti Concilio definita sunt: ut quicunq; dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

Pelagiani docuerunt Adamum morituram fuisse licet non peccaret.

2. Item placuit, ut quicunq; parvulos recentes ab uteris matrum baptisandos negat: aut dicit, in remissione quidem peccatorum eos baptisari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur: unde sit consequens, ut in eis forma baptismatis, *nis.* in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: Per unum hominem

Parvulos carere peccato originali.

peccatum

peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum ecclesia catholica ubiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptisantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod de generatione traxerunt.

Iudicibus adjungendi scholastici periti causarum Ecclesiasticarum.

16. Placuit etiam, ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus, ut jubeāt judicibus, dare peritos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum, more Sacerdotum provinciæ: ut ijdem ipsi qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem, pro negocijs Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum callidè decipientibus, & obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi judicum secretaria.

Vicin. episcopi judicent de episcopis.

22. Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in causis, quas habuerint, si de judicijs episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quicquid est,

est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum.

Quod si ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur. &c. *Appellationes extra provinciam prohibitæ.*

Porrò quia Pelagius diu Romæ vixerat, & multos ibi tum suæ opinionis assecias, tum ejus defensores & patronos, quòd non sic sentiret, habebat: ideò ut Carthaginensis, ita & Milevitana Synodus ad Innocentium scripsit, eumq; hortata est, ut pro Ecclesia vigilaret, ut patet ex epistola Augustini 92.

Quo pacto autem Innocentius damnationi Pelagij & Cælestij consenserit, & quàm piâ severitate Imperatores, Honorius & Theodosius, nec non Palladius præfectus prætorij sententiam Synodi executi sint, damnatosq; Pelagium & Cœlestium Româ expulerint, ex epistolis eorum apparet.

Synodus in Oriente seu Palæstina.

Circa id tempus, aut non multò pòst, quò Carthaginensis & Milevitana Synodus hæresin Pelagij & Cœlestij examinavit & damnavit, in Oriente, fortè in Palæstina (nam Hierosolymis Pelagium suos errores spargere, epistola Concilij Milevitani ad Innocentium indicat) Synodus celebrata est, in qua præsto fuit Pelagius, qui cùm ad objecta a Synodo ita respondisset, ut ab errore suo recessisse & ad orthodoxam sententiam redijsse videretur, catholicus sive rectè sentiens pronunciatus est. Ac sunt ea ecclesiastica gesta, ut Augustinus appellat epistolâ nonagesimâ quintâ, sparsa, verùm sine literis & testimonio eorum, qui interfuerunt Synodo. Quare Augustinus & alij rem suspectam habuerunt, ac existimârunt, Pelagium ambiguitate vocabuli Gratiæ Synodum delusisse. Desiderarunt etiam hoc, quòd Pelagius non aliquo scripto suos libros, quibus alij essent infecti, coactus esset damnare, adabolendum scandalum, & recuperandos in errorem inductos. Item quòd Romanus episcopus, cùm Romæ diu vixisset Pelagius, rem tantam videatur negligere. Literas ergo Aurelius, Alypius

Pelagius simulat se ab errore recessisse.

Pelagius imponit Synodo vocabuli Gratiæ ambiguitate.

pius, Augustinus, Evodius & Possidius ad Innocentium Papam scribunt, ut quoniam videatur Pelagius Episcopis imposuisse, ipse eum Romam accersat, & diligenter examinet, quam dicat gratiam, qua fateatur ad non peccandum justeque vivendum homines adjuvari: aut cum eo per literas id agat, ac si inveniat eum recte sentire, & non ludere ambiguitate, qua solebat gratiam dicere liberum arbitrium, aut remissionem peccatorum, aut præceptum legis esse, & non spiritum sanctum, absolvat eum: ac simul ei injungat, ut anathematizet librum, in quo disputarit de possibilitate naturæ ad vincenda peccata, & implenda mandata, sive suis, sive alterius, cùm suo nomine circumferantur, & alijs noceant. Ad hoc respondet Innocentius, gesta quidem esse à laicis perlata, in quibus dicatur, Pelagium esse purgatum: verùm sibi id non persuaderi posse, cùm nihil ab illis, qui id fecissent, scribatur. Deinde si verè egisset pœnitentiam, dudum venisset, & petijsset à se absolutionem. Quod si esset accersendus, id melius ab illis fieri, qui essent ei propinquiores: ve-

Pelagius liberum arbitrium approbavit gratiam.

runtamen se visurum, ne ei desit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Librum Pelagij transmissum planè esse blasphemum, ac damnari oportere. Patent hæc ex epistolis Augustini, 95. & 96.

Anno C. 419.

Synodus Telensis.

Telensis Synodus, contra Iovianum & Socios ejus (si recta est libri Conciliorum indicatio) celebrata est. Honorio undecimò & Constantino secundò Coss. anno salutis juxta Prosperum, 419: secundùm alios, quingentesimo primo: Episcopatum Romæ administrante Zozymo. Præfuit in ea Donatianus episcopus Telensis, considentibus secum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, & cæteris episcopis, quorum catalogum volumen conciliorum continet. Lecta in ea fuit Synodo epistola Syricij ad episcopos per Africam, in qua proponuntur constitutiones ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes novem. 1. Vt extra conscientiam sedis apostolicæ nemo audeat ordinare. 2. Vt nec unus episcopus ordinare episcopum

Zozymus Papa Rom.

pum præsumat, quod in Synodo Nicena constat esse definitum. 3. Vt si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum non admittatur. 4. Vt viduam clericus non ducat uxorem. 5. Vt qui laicus viduam duxerit, ad clerum non admittatur. 6. Vt de aliena Ecclesia ordinare clericum nullus usurpet. 7. Vt abjectum clericum alia Ecclesia non admittat. 8. Vt venientes à Novatianis, vel à Montensibus, per manus impositionem suscipiantur, præter eos, quos rebaptizant. 9. Præterea, quod dignum & pudicum & honestum est, suademus, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non cœnent, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios sic namque Paulus scribit, dicens: Abstinete vos, ut vacetis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri: quanto magis Sacerdos utique omni momento paratus esse debet, mundiciæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentiâ, quid faciet? Excusabit? Quo pudore, qua mente usurpabit?

Militia Christianis prohibita iuxta illud Luc. 3.

Clerici cum uxoribus nō cœnent.

Quâ conſcientiâ, quo merito hic exâgdiri ſe credit, cùm dictum ſit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt jure etiam gentilitas accuſare. Fortè creditur, quia ſcriptum eſt, Vnius uxoris virum: non permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admiſit, qui ait: Vellem autem omnes homines ſic eſſe, ſicuti & ego. Et apertius declarat dicens: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem jam non eſtis in carne.

Sub HONORIO & THEODOSIO.

Anno C. 419.

Carthaginenſis ſexta, ſeu Concilium Africanum.

Sexta Carthaginenſis Synodus celebrari cœpit Honorio duodecimò & Theo-

Theodosio octavò Consulibus, anno Domini (secundùm Martianum Scotum) 419. aut 420, juxta Prosperum: anno Imperij Honorij decimo, & duravit ultra sexennium. Congregati autem fuerunt in ea episcopi numero ducenti & septendecim, inter quos fuerunt Augustinus, Prosper, Orosius & multi alij præstantes & celebres viri. Præsedit autem Aurelius Carthaginensis episcopus, præcipuus totius Africæ metrapolitanus. In eo tres episcopi Romani, nimirum Zozymus, Bonifacius primus, & Celestinus, ordine sibi succedentes, summa contentione conati sunt sanctis illis patribus persuadere, sibi jurisdictionem in Africanas & exteras Ecclesias jure deberi: quæ res hac occasione cæpta est.

Apiarius presbyter nequissimus à Zozymo Papa innocens propter causa in cognita.

Apiarius presbyter ecclesiæ Siccinsis, homo multis sceleribus insignis, non modò à suo episcopo, sed etiam à frequenti vicinorum episcoporũ Synodo excommunicatus, ad Zozymum papam Romanum, omnium facinorosorũ perpetuum asylum confugerat. Ac cùm de injuria sibi facta ab episcopis prolixè esset questus, Zozymus oblitus illius

celeberrimi dicti, Audi & alteram partem: sine vera causæ cognitione eum innocentem pronunciavit, & ad communionem admisit. Cum autem intelligeret, Africanos in Synodum coire, ablegat eò Faustinum episcopum Potentinum, & duos Romanæ Ecclesiæ presbyteros Philippum & Asellum, eisq; in mandatis dat, ut Apiarij causam agant, eumq; à Synodo Africana in communionem recipi, & Vrbanum episcopum Sicinensem excommunicari curent, aut Romam evocari, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret: ac simul extorqueant, ut liceat episcopis & sacerdotibus à sententia suorum metropolitanorum, aut etiam Synodi, ad sedem Apostolicam Romanam appellare: sibiq; etiam legatos à latere in Africam mittere, qui causas appellantium ibi cognoscant. Id autem ut facilius efficerent, inter alia argumenta, quæ eis instillavit, hoc præcipuè eos urgere jussit, quòd scilicet Nicena Synodus hoc privilegium Romano pontifici concessisset. Id ut probarent, suppositicium canonem Niceni Concilij eis in scripto tradidit, sicut Faustinus episcopus plebis Potenti-

Zozymus Papa quærit principatum in ecclesias Africanas.

Potentinæ, provinciæ Italiæ, Piceni, legatus Romanæ Ecclesiæ suppositititium & adulterinum illum canonem de suo commonitorio protulit, quem subijcimus.

Canon suppositus à Papis, qui tamen ne hodie quidem vel in Latinis vel in Græcis Nicenæ Synodi Canonibus habetur: imò planè contrarium habetur.

Ita enim dixerunt dilectissimi fratres in concilio Niceno, cùm de episcoporum appellatione decernerent: Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo ejecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit ut renovetur

Papa supposititio & ficto Canone suum primatum vult stabilire.

novetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quòd si quis rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani, quid velit, & quid existimet: & si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum episcopos judicent, habentes authoritatem ejus, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit sufficere episcopos, ut negocio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

Nuncius Papæ à latere.

Quatuor iniquissima postulata Romani Præsulis ad primatum suum stabiliendum.

Intelligunt patres quatuor à legatione nomine episcopi Romani postulari. Primùm, de appellatione episcoporum ad Romanæ ecclesiæ Sacerdotem: secundùm, ne ad comitatum (id est, aulam Imperatoriam) episcopi importunè navigent: tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint: quartum, de Vrbano Episcopo excommunicando, vel

vel etiam Romam evocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret: ut patet ex epistola Synodi ad Bonifacium.

Præcipuè autem eos, id quod primo loco postulabant de appellationibus, & quidem eo nomine, quòd id privilegium in Nicena Synodo eis concessum esset, turbabat tum novitate, tum absurditate. Tale enim decretum in ea Synodo factum esse neq; antea audierant, neque in canonum codice annotatum reperiebant.

Appellatio ad Romanã sedem.

Observent autem (ut hoc obiter moneamus) pij lectores, hunc papam non prætexuisse jus divinum, scripturam, aut Christi ordinationem, qui sedem Romanam omnibus ecclesiis imperare voluerit: neque citasse consuetudinem, quod jam ultra trecentos annos ea ecclesia alijs omnibus per orbem terrarum Christianis Ecclesis imperasset: quod sanè non neglexisset, si ea pro se argumenta quidquam facere intellexisset, ac probare se posse putasset: sed tantum jus humanum, id est, decreta Nicena, eaq; ipsa per scelus ac impietatem falsata.

Papa suum Principatũ non scripturæ, sed fabulosi decreti Nicenæ autoritate stabilire nititur.

Testatus

Testatur Synodus in epistola ad Bonifacium, longis voluminibus comprehensas esse illas altercationes seu disputationes, quæ utinam extarent: plurima haud dubiè ad lucem veritatis utilissima ibi invenirentur. Nam procul dubio multa utrinq, dicta & allegata sunt, multa etiam constantissimè, contra Paparum furiosam ambitionem, ab illis sanctis patribus longo illo certamine declamata.

Fragmentum quoddam extat in tomis Conciliorum, quod adscribimus. Cùm legatus ille à latere recitaret canonem suppositium, Alypius episcopus Tagastensis, legatus provinciæ Numidiæ dixit: De hoc jam superioribus etiam literis concilij nostri rescripsimus, & id nos servaturos profitemur, quod in Niceno concilio constitutum est. Adhuc tamen me movet, quoniam cùm inspiceremus Græca exemplaria hujus Synodi Nicenæ, ista ibi, nescio qua ratione, minimè invenimus. Vnde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilium Nicenum in urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis

Africani episcopi postulant authenticum exemplar concilij Nicæni inspici.

ptis tuæ dignitatis mittere digneris, & non solùm ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis Concilium sub stipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur: quiæ nos ita, ut frater Faustinus attulit, minimè invenimus. Ista nos tamen tantisper servaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris & venerabilis Ecclesiæ Romanæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoq; dignetur ad memoratas Ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria præscripta proferant. Nunc autem, memorati concilij Niceni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

Perspicuitatis causa utile est, unam atq; alteram periodum è Synodica ad Bonifacium epistola adjicere, hæc eadem de re loquentem.

Epistola

Epistola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium urbis Romæ episcopum per Faustinum Episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, legatos Ecclesiæ Romanæ, directa.

Domino beatissimo, & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, & cæteri, qui præsentes adfuimus, numero ducenti & septuaginta, ex omni Concilio Africæ. &c. In eis quatuor quidem nobiscum agenda, mandata sunt. Vnum, de appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem. Alterum, ne ad comitatum episcopi importune navigent. Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint. Quartum, de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romam evocando, nisi

nisi ea, quæ videbantur corrigenda corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis provocare, & ut clericorum causæ apud suarum provinciarum epi cop os finiantur, jam priore anno, etiam literis nostris ad eundem venerabilis memoriæ Zósimum episcopum datis, insinuari curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sineremus, usque ad inquisitionem statutorũ concilij Nicæni. Et nunc de tuâ poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Niceam à patribus acta vel constituta sunt, sic ea à nobis facias custodiri: & ibi apud vos, ista quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est, si Episcopus accusatus fuerit, & judicarint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione suâ moverit episcopum

Africani appellationes ad Romanum præsulem tam diu ferunt,

usque dum authenticum exemplar Niceni Concilij adferatur.

pum Romanum, ut è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate epiſcopi quid velit & quid æſtimet. &c. Hæc utique uſque ad adventum veriſsimorum exemplariorum Niceni concilij inſerta geſtis ſunt, quæ ſi ibi (quemadmodum ipſe, quod apud nos fratres ex apoſtolica ſede directi, commonitorio allegaverunt) continerentur, eoq; ordine vel apud vos in Italia cuſtodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare jam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur.

Typhus, id eſt, inflata ſuperbia Rom. præſulis carpitur ab Africanis.

Sed credimus, adjuvante miſericordia Domini Dei noſtri, quod tua ſanctitate Romanæ eccleſiæ præſidente, non ſumus jam iſtum typhum paſſuri: & ſervabuntur erga nos ea, quæ nobis etiam non diſſerentibus cuſtodiri debeant, cum fraterna charitate, quæ ſecundum ſapientiam atque juſtitiam quam tibi donavit altiſsimus, etiam ipſe proſpicis eſſe ſervanda, ſi fortè aliter ſe habent canones concilij Niceni. Quamvis enim plurimos codices legeremus, ſed nunquam in Niceno concilio in Latinis Codicibus legimus, quemadmodum in ſupra dicto commonitorio inde directa ſunt: tamen quia hîc in nullo codice

dice Græco ea potuimus invenire, ex Orientalibus Ecclesiis, ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri, &c. Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio suprà dicto nobis allegata sunt, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ Sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum provinciarum episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur: & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam, in Dei voluntate confidimus, &c.

Scribunt etiam ad Cyrillum Alexandrinum, & Atticum Constantinopolitanum, & petunt sibi authentica exemplaria canonum Nicenorum communicari: quod illi haud gravatim faciunt, ut patet ex epistolis eorum ad Synodum, quas subjicimus.

Rescripta ad Concilium Aphricanorum Cyrilli Alexandr. episcopi, ubi & authentica Concilij Niceni, translata de Græco, per Innocentium presbyterum transmisit. Quæ, & etiam alia epistolæ, tum eodem concilio Niceno, per memoratum presbyterũ Innocentium & Marcellum subdiaconum ecclesiæ Carthaginen. S. Bonifac. episc. Ecclesiæ Rom. sub die 6. Cal. Decemb. sunt directa.

Dominis honorabilibus, sanctis fratribus episcopis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi, in Carthaginensi Synodo congregatæ, Cyrillus, salutans in Deo charitatem vestram. Scripta venerationis vestræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitia per filium vestrum Innocentium presbyterũ suscepi: quibus à nobis speratis, ut de scrinio nostræ Ecclesiæ verissima exemplaria, ex authentica Synodo apud Niceam civitatem metropolim Bithyniæ, à sanctis patribus constituta atq; formata, sub nostræ fidei professione, vestræ dilectioni porrigamus. Vnde, Domini venerabiles fratres, salute præeunte, necesse habui, per harum latorem filium nostrum Innocentiũ presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica Synodo, in Nicea Bithyniæ habita, vestræ charitati dirigere, quæ & in Ecclesiastica historia requirentes invenietis. De Pascha verò, ut scripsistis nunciamus vobis, decimo septimo Calendas Martias nos futura Indictione celebrare. Et alia manu: Deus & Dominus noster sanctam vestram congregationem custodiat, quod optamus, charissimi fratres.

illus
tit au-
nticum
mptar
cilij Ni-
i.

Epistola

Epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad eosdem.

Dominis sanctis, meritò beatissimis fratribus episcopis, Aurelio, Valentino, & cæteris charissimis, in Synodò apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus. Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum, scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione susceptı, Domino gratias agens, quòd merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sanè, ut verissimos canones, apud Niceam civitatem, metropolim Bithyniæ, à patribus constitutos, sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem vel statuta à patribus firmata, suis fratribus deneget? Qua de re, per eundem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicea civitate à patribus, canones in integro (ut jussistis) direxi: petens, ut pro me plurimùm vestra sancta congregatio orare jubeat. Et alia manu: Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

Atticus episcopus Constantinopolit mittit exemplar cretorum Nicen

Dum hæc geruntur, exemplar canonum Nicenorum per Trilonem & Thearistum Constantinopolitanum è Græco latinè redditum, Synodo Carthaginensi missum, in tomis Conciliorum annotatur, è quo sequentes huc adscribimus.

Episcopi debent à vicinis episcopis ordinari.

4. Episcopum oportet maximè quidem ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in unum convenientes, consentientibus & his qui absentes sunt episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum, quæ fiunt, danda est unicuiq; à suæ provinciæ metrapolitano.

Canon de excommunicatis.

5. De eis, qui excommunicantur, sive de clero sint, sive de laico agmine, ab episcopis, per singulas provincias obtineat sententia juxta canones, eos qui ab alijs abjiciuntur, ab alijs non recipiendos: Requiratur autem ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis per singulas pro-

vin-

vincias bis in anno concilia fieri, omnibus simul episcopis in unum congregatis, ut tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifestè offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur: quamdiu aut in commune, aut episcopo placeat, humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante quadrageſimam paschæ, ut omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo; secundum autem, circa tempus autumni.

6. Antiqui Canones obtineant, qui apud Ægyptum sunt & Lybiam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat solicitudinem, quia & *urbis Romæ similis mos est.* Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris provinciis, privilegia propria reserventur metropolitanis Ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quòd si quis præter consilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc Concilium magnum definivit, non debere esse episcopum. Si verò communi omnium decreto, ratiocinabili secundùm canonem Ecclesiasticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias con-

Diæceſes episcoporum Alexandrini, Antiocheni, Romani distinctæ.

tradixerint, obtineat sententia plurimorum.

7. Hierosolymitani consuetudo antiqua servetur, ut Æliæ episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, salvâ tamen metropolitani dignitate ejusdem provinciæ. &c.

Hos cùm Synodus accepisset, & videret cum suis exemplaribus congruere, nec inter eos esse canonem à Papa transmissum, agnovit fraudem, & decrevit canones veros esse observandos, & non illum suppositium. Et hoc decretum unà cum authenticis exemplaribus canonum, Bonifacio Romam misit, ut apparet, ex epistola ad Celestinum.

cana
us de-
ndit
n in
o cri-
alsi.

Romanus ille Malefacius, cùm triennium & menses octo sedisset, ad patres suos abijt. Et fuit hic quasi secundus actus hujus Synodi.

Bonifacio succedit Cælestinus. Is etiam in majorum suorum ambitiosa affectatione primatus, & nefaria decretorum Nicenorum adulteratione, pertinaciter perseverat, licèt Africanum Concilium veriora exemplaria Nicenorum canonum Constantinopoli & Alexandria accepisse, ac sceleratam fraudem

acius
linus
t.

dem falsatorum canonum detectam esse probè sciret.

Tandem singulari Dei beneficio, improbus ille Apiarius diffidens, se per legatos Papæ communionem Africanis ecclesiis extorquere posse, & conscius sibi, respondere ad objecta crimina non posse, procidens in genua, objecta flagitia confitetur, supplexque veniam à Synodo petit. Et sancta Synodus decernit, ne cuiquam vel Sacerdoti vel episcopo ex Africa, aut alijs provincijs metropolitanos habentibus, ad Papam appellare liceat: sed sit prima cognitio causarum Ecclesiasticarum penes episcopos & metropolitanum, secunda penes provinciale concilium, ultima penes universale. Item, ne ullum jus deinceps Romano Papæ super Africanas ecclesias concedatur.

Appellati ad Papa prohibit. Concilio Africano

Videtur etiam illud decretum suprà in tertia Carthaginensi factum, in hac repetitum, quod extat distinctione nonagesima nona: Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum vel summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi: Sed tantùm primæ sedis episcopus. Vniversalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur.

Primæ sedis episcopus non debet appelari Princ Sacerdo

Lubet autem id, quod caput est istius concilij, ipsorum Africanorum verbis ex epistola, quam Celestino scripserunt, adjungere.

Epistola Concilii Aphricani ad Papam Celestinum, urbis Romæ episcopum.

Domino dilectissimo & honorabili fratri Celestino Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Servus DEI, Terentius, Fortunatus, Martinus, Ianuarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & cæteri, qui in universali Aphricano Concilio Carthaginis affuimus. Et post narrationem de Apiario: Nullâ patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicena sive inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos, suis metrapolitanis apertissimè commiserunt. Prudentissimè enim, justissimeque providerunt, quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam sancti Spiritus defuturam, qua æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter

Controversiæ in suis provincijs, ubi sunt ortæ, finiantur.

denter videatur, & constantissimè teneatur: maximè quia unicuiq; concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ provinciæ, vel etiam universale provocare. Nisi fortè quisquam est, qui credat, unicuilibet posse Deum nostrum examini inspirare justitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinũ judicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis alijs intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui tantùm à tuæ sanctitatis latere mittantur, nullâ invenimus patrum Synodo constitutum. Quia illud quod pridem per eundem coëpiscopum nostrum Faustinum, tanquam ex parte Niceni Concilij, exinde transmissistis: in conciliis veterioribus, quæ accipiuntur Nicenâ, à sancto Cyrillo coëpiscopo nostro Alexandrinæ Ecclesiæ, & à venerabili Atticc Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ

Insolentia Romani Papæ gravissime perstringitur.

Bonifacio episcopo prædecessori vestro, à nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros quibusq; potentibus nolite mittere: nolite concedere, ne fumosum typhum seculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto jam pro suis nefandis nequitijs de Christi Ecclesia dolendo Apiario) securi sumus, quòd eum (probitate ac moderatione tuæ sanctitatis salvâ) fraterna charitas ulterius in Africa minimè sustinere patiatur. Et alia manu: Dominus noster sanctitatem vestram ævo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

Fumosus typhus seculi in ecclesiam non introducendus.

Synodi sub HONORIO & THEODOSIO.

Synodus Carthaginensis.

Meminit aliquot Synodorum Augustinus, quarum occasiones fuerunt schismata

smata inter Catholicos & Donatistas. Sed actiones earum integras non explicat, interdum etiam duos vel plures Synodos miscet. De Carthaginensi in libris contra Cresconium Grammaticum, & contra epistolam Parmeniani frequenter loquitur, in qua factionis Donati episcopi quadraginta tres Primianum damnarunt Carthaginensem episcopum. Actiones breviter indicat lib. 4. contra Cresconium cap. 6. & 7.

Concilia contra Donatistas congregata.

Synodus Cebarsussensis.

A centum & pluribus episcopis Donatistis, damnatum esse plenè Primianum, atq; in ejus locum constitutum Maximianum: idem refert lib. 3. contra Cresconium, cap. 13. & 40.

Synodus Bagajensis.

Consulatu Arcadij tertio, & Honorij tertio rectius, ut videtur, secundo) sub annum Christi quadringentesimum, Synodum Donatiani congregarunt episcoporum trecentorum decem, in oppido Bagajensi: in qua damnarunt Maximianum Bagajensem episcopum orthodoxum, qui

Donatistæ damnant orthodoxum episcopum.

qui se à Donatistarum factione separaverat, ab eorumq; societate ad se multos pertraxerat, cum duodecim alijs ab ipso ordinatis. Augustinus libro tertio contra Cresconium, capite 19. & 56.

Synodus Certhensis.

Certensem Synodum etiam Numidiæ Concilium videtur appellare Augustinus, in argumento libri contra Donatistas post collationem. Fuerunt in ea Sylvanus senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximus, Optatus, Augustinus, Donatus & cæteri episcopi. Scripserunt ij ad Donatistas, adhortantes eos, ut veritati acquiescerent. Habetur ante eum librum contra Donatistas post collationem.

Hipponensis Synodus.

Colloquium Augustini cum Arrianorum episcopo.

Synodi speciem habere videtur etiam disputatio seu colloquium Augustini cum Maximino Arrianorum episcopo, quod Hippone habuerunt, præsentibus pluribus tum clericis tum laicis. Disputationem eam verò continuant tres libri Augustini contra Maximinum, ad quos

quos lectorem remittimus, ne nimis prolixa fiat narratio.

Collatio inter Catholicos & Donatistas Carthagini.

Collationis seu disputationis Catholicorum cum Donatistis summam, explicat Augustinus in Breviculo, ut ipse vocat, collationum. Fuit collatio de maximis rebus per triduum integrum. Meminit ejus Augustinus expositione brevi actionum libri primi, post collationem contra Donatistas, cap. 25.

Ephesina prior.

Anno C. 432.

Congregata est authoritate atq; edicto Imperatoris Theodosii, Synodus prior Basso & Antiocho Consulibus, anno nimirum Christi, quadringentesimo trigesimo secundo, juxta Marianum: juxta Prosperum vero, quadringentesimo trigesimo quarto, Imperij Theodosii anno 8: ab orbe condito (sicut altius Nicephorus supputat lib. 14. capite 34.) anno quater millesimo nongentesimo decimo quinto, ad quam ducentis plures convenere episcopi.

Liberatus Archidiaconus Carthaginensis,

Augustinus vocatur ad Synodum Ephesinam.

nensis, Breviarij sui cap. 5, inquit, etiam Augustinum per literas ab Imperatore fuisse accersitum, sed morte præventum.

Nestorij hæresis est causa Synodi Ephesinæ.

Causa ejus coactionis hæresis fuit Nestorij, Nam juxta Photini & Samosateni deliria visi sunt quidam divinitatem Christo detrahere, ut nonnulli quidem putarunt: sed quorum opinionem Socrates, Nestorij sententiam propius contemplatus, rectè reprehendit lib. 7. cap. 32: Nestorium enim perhibet, nec vel Photini vel Samosateni secutum errorem, Christum nudum dixisse hominem: sed solam Deiparæ vocem aversatum fuisse, atq; ita communicationem idiomatum negasse, qua sublata personalem duarum in Christo naturarum vnionem tolli necesse sit. Imitatus autem est Nestorius hac in vesania Anastasium presbyterum suum, erroris istius primum autorem.

Error Nestorij verè descriptus.

Synodo igitur Ephesi indicta, venit eò post expletam Paschæ festivitatem Nestorius insolens & turbulentus, & episcopos multos congregatos reperit. Cyrillus Alexandrinus circa Pentecosten adest, post eam verò Iuvenalis episcopus

scopus Hierosolymorum, Ioannes Antiochenus tardissimè venit, longissimo scilicet, quod inter Ephesum & Antiochiam intercedit, itinere impeditus. Prius igitur quàm is adest, Cyrillus perturbandi Nestorij causa velitari quasi in eum, actionumq; tacere præludia incipit, die post terminum Synodi constitutum 15: cùm divinitatem quidem Christi Synodo seriò astruenti, Nestorius confidenter respondet, se eum qui bimestris aut trimestris factus sit, Deum nequaquam nominaturum: eoq; mundum se esse à sanguine eorum, nec posthac venturum.

Iohannes Antiochenus tardius venit ad Synodum.

Bimestrem & trimestrem Deum aversatur Nestorius.

Hæc posteaquam respondit, cùm episcopis suas partes sectantibus conspirasset: atq; ita in duas partes Synodi facta separatio est. Cyrillus cum suis, in Synodum Nestorium accersit: sed qui, quòd rem omnem in Ioannis Antiochen adventum reijceret, venire recusat. Synodus Cyrilli excutit aliquoties Nestorij homilias, in quibus quæstionem de Maria θεοτόκῳ moverat, & manifestas in filium Dei blasphemias evomuerat. Legit etiam literas Cyrilli & Cælestini episcopi Romani, cujus in Synodo locum Cyrillus

obtine-

obtinebat, ad Nestorium, Nestoriique ipsius ad Cyrillum.

Profert postremò in medium ea, quæ blasphemè contra Christum Ephesi Nestorius dixerat, & confirmat multorum eximiorum patrum gravissimis sententijs illa, quæ de fide recta dicuntur: & Nestorium deponit tandem hac formula, quam Evagrius recitat: *Quoniam venerandissimus Nestorius neq; vocationi nostræ obedire voluit, neq; sanctissimos, atq; religiosissimos episcopos à nobis missos suscepit, necessariò ad id progressi sumus, ut quæ impiè sunt ab illo præsumta, rejiceremus. Et quoniam illum cùm ex lectis epistolis & libris ejus, tùm ex verbis, quæ recens in hac ipsa metropoli loquutus est, impiè sentientem & prædicantem deprehendimus, necessitate tam canonum quàm epistolæ sanctissimi Patris & comministri nostri Celestini Romanæ Ecclesiæ episcopi coacti, frequenter illachrymantes, ad duram hanc sententiam proferendam processimus. Dominus itaque noster Jesus Christus blasphemijs ab illo affectus, per hanc præsentem Synodum, Nestorium hunc ab episcopali dignitate, universoq; sacerdotij collegio alienum esse decrevit.*

Cyrillus deponit Nestorium.

Extat in volumine Conciliorum epistola longa ipsius ad Nestorium Synodi, cum anathematismis seu capitibus condemnationis, quæ depositionem Nestorij proximè præcessisse videtur. Ex-

Excerpta quædam, ex epistola concilij Ephesini ad Nestorium.

Religioso & Deo amabili consacerdoti Nestorio, Cyrillus, vel quicunque sunt apud Ephesinã Synodũ. Et præmisso exordio: Ecce itaq; te, simul cum sancta Synodo, quæ apud amplã urbem Romã congregata est, præsidente sanctissimo & reverendiss. patre & consacerdote nostro Celestino Episcopo, his scriptis Synodicis te etiam tertiò convenimus, consilium dantes, ut à tam pravis abstineas distortisq; dogmatibus, quæ & sentire cognosceris, & docere: recipias vero fidem rectam, Ecclesiis per beatissimos Apostolos & Evangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis præfinitam sanctissimi & reverendissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis ecclesiæ Celestini: Scias, te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei Sacerdotibus & episcopis obtinere, &c.

Synodus Ephesina hortatur Nestorium, ut ab errore suo resipiscat.

Symbolum Ephesinum. Et una ac altera interjecta periodo: Profitemur, quòd ipsum unigenitum Dei Verbum, „ natum ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus, lu„ men de lumine, per quem omnia facta sunt, sive in „ cœlis sive in terra, salutis nostræ causa descendit, & „ ad exinanitionem dignatus est sese inclinare: natus „ autem, & homo factus, id est, carnem de virgine „ sancta suscipiens, eamq; propriam faciens, nativi„ tatem nostram ex vulva sustinuit, homo de mulie„ re procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licèt „ factus sit in assumtione carnis & sanguinis, tamen „ etiam sic quod erat Deus, natura scilicet & verita„ te, persistit. Nec carnem itaq; dicimus in naturam „ Deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis „ Dei Verbi essentiam commutatam.

„ Inconvertibilis est enim, & incommutabilis, „ idemq; ipse juxta scripturas jugiter permanens. Vi„ sus est autem & parvulus, positusq; in cunabulis, & „ sinibus genitricis virginis constitutus, universam „ creaturam replebat, ut Deus genitori suo indivisus „ existeret. Quod divinum est enim, sine quantita„ te & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis con„ tinetur Verbum Dei. Secundùm subsistentiam „ confitentes, unum adoramus Filium, & Dominum „ Iesum Christum, non seorsim ponentes & determi„ nantes hominem & Deum, velut invicem sibi di„ gnitatis & authoritatis unitate conjunctos. Hoc „ enim novitas vocis est, & nihil aliud. Nec item „ Christum specialiter nominantes Dei Verbum, quod

ex Deo

ex Deo est: nec alterum similiter, Christum specialiter, qui de muliere natus est, sed unum solumnodò Christum, Dei patris Verbum, cum propriâ carne cognoscimus. Attamen intelligimus eum, quòd caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus, sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus, &c. Imò potius conjunctionis nomen evitamus, tanquam non existens idoneum, quod significet unitatis arcanum. &c. Et iterum paulo pòst: Cavemus de Christo dicere, Propter assumentem, veneror assumtum: & propter invisibilem, adoro visibilem. Horrendum verò super hoc est etiam illud dicere: Is qui susceptus est, cum eo qui suscipit, communcupatur Deus, &c.

Ipsa porrò XII. capitula Nestorio opposita sic habent. Capitulum primũ.

Si quis nõn confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem, (peperit. n. secundum carnem, carnem factum Dei Verbum, secundùm quod scriptum est, Verbum caro factum est) anathema sit. *Duodecim capitula Ephesini concilij.*

2. Si quis non confitetur, carni secundũ substantiã unitum Dei Patris Verbum, unumq; esse Christũ cum propria carne, eundẽ scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

3. Si quis in uno CHRISTO dividit substantias post unitatem, sola eas connexione conjungens, eamq; quæ secundùm carnis dignitatem sit, vel etiam authoritatem & potestatem, ac non potius conventu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

4. Si quis in personis duabus vel subsistentijs, eas voces, quæ in Apostolicis scriptis continentur, & Evangelicis, dividit, vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso: & aliquas quidem ex his velut homini, qui præter Dei Verbum specialiter intelligatur, aptaverit: illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei patris Verbo deputaverit, anathema sit.

5. Si quis audeat dicere, hominem Christum theophoron, id est, Deiferum, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam filium per naturam, secundùm quod Verbum caro factum est, & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

9. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi, Dei patris Verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deũ simul & hominem, propterea quòd

Verbum

Verbum caro factum est, secundùm scripturas, anathema sit.

7. Si quis velut hominem, Iesum operante Deo Verbo dicit auditum, & unigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

8. Si quis audet dicere, assumtum hominem coadorandum Deo Verbo, & conglorificandum, & connuncupandū Deum tanquam alterum cum altero, (Nam Con syllaba superadjecta hæc cogit intelligi) ac non potius unâ supplicatione veneratur Emmanuel, unamq; ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum Dei caro factum est, anathema sit.

9. Si quis unum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit è Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos Spiritus, posse & coram hominibus divina signa perficere, ac non potius proprium fatetur ejus Spiritum, per quem divina signa explevit, anathema sit.

10. Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, divina scriptura commemorat. Obtulit

enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei Verbum, quando caro factum est, & homo juxta nos homines, sed vel alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere: aut qui dicit, quòd pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis, (non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nescivit) anathema sit.

11. Si quis non confitetur, carnem Domini vivificatricem esse, & propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi, cuncta vivificare valentis, anathema sit.

12. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumq; primogenitum ex mortuis, secundùm quod mortuus est, & vivificator ut Deus, anathema sit.

His eo modo, ut expositum jam est, à Cy-

à Cyrillo peractis Epheſi, Cyrillum & Memnonem Epheſinum epiſcopum, in Synodo ſua Neſtorius viciſsim deponit: cùm interea ex Antiochia venit Ioannes, epiſcopis & ſacerdotibus eum comitantibus (ut Nicephorus habet) viginti duobus. Is igitur, quod ſuus ſuorumq; adventus non expectatus, ſed damnatus Neſtorius fuiſſet, Cyrillo ſuccenſet, & Memnoni: ñſq; à ſe ſuorumq; confeſſu damnatis, viciſsim in hanc ſcribit ſententiam:

Neſtorius deponit Cyrillum in ſua Synodo.

Optamus quidem ſecundùm regulas ſanctorum patrum, & ſecundùm literas pñſsimorum & Chriſtianorum Imperatorum noſtrorum, cum pace fieri Synodum. Quoniam autem audaciâ & ſeditione & hæretico ſenſu utentes, ſoliq; conſidentes, nobis propinquantibus, ſecundùm literas pñſsimorum Imperatorum noſtrorum, ſecundam Synodum impleſtis, ut requirerentur capitula, quæ contra venerunt Apollinaris & Arrij & Eunomij perfidiæ & impietati, neque expectatis præſentiam ſanctorum Epiſcoporum, qui undique à pñſsimis Imperatoribus convocati ſunt, (cùm magnificentiſsimus Comes Candidianus in ſcriptis & ſine

Ioannes Ant. Cyrillũ & Memnonem excommunicat.

Candidian⁹ Comes præfuit Ephesino Concilio.

scriptis præcepissent vobis, ne quid tale vobis sumeretis, sed expectantes commune omnium sanctorum Episcoporum concilium) ideò scitote, depositos vos esse ab episcopatu, Cyrille Alexandrine episcope, & tu Memnon hujus civitatis, & alienos ab omni Ecclesiastico ministerio, tanquam qui universæ seditionis & iniquitatis authores fueritis, quique, ut regulæ patrum & Imperiales sanctiones conculcarentur, causam præbueritis. &.

Nestorius simulat consensum cum orthodoxis.

His ita confusis, Nestorius pœnitentiam simulans, ad Synodum refert: *Dicatur Maria Deipara, & cesset hæc molestia.* Sed quòd ex animo & vera pœnitentia dicere ea minimè videretur, receptus non est.

Theodosius Imperator reconciliat Cyrillum, Iohannem & Memnonem.

Narrat Evagrius, Imperatorem Theodosium depositioni Nestorij initiò non consensisse, postea verò blasphemias ejus rectius cognovisse, ac pias literas ad Cyrillum & Ioannem misisse, quibus effecerit, ut redeuntes in gratiam Cyrillus & Memnon, depositionem Nestorij confirmarint. Quod Constantinopoli factum, Zonaras indicat, quò episcopos decertantes ab Imperatore evocatos fuisse ait. Volumen verò Concilio-

ciliorum, hæc acta fuisse refert per legationes, quas partes in Synodo dissidentes, Cyrilli scilicet, Memnonis & Ioannis factiones, ad Constantinopolim miserint.

Prosper & Marian9 Scotus refert, damnatos simul cũ Nestorio tũ fuisse multos Pelagianos, qui Nestorij dogma, ut cognatum sibi, adjuverint. Nestorius autem ab Ecclesia pulsus, in Orientem proficisci jussus, inde verò Oasiam sterilem Arabiæ regionem, traductus est. *Pelagiani in Synodo Ephesina damnati.* *Nestorij expulsio.*

Hæc de Synodo Ephesina breviter & simpliciter indicarunt Socrates lib. 7. cap. 3. Evagrius lib. 1. cap. 3. 4. & 5. Liberatus in Breviario cap. 6. Zonaras in Theodosio.

Synodus Antiochena.

Indicat Socrates solus, & breviter nimis, nec superiori narrationi satis convenienter, ex Ephesina Synodo Ioannem Antiochiam regressum, multorum coëgisse episcoporum conventum, in quo Cyrillũ & ipsum jam Alexandriam regressum denuò deposuerit. Sed positis inimicitijs, paulò pòst in gratiam cum eo rediisse. Socrates libro 2. capite. 34.

Antiochena alia.

Solicitatus verò cùm ab Episcopis alijs, tum ab Imperatore ipso Ioannes idem, ut ad consensum mutuum cum Cyrillo adduci se pateretur, Synodum aliam convocavit Antiochiæ, & fidei formulam scripto comprehendit, ea conditione, ut si à Cyrillo recepta esset ea formula, concordia utrinq; sanciretur.

Formulam eam allatam sibi per Paulum Emysenum Episcopum Cyrillus probavit, & Ioanni reconciliatus est, qua de re epistolam ad eum remisit, cujus initium est:

Reconciliatio Cyrilli & Ioannis Antiocheni.

Exultent cœli & lætetur terra. Solutus est enim medius paries maceriæ, & quod contristabat quievit, atque dissensionis omnis modus abscissus est, omnium nostrorum Salvatore Christo pacem suis Ecclesiis tribuente: convocantibus autem nos ad hoc & piissimis & Deo amantissimis atque Christianissimis Imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregij, tutam quidem & inconcussam in propriis animis rectam fidem custodiunt: maximam verò curam impendunt pro sanctis ecclesiis, ut opinabilem habeant in secula gloriam,

gloriam, & præclarissimum proprium ostendant Imperium. &c.

Synodus in Armenia.

Explosis in Synodo Ephesina Nestorij libris, ejus sectatores Dioscorus Tarsensis, & Theodorus Mopsuestenus, episcopi, aliâ quadam formâ Nestorij dogma spargere conati, libros à se compositos in Armeniorum, Syrorum & Persarum linguam transferri curaverunt. Quod cùm Acacius Melitinensis & Rabula Edessenorum episcopi cognovissent, episcopis Armeniæ scripserunt, ne Theodori Mopsuestensis libros hæreticos reciperent. Hac de causa in Synodum congressi episcopi Armeniæ, de communi consilio presbyteros duos ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum miserunt cum libellis suis, adjuncto volumine uno Theodori Mopsuesteni, scitantes ex eo, utrum Acacij & Rabulæ ac Theodori doctrina recta probaretur.

Nestorianorum libri in diversas linguas traducti.

Proclus diligenter examinatis utriusque partis dogmatis, librum ad Armenios, detectas manifestè Nestorianorum

norum versutias, & doctrinam rectam de Christo explicatè & apertè continentem remisit. Liberatus Breviarij capite decimo.

Synodus in Pamphylia.

Extat in descriptione Synodi primæ Ephesinæ in volumine Conciliorum, epistola ejusdem Synodi ad Concilium pium Pamphyliæ, de causa Eustathij metropolitani Pamphyliæ, quem officio & dignitate sua privaverant Pamphylij, in qua pro Eustathio intercedunt. Vim enim ab ipsis passum significantes, petunt, ut si in integrum eum restituere non possint, nomen tamen ei Episcopi, & honorem & communionem reddant.

Synodus Romana.

Meminit epistola Synodica concilij Ephesini ad Nestorium Synodi eodem tempore (ut videtur) congregatæ Romæ, sub Cælestino episcopo præsidente, in causa Nestorij, de qua idem cum Synodo Ephesina sensit: ac voluntatem & authoritatem suam per epistolam Nestorio declaratam, decretum apposuit. Tomo primo Conciliorum.

Cælestinus Papa adversatur Nestorio.

Synodus

Synodus Rhegienſis.

Anno C. 440.

Rhegium etiamnum hodie in Italia Ciſpadana, Lepidi vocatur Rhegium. Convenit eò Synodus tredecim epiſcoporum, ſub conſulatu Theodoſij decimo ſeptimo, & Feſti: quod anno Chriſti, ſecundum Marianum, eſt quadringenteſimo quadrageſimo, propter ordinationem quandam commiſſam præter canones à duobus, absq; trium epiſcoporum præſentia, absq; comprovinciali-um literis, & absq; metropolitani authoritate in Eccleſia Ebrudunenſi. Canones ibi conſtituti ſunt ſex, quorum ultimum de ordinatione hîc adſcribimus: 6. Absq; metropolitani literis & conſenſu, ad eccleſiam epiſcopo conſtitutam nullus accedat. Tomo primo Conciliorum.

Ordinatio absq; epiſcoporum conſenſu ſuſcepta damnatur.

Romana.

Anno C. 441.

Valentiniano & Anatolio Conſulibus, quod eſt anno Domini (juxta Marianum) quadringenteſimo quadrageſimo primo, accuſatus Sixtus Romanus epiſcopus ex invidia, ob negatum quoddam pingue prædium, à Mariano & Baſſo, quaſi vitium obtuliſſet Chryſogonitæ conſe-

Sixtus Pont. intercedente populo Synodum à Valentiniano Imperatore petit.

consecratæ virgini, intercessione plebis universæ, à Valentiniano Augusto, quem Occidentis Imperatorem Theodosius fecerat, Synodum congregari petiit. Convocavit igitur Senatum omnem Valentinianus, Sixtus verò presbyteros & diaconos Romanos omnes numero quadraginta novem: coram quibus innocentiam suam testatus Sixtus Bassum & Marianum communione privavit: ac ne supplices quidem factos sibi & culpam deprecantes recepit, causam suam muniens hoc Christi dicto, apprimè scilicet appositio huic causæ: Qui peccaverit in hoc seculo, remittetur ei: qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic nec in futuro seculo. Condemnationem eam Bassi postea scripto confirmavit etiam Valentinianus Imperator cum matre Placidia, collatis Ecclesiæ omnibus ejus prædijs & facultatibus. Tomo primo Concil: in epist. Sixti ad Orientales, & in collectionibus ejusdem.

Qui peccat in Pontificem peccat in Spiritum sanctum.

Arausiaca prima.

Anno C. 442. 444.

Synodi Arausiacæ primæ provincialis sub Leone Romano tempus ostendit volumen Conciliorum, consulatu Theodosij

dosii junioris & Cyri: qui consules tamen conjuncti, nec in Mariano, nec in Prospero leguntur. Si Cyri solius consulatus est, fuerit id anno Christi, secundũ Marianum 442, Prosperum verò 444.

Decreta plura constituta recitat, oppidò sanè necessaria, & magnis digna deliberationibus, quorum paucula subjiciemus, è quibus reliqua, ut ex ungue Leonem æstimare licebit.

1. Ne quis minister, baptizandi munere accepto, sine chrismate quoquam proficiscatur, quia sic Synodo placeat.

18. Ne catechumenis Evangelia legantur: quia placeat.

19. Ne ad domesticas orationes catechumeni admittantur.

22. Ne ordinentur diaconi conjugati, nisi prius conversationis mutato proposito, confessi fuerint castitatem.

23. Si quis post acceptam benedictionem leviticam, incontinenter cum uxore vivat, ab officio removeatur &c.

Arausiaca Secunda.

Convenerunt ex suggestione & admonitione Romani Episcopi Leonis, ad Synodum in eandem urbem episcopi Cæsarius, Iulianus, Constantius, Cypria-

Cyprianus, &c. cum præfectis prætorij Galliarum atq; patricijs, eâ occasione, quòd de gratia & libero arbitrio quidam minùs cautè, nec secundùm fidei catholicæ regulam docere cœpissent. Canones igitur opposuerunt seu capitula.

Canones Pelagianis oppositi.

1. Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, id est, secundùm corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsâ durante, corpus tantummodò corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, adversatur scripturæ dicenti: Anima quæ peccaverit, ipsa morietur: &, Nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis? Et: A quo quis superatur, ejus & servo addicitur.

Omnes homines peccato obnoxij.

2. Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & ejus propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis (quæ pœna peccati est) non autem & peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem & in omne genus humanum transiisse testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors in omnes

omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis dicit invocationem humanam gratiam Dei posse conferre, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur à nobis, contradicit Esaiæ prophetæ, vel apostolo idem dicenti: Inventus sum non quærentibus me, palàm apparui his, qui me non interrogabant. *Gratia Dei præcurrit nostram invocationē.*

4. Si quis, ut à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit: non autem ut etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à Domino; Et Apostolo salubriter prædicanti: Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. *Velle à peccatis purgari Dei donum est.*

5. Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum credulitatis affectū, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti, corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, *Initium & incrementū fidei est à Deo.*

Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus, quia qui cæpit in vobis bonum opus, perficiet usq; in diem Domini nostri Iesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo, non solùm ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et: Gratia salvi facti estis per fidem, non ex vobis: Dei enim donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt. (mus.

Gratia Dei opponitur nostris operibus & meritis.

6. Quòd gratia Dei sumus id quod sumus.
7. Quòd non sumus idonei cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.
8. Nemo per semetipsum salutis æternæ mysterium potest conquirere.
9. De adjutorio Dei.
10. De eodem.
11. De obligatione votorum.
12. Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

13. De reparatione liberi arbitrij.
14. De misericordia Dei.
15. De mutatione prævaricationis Adæ.
16. Quòd nemo glorietur de substantia sua.

17. De

17. De fortitudine Christiana.
18. De mercede boni operis.
19. De natura humana.
20. Nihil boni hominē posse sine Deo.
21. De natura & gratia.
22. De his quæ hominum propria sunt.
23. De voluntate Dei & hominis.
24. De palmitibus vitis.
25. De dilectione, qua diligimus Deū.

Hanc definitionem antiquorum patrum non solùm episcopi, sed laici etiam, illustres & magnifici viri subscripserunt.

Synodus Vasensis.

Anno C. 443.

Celebrata est Synodus Vasensis, consulatu Dioscori, quod est anno Domini, (juxta Marianum) quadringentesimo quadragesimo tertio, imperij Theodosij decimo nono, ab episcopis octodecim.

Constituerunt hi capitula decem cum canonibus quinq; : ex quibus præcipui sunt. Vt alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed proprii. Vt, qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur : quòd hoc modo fideles mortui votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatione alimoniæ

defraudentur. Vt ne pro sepulturis accipiantur precia. Vt presbyteris prædicandi potestas suis plebibus concedatur, quia Synodo pro ædificatione Ecclesiarum sic placeat. Vt Kyrie eleeson in omnibus Ecclesiis dicatur, ad exemplum sedis apostolicæ, & omnium Orientalium & per Italiam Ecclesiarum. Vt in omnibus missis ter semper Sanctus dicatur, & ut nomen Papæ præsidentis in Missa recitetur. Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria patri, &c. semper addatur, sicut erat in principio, &c. Tomo primo Conciliorum. Sed hæc Synodus est una de obscuris, & olet in multis hircum, quod dici solet.

Kyrieleison.

Carpentoractensis.

Celebrata & Carpentoractensis Synodus ab episcopis sedecim, in volumine Conciliorum ostenditur, sub Leone, eam ob causam: quòd quæ alquibus Ecclesiis conferrentur, ab episcopis nonnullis præriperentur, Ecclesiis perexiguo relicto. Constituit igitur, ut donata Ecclesiæ ita demum clericis distribuantur, si ijs non opus habeat Ecclesia. Episcopus verò tum demum

Legata Ecclesiæ quopacto habenda.

demum potestatem habeat in suos usus Ecclesiæ collata convertendi, si constet ipsum majores quàm pro facultate sua Ecclesiæ nomine impensas facere.

Constantinopolitana, contra Eutychen.

Congregata frequens Constantinopoli episcoporum Synodus est anno 25. imperij Theodosii, sub consulatu Posthumiani & Zenonis, anno Christi (secundùm Marianum & Palmerium) 449, ejusmodi occasione: Quòd presbyter & archimandrita monasterij Constantinopolitani Eutyches, duplicem errorem de Christo sparserat. Primùm scilicet, non retinuisse eum post unionem seu incarnationem, quas ante eam quidem habuisset, duas naturas: sed ambas in unam inter se contemperatas esse & permistas: Deinde non humanam veram seu consubstantialem hominibus carnem assumsisse, sed de cœlo eam, prorsus sicut ante eum Valentinus somniaverat, detulisse. Euagrius lib. 1. cap. 9. Liberatus Breviarij capite undecimo. *Eutyches.* *Errores Eutychetis.*

Cùm enim dogma illud insanum profiteri manifestè, & divulgare cœpisset, admonitus erroris ab Eusebio Dorylæi episcopo est: cui cùm obtemperare noluisset, causam eam Eusebius ad Flavianum detulit, Constantinopolitanum episcopum, qui tum fortè alias ob res Ecclesiasticas Synodum convocaverat. Eam ingressus Eusebius, Eutychis deliria per libellum & accusationem Flaviano Synodi præsidi exhibet.

Eusebius accusator Eutychis.

Accusatum igitur accersi eum Synodus decernit. Mittit autem ad eum Ioannem presbyterum, & diaconum Andream, qui libellum Eusebij ei exhibeant, & ad dicendam causam suam in Synodum venire jubeant. Hæc summa est primæ actionis Synodi.

In altera actione, quæ pridie fuit Iduum Novembris, repetit Eusebius Eutychis accusationem: Et legi postulat epistolas Cyrilli, alteram ad Nestorium hæreticum, alteram ad Ioannem Antiochenum, inscriptam de pace: quas ut cum traditione antiquorum patrum, maximè verò Synodi Nicenæ, imò cum Pauli doctrina convenientes, episco-

scopi testimonijs suis omnes, & confessionibus, de duabus in Christo naturis confirmant: ut Eusebius primùm, deinde Flavianus, post quem Basilius Seleuciæ Isauriæ episcopus, Saturninus Marcianopolis, Valerianus & cæteri.

De his igitur postquam certiores reddere episcopos absentes notarij jussi sunt, actio clauditur. Quam subsecuta tertia est, quarto ab inchoatâ Synodo die. In ea Eusebius primùm interrogari monet Iohannem & Andream ad Eutychen missos, quid is responderit. *Eutyches recusat venire ad Synodum.*

Referunt illi: Eutychen respondisse, se nusquam è contubernio fratrum suorum pedem constituisse efferre. Monuisse deinde quædam de inimicitijs Eusebij in se, & calumniosa ejus accusatione: affirmasse etiam, assentiri se fidei Nicenæ, quatenus conveniat cum scripturis, & patrum interpretationibus. Postremò de fide sua quædam paulò apertius subjecisse in hanc sententiam: Post incarnationem Dei Verbi, hoc est, post nativitatem Domini nostri Iesu Christi, unam naturam adoro, eamq; *Eutychis confessio.*

eamq, Dei incarnati & inhumanati, seu hominis facti. Item: Confiteor perfectum Deum esse, & perfectum hominem, qui natus est de Maria virgine, non habentem consubstantialem nobis carnem.

Iubetur ergo secundò accersi Eutyches: ad eumque mittuntur Mamas & Theophilus episcopi, cum literis vocationis.

Cùm autem Eutyches aliquoties à Synodo vocatus venire recusasset, aliàs morbum prætendens, aliàs missos à Synodo contumaciter & insolenter excludens: Tandem in consessu quarto, qui decima sexta fuit Novembris, veniunt missi ab Eutyche in Synodum monachi, Abrahamus, Eleusinius, Constantinus & Constantius, causam pro Eutyche dicturi: Sed non admittuntur, Flaviano respondente, fas non esse, ut pro accusato alius causam dicat. Ad Eutychis igitur ipsius adhuc adventum causæ cognitio tum differtur. Quem quidem familiariter & blandè Flavianus admonet per Abrahamum, ut in Synodum veniat, nec periculi quicquam metuat: sed ab ijs, qui & amici sint, & fratres, veniam certò sibi polliceatur.

Postea-

Posteaquam deinde Synodus quartò ad 17. Novemb. conscribitur, adsunt, qui Eutychen tertiò accersiverant. Quid responderit, Interrogantur. Referunt, dixisse eum, ablegasse se Abrahamum ac monachos alios, qui suâ causa in Synodum abeant, suo nomine supplicent, ac consentire se dicant illis, quæ à patribus in Synodis Niceæ & Ephesi, à beato item Cyrillo de fide constituta sint. Tandem verò cùm ab ipsis, ut præsentem sese Synodo sisteret, atque ad accusata responderet, admonitus fuisset, petijsse inducias unius septimanæ, post quam se in Synodum venturum recepisset. Inducias igitur eas indulgendas ei Synodus decernit, ea lege, ut si post eas non adsit, presbyterij dignitate & monasterij principatu exuatur.

Eutyches quærit præsidium Imperatoris.

Interea ad Theodosium Imperatorem Eutyches abit, eique indicat, vocatum se à Flaviano in Synodum, cujus calumnias metuat: petere igitur se ab Imperatore, ut deduci se in eam curet per Patricium Florentium Silentiarium. Quod quidem ab Imperatore Eutyches obtinet, qui Florentium cum præsidio ipsi adjungit.

Venit interea inducíarum terminus, & sextus fit Synodi conseſſus, in quo Eusebius inſtat primùm, ut Eutyches accerſatur. Deinde recitari poſtulat diſputationem Theophili & Mamæ, qui ſecundò Eutychen vocaverant, cujus hæc ſumma fuit: Cùm negaſſet Eutyches, poſſe duas ſe in Chriſto naturas dicere, ideò quòd in Scriptura ejuſmodi loquendi forma non ſit definita: oppoſuiſſe Mamam & Theophilum, neq; homouſii uſitatam vocem expreſſam eſſe in ſcripturis, ſed à ſanctis patribus ita expoſitam: Eandem igitur legem & rationem eſſe formulæ de duabus naturis. Perſtitiſſe autem in ſententia ſua Eutychen, nec poſſe ſe (dixiſſe) Deitatem adſerere naturam, ſed damnationi ſe potius ac perſecutioni ſubmittere velle, quàm duas in Chriſti perſona confiteri naturas.

Eutyches pertinaciter in errore perſeverat.

Cùm jam ſeptimò ac poſtremò Synodus alterâ Novembris die conſediſſet, ad Eutychen requirendum miſsi ſunt Philadelphius & Beryllus diaconi: qui eum non inveniunt.

Mittuntur alij Criſpinus & Iovinianus, qui eum mox adfore dicunt, ſtipatum

tum numerosa multitudine militum, monachorum & apparitorum præfectia-deductus à Florentio Silentiario, qui mandatum Imperatoris de custodienda fide Nicena, Ephesi proximè in concilio repetita, atq; ut confessui suo Patricium Florentium adjungi non molestè ferant, exponit.

Eutyches stipatus militum. dio venit in Synodum.

Assidet igitur Synodo Florentius, & constituuntur in medium Eutyches accusatus, & Eusebius. Leguntur verò acta in Eutychis causa ab initio, à notario Accio excepta. Recitantur & Cyrilli epistolæ, in quarum altera ad Orientales, posteaquam ventum est ad hæc verba (Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum filium DEI Vnigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre natum secundùm divinitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutē de Maria virgine secundùm humanitatem, consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundùm humanitatem, duarum etenim naturarum

unitio

unitio facta est, propter quod unum Christum, unum Dominum confitemur, secundùm hunc intellectum inconfusæ unitionis: confitemur sanctam Virginem Θεοτόκον, propter incarnationem Dei Verbi, & hominis assumtionem, & quia ex ejus conceptione unxit sibi templum, quod accepit ex ipsa) ad hæc verba posteaquàm ventum est, exclamat Eusebius, ista de Christo Eutychen minimè credere. Interrogatus Eutyches, apertam & perspicuam responsionem diu tergiversatur, negans aliàs se ad disputationem venisse, aliàs chartam exhibens continentem ejusmodi confessionem: Sic credo, adorans patrem cum filio, & filium cum patre, & Spiritum sanctum unà cum patre & filio confiteor: Confiteor autem factam ex carne præsentiam, ex carne sanctæ Virginis, & incorporatum eum perfectè propter nostram salutem: sic confiteor coram Patre & Filio & spiritu sancto, & vestra sanctitate.

Cyrilli confessio opposita Eutychi.

Eutyches tergiversatur.

Eutychis Confessio.

Post hanc confessionem, non vult Eutyches quæri ex se aliquid amplius. Interrogatus tamen utrum ex duabus naturis confiteatur Christum? respondet, se à disputatione de natura Dei hactenus

ctenus sibi diligenter caviſſe. Interrogatus porrò, num conſubſtantialem nobis dicat Dominum Chriſtum? reſpondet, ſe hactenus ſic nunquam locutum. Poſtea ultro ſubjicit, profiteri ſe ſanctam virginem eſſe nobis conſubſtantialem. Ex quo vaticinari Baſilius incipit hoc modo: Si mater eſt nobis conſubſtantialis, igitur & filius, quoniam filius hominis vocatus eſt. Ad quod Eutyches: ſe idem igitur profiteri, inquit, quando ita velint, per neceſsitatem ſcilicet magis quàm voluntate. Rurſus interrogatus à Florentio Patricio, an conſubſtantialem, & ex duabus naturis poſt incarnationem, Dominum noſtrum ex virgine natum, ſubſiſtere dicat, nec ne? Reſpondet, confiteri ſe ex duabus naturis fuiſſe Dominum ante incarnationem, poſt eam verò unam duntaxat in eo ſe confiteri naturam. Quod dogma damnare à Synodo juſſus: neque in Scripturis ait inveniri manifeſtè illud de duabus naturis, neque patres omnes ſic dixiſſe, non igitur ſe poſſe ſanctis patribus anathema impingere. Ab univerſa igitur Synodo acclamatur anathema Eutychi. Promittitur tamen & cum Synodi nomine à Flaviano, ſi damnare poſsit

Eutyches non vult Chriſtum fateri nobis ὁμοούσιον.

Eutyches fidem ſibi imperari permittit.

Chriſtus ante incarnationem è duabus naturis, poſt eam vnam tantum, juxta Eutychen.

Eutyches anathematizatur.

possit proprium dogma, & Synodo consentire. Ad quod respondet, facere se id quidem, quando ita jubeant. Quærit postremò Florentius Patricius: DUAS NATURAS dicis, & CONSUBSTANTIALEM nobis esse? Respondet, se sequi legem beati Cyrilli & sancti Athanasii, qui ex duabus Christum dixerint naturis ante incarnationem: post eam autem non jam duas esse in eo sed unam naturam. Ad quod Florentius: Qui non ex duabus, inquit, confitetur Christum naturis, non credit rectè. Conclamat Synodus: Quæ ex necessitate est, fides, non est. Et iterum, Non consentit.

Eutychis damnatio & degradatio.

Tum igitur demum Flavianus: Per omnia, inquit, apparet Eutyches quondam presbyter & archimandrita, & ex his quæ acta sunt, & propriis ejus confessionibus, Valentini & Apollinaris perversitate ægrotare, & eorum blasphemias incommutabiliter sequens, qui nec nostram reverens persuasionem atque doctrinam, rectis noluit consentire dogmatibus. Vnde lacrymantes & gementes perfectam ejus perditionem, decrevimus per Dominum nostrum Iesum

Iesum Christum ab eo blasphematum, exterminatum eum esse ab omni officio sacerdotali, & à nostra communione, & primatu monasterij: scientibus hoc omnibus, qui postea colloquentur ei, & eum convenerint, quoniam rei erunt & ipsi pœnæ excommunicationis. Subscripserunt episcopi, presbyteri, diaconi, archimandritæ & monachi quinquaginta tres.

Summam actionis Synodi, & Eutychetis damnationem, Flavianus scripto comprehensam, ad Leonem episcopum Romanum misit, quæ tomo 1. Concil. fol. 728. reperitur.

Constantinopolitana repetita contra Eutychen.

Anno C. 455.

Sub consulatu Protogenis, qui Posthumianum & Zenonem secutus est, anno Christi (secundùm Marianū) quadringentesimo quinquagesimo quinto, Idib9 Aprilis, authoritate & mandato Imperatorum Theodosii & Valentiniani, ex ijsdem episcopis Synodus denuò congregata est Constantinopoli, & additi

in

Politici assessores Synodi.

in consessum ab Imperatoribus, præter Patricium Florentium, Marcialis magister sacrorum officiorum, Carterius præfectus sacri scrinij libellorum, sacrarumq; cognitionum, & Macedonius tribunus.

Synodi ejus occasionem Eutyches imposuit, qui apud Imperatorem acta superioris Synodi Flaviani conficta & falsata esse, additis nonnullis à notarijs, quæ nunquam dicta fuissent, aliquibus etiam dictis, nec exceptis, conquestus fuerat, & in præsentia Thalassij episcopi denuò excuti acta petiverat.

Eutychi igitur obsecutus Imperator, relegi in Synodo commentarios actionum jussit, & cognosci exactè, quæ à Flaviano ad Eutychen dicta fuissent, & quæ vicissim Eutyches respondisset. Primum igitur notariis negocium datur acta relegendi, qui admodũ repugnant. Tandem tamen legunt actiones omnes: committuntur etiam cum vicarijs Eutychis, qui ad eum à Synodo missi antea fuerant: & repetuntur ab initio omnia, quæ vel legati ad Eutychen dixerant, vel ipse responderat.

Notariorum munus in Synodo.

Afferuntur item à Vicarijs quædam dicta à notarijs non excepta, quæ partim con-

confutantur, partim excusantur quòd memoriâ exciderint, quodq; per turbas actione ferventi audiri ab omnibus atq; excipi nequiverint, quædam dicta non præceperit Synodus excipi.

Evagrius condemnatum Flavianum in ea Synodo à nonnullis præsidibus scripsit: sed de falsitate Commentariorum nihil deprehendi potuisse, esse pronunciatum. Quod & Liberatus retulit, qui etiam addit, tantum fuisse actum, ut apud magistros officiorum notarij falsitatis, si quæ fuissent animadversa, accusarentur. Postremò verò injunxisse Imperatorem Flaviano, ut fidem suam manu propriâ conscriptam ad se mitteret, quæ habetur Tomo primo Conciliorum in actione prima Chalcedonensi fol. 726.

Ephesina secunda, ΑΝΕΞΙΚΗ *seu prædatoria dicta, & prophana.*

Cùm nec in ea Synodo Eutychi quæ voluisset successissent, ad Dioscorum confugit, Alexandrinum episcopum, ab eoq; patrocinium causæ suæ petijt. Is usus opera partim Chrysaphij Palatij

Eutyches molitur tertiam Synodum.

præsidis, apud Imperatorem plurimum valentis, qui & sectator fuit Eutychis, & depositionem ejus molestè ferebat: partim Eudoxiæ Augustæ officio, Synodum alteram Ephesi impetravit, ad disceptandam causam Eutychetis, uti simulabatur: revera autem ad opprimendum Flavianum, quem propter Eutychis depositionem Chrysaphius impensè oderat.

Conveniunt ad eam Synodum, Iuvenalis Hierosolymorum episcopus, cum sacerdotibꝰ alijs plurimis, Domnus Antiochenus, Stephanus Ephesinus: Iulius Romanus episcopus, sustinens partes Leonis pontificis, cum Hilario diacono, Dioscorus cum Eutyche sentiens, adductis alijs suæ opinionis episcopis Ægyptiis maximo numero, quorum catalogus prolixus continuatur in volumine Conciliorum: adducto etiam præsidio militari Elpidij & Eulogij, cum monachis Barsumæ ad trecentos.

Anno C. 449. Celebratur autem eodem tempore Synodus illa, quo Ephesina superior, Zenone nimirum & Posthumio Cos. anno Christi (secundùm Marianum)

num) quadringentesimo quadragesimo nono, quarto Iduum Augusti. Consi-detur in Basilica Mariana. Præsi-dem agit Dioscorus, notarium nullum admittens præterquam suum, cui no-men Demetriano fuit, & alicui suæ par-tis potestatem excipiendi quæ ageren-tur faciens. *Unus notarius.*

Iudicij formam Imperatorem in Syn-odum misisse, Euagrius refert, ejus-modi. Qui antea Iudices religiosissi-mi archimandritæ Eutychis fuêre, ad-sunto quidem, & tacento, judicum au-tem ordinem non habento. Cæterùm communem omnium sanctissimorum patrum sententiam expectanto: quan-doquidē de rebus ab eis judicatis nunc judicium agitur. *Accusati & rei non habent locum inter iudices.*

Est & ad totam Synodum ejusdem epistola, in volumine Conciliorum: ut ad formam fidei Nicenæ agant, & quantum sit in ipsis, omnem hæresin evellere conentur. Sed & duæ sunt Leonis Papæ epistolæ ad hanc Synodum pertinentes: altera ad Faustum Marcianum, & reliquos archimandritas Constantinopolitanos, qua Eutychis dogma justè reprobatum, & reprobandum

etiam deinceps, indicat: altera ad Synodum Ephesinam ipsam, qua hortatur, ut Eutychis blasphemias condemnet: sed quam suppressit Dioscorus.

Coacto igitur consessu, literæ primùm Imperatoris ad Dioscorum, de congreganda hac Synodo, recitantur. Exhibetur deinde à Vicarijs Leonis epistola ad Synodum scripta: aliæ autem epistolæ Imperatoris ad Dioscorum, de assumendo in Synodum Barsuma achimandrita. Post hæc de fide decretum fit, & constituitur, ut prævaleat formula illa, quæ Niceæ à patribus tradita sit. Accersitur Eutyches, qui causam suam explicare jussus, libellum suæ fidei Synodo exhibet. Is posteaquam recitatus est, assurgens Dioscorus in Synodo exclamat: Optima Eutychetis fides, concordat fidei trecentorum decem & octo patrum: Eutyches recte credit, ac nos scililet eandem sententiam profitemur.

Eutychis confessio approbatur.

Post expositam suam fidem, accusationem longam Eutyches instituit in Flavianum & Synodum Constantinopolitanam, à qua nimirum sibi factam contumeliam graviter queritur. Mi-

nor

nor deinde Synodi pars decernit, relegenda esse omnia acta Constantinopolitanæ Synodi in causa Eutychetis. Repugnant soli Leonis vicarij: qui acta legi ita demum volunt, si prius recitata sit epistola Leonis. Sed Eutyches suspectos sibi esse Leonis vicarios respondet, quòd cum Flaviano fuerint, ab eoq; familiariter excepti sint.

Recitantur igitur Synodi Constantinopolitanæ sub Flaviano actiones. Probatur denuò Eutychis fides, & Eusebius impius pronunciatur. Eutyches porrò, ut qui secundùm Nicenam fidem in Ephesina priori Synodo confirmatam rectè sentiat, à plerisq; episcopis in integrum restituitur, & dignitatē presbyterii & primatus ereptam sibi à Flaviano recipit. *Eusebius orthodoxus damnatur.*

Legitur postea libellus Synodo oblatus à monachis trecentis sub Eutyche; quibus communionem Flavianus ideò, quòd cum Eutyche sentirent, eripuerat. Libellus is accusatio gravis Flaviani est, quòd flagitiosè & violenter in Eutychen pastorem eorum egerit: & petitio, ut communio eis restituatur. Postremò igitur ab universa Synodo *Flavianus damnatur.*

damnatur Florianus & Eusebius. Hæc summa actionum ejus Synodi, in actione prima Chalcedonensi, in volumine Conciliorum traditur.

Flavianus indignis modis tractatur ab Eutychianis, & tandem interficitur.

Adduntur alia quædam à Liberato & Euagrio, Flavianum nimirum non depositum solùm fuisse à Dioscoro, verùm etiam cùm reclamare impio ac perverso ejus judicio instituisset, calcibus impetitum atrociter, & pulsatum prius quàm Concilio repulsus sit, qua verò ex plaga pectoris post triduum mortuus sit. Episcopos deinde perterrefactos, vi militum armis se circumstantium, decretis, adversus Flavianum editis, subscribere coactos fuisse.

De authoritate ejus Synodi.

Theodosius approbat fidem Eutychianam.

Solus Theodosius seductus à Chrysaphio, legem promulgavit, qua Eutychis fidem approbavit: quo errore injustè etiam commendavit tum Synodum illam totam, tum Flaviani depositionem, in epistola quadam ad Valentinianum Imperatorem. Contrà in Chalcedonensi concilio, illi qui Synodo Ephe-

Ephesinæ præfuerunt, confessi sunt se erraſſe, & immeritò damnaſſe Flavianum & Euſebium, qui nihil erroris circa fidem commiſiſſent. Theodorus verò diaconus Alexandrinus, in libello ad Leonem & ad Synodum Chalcedonenſem, quæcunque in Synodo Ephesina à Dioſcoro acta ſint, contra leges proceſsiſſe affirmat: & prolixo ſcripto in crudelitatem & homicidia ejus Synodi invehitur Iſchyrion, diaconus alius Alexandrinus. *Synodus Epheſina II latronum.*

Synodus Beryti.

Synodo cuidam apud Berytum occaſionem præbuit cauſa Ibæ Edeſſeni epiſcopi, qui in prophana Synodo Epheſina, eo quòd dixerat, ſe non invidere Chriſto facto Deo, ſiquidem & ipſe, ſi velit, fieri poſsit, damnatus eſt. Congregata Synodus eſt poſt conſulatum Flavij Zenonis & Poſthumiani calendis Septembris, ab Epiſcopis Euſtathio, Vranio, Domno Antiocheno, Damaſcio tribuno & Notario, Eulogio Conſtantinopolitano, & alijs. *Chriſtus appellatur Deus factus per blaſphemiam.*

Synodus Agathenſis.

Agathæ in Narbonenſi Gallia Synodũ

celebratam ab episcopis quinq;, volumen Conciliorum tradit, ob constitutionem quorundam, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam necessaria essent: quo tempore apud Gotthos imperarit rex Alarichus. Nam quod de Consule Messala idem volumen ostendit, ad hæc tempora neutiquam congruit. Canones igitur septuaginta unum Synodus ea sanxit: inter quos & hi reperiuntur.

Alarichus.

Bigami clerici. 1. Bigami clerici non ministrent.

Conjugatorum clericorum. 9. Presbyteri & diaconi, qui ad conjugalem coitum revertuntur, submovendi.

10. Nullus clericorum cum extraneis fœminis habitet.

15. Pœnitentes nisi comam deposuerint, & vestimenta mutaverint, abjiciantur. Iunioribus non facilè imponatur pœnitentia.

18. Laici, qui temporibus Natalis Domini, Paschæ & Pentecostes, non communicaverint, non habeantur pro catholicis.

Coma non alenda. 20. Clerici, qui comam nutriunt, inviti tondeantur.

22. Non liceat presbyterum aut clericum rem ecclesiæ vendere, aut donare.

23. Clericus minor seniori non præponatur.

28.

28. Monasteria puellarum procul à monachis constituantur. (Hoc quàm præclarè fuerit observatum in papatu, monasteria passim in urbibus testantur.)

Monasteria puellarum procul à virorum.

31. Qui propter odium ad pacem non revertuntur, primùm admoneantur: Si non obtemperant, excommunicentur.

33. Episcopus, hæredes non habens, ecclesiam, cui præfuit, hæredem faciat.

36. Stipendia clericorum juxta meritum distribuantur.

39. Clerici nuptialia vitent convivia.

41. A clericis vitetur ebrietas.

48. Res Ecclesiæ propriæ non sunt alienandæ, suas verò res episcopus hæredibus potest relinquere.

Clerici à nuptialibus convivijs abstinere iubentur.

50. Episcopus, presbyter, diaconus, si capitale crimen incurrerit, in monasterium detrudatur, & laicam communionem accipiat.

55. Sacerdotes & Levitæ canibus ad venandum & accipitribus non utantur.

63. Laici, qui in solennitatibus majoribus ad civitatem non accurrunt, triennio à communione priventur Ecclesiæ. &c.

Synodus Ephesina.

Meminit in actione undecima Synodi Chalcedonensis Basianus Ephesinus episcopus, in epistola ad Valentinianum & Marcianum Imperatores; Synodi cujusdam provincialis Ephesi sub Basilio, qui post Memnonem episcopum defunctum, episcopatum Ephesi gesserit, in qua sibi injuria multa affecto & expulso communionem & episcopi locum restitutum fuisse, Basianus idem affirmat.

Synodus Venetica.

Celebratus est Venetijs circa tempora Leonis Romani episcopi, aut Hilarij (nam hoc tempus incertum Synodo huic volumen Conciliorum tribuit) conventus episcoporum non adeò frequens, ut videtur, ordinationis occasione, & restitutionis causa quorundam, quæ in disciplina Ecclesiastica collapsa fuerant: tum eorum etiam constituendorum gratiâ, quæ in superiorum patrum statutis intermissa fuissent.

Canones fanxit sedecim, quorum primus est: Homicidas & falsos testes à communione Ecclesiastica submovendos esse, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. (Homicidis

cidis ergo data venia, scilicet juxta illud Gen. 9.)

6. Vt monachi, si verborum increpatione non emendentur, fustibus coërcentur. *Monachi fustibus cædendi.*

11. Ne presbyteri, diaconi & subdiaconi nuptiarum convivia frequentent, ne voluptatũ spectaculis contaminentur. *Nuptijs clerici interesse prohibentur.*

13. Vt clerici omnes maximo studio ebrietatem, ut omnium vitiorum fomitem, fugiant.

5. Vt intra provinciæ terminos una sit sacrorum ratio & psallendi modus.

16. Vt clericus augur, sacrilegus aut divinator, ab ecclesia extraneus habeatur.

Synodi sub MARCIANO.

Anno C. 454. alijs 451.

Chalcedonensis.

Tempus Synodi frequentissimæ & celeberrimæ Chalcedonensis, ab alijs aliter annotatum reperitur. Sigebertus in annum Christi rejcit quadringentesimum, quinquagesimum tertium. Marianus Scotus, Palmerius, & alij in annum Christi quadringentesimum quinquagesimum quartum: quo tempore Con-

Consulatum gesserunt Romæ Opilio & Vincemalus, anno altero aut tertio imperij Marciani. Sunt qui in annum producunt Christi quadringentesimum quinquagesimum quintum, inter quos est Nauclerus.

Synodi Chalcedonensis causæ.

Occasio fuit, quòd post exactam impiam illam & sceleratam Synodum secundam Ephesinam, Imperatorem Marcianum, de Ecclesiæ tranquillo statu piè alioqui & sapienter cogitantem, accesserunt (quemadmodum Evagrius retulit) legati Leonis Romani episcopi, qui propter violentas Dioscori actiones, è Synodo Ephesina pedem retulerant: ea non lectam fuisse in ea Synodo Leonis epistolam, sinceræ fidei doctrinam continentem, conquesti fuerant. Quanquam Zonaras Leonem ipsum cum Anatolio Constantinopolitano episcopo ab Imperatore petijsse scribit, efficeret ne Dioscori & Eutychis blasphema dogmata inexcussa relinquerentur: tùm quod & illi, qui à Dioscoro contumelijs affecti fuerant, Imperatorem audierunt, &, ut causæ eorum in Synodo dijudicarentur, petierunt. Venit item Eusebius Dorylæi episcopus, injurias, quibus à Chrysaphio ipse & Flavianus affecti,

fecti, ac per contumeliam depositi fuissent, explicans: inter cætera vero maximè exaggerans, quàm miserabili modo Flavianus trucidatus esset. Addit his causis Leo epistola quadragesima quarta ad Marcianum Imperatorem, accepisse se ex Anatolij literis, permultos in Synodo Ephesina Dioscori factione compulsos, ad consentiendum impijs ejus statutis, nunc veniam postulare, & communionem expetere: quorum habenda ratio, & Synodus congreganda sit.

Imperatores igitur Marcianus & Valentinianus, ipsæ etiam Augustæ, re saepius per literas cum Leone archiepiscopo Romano communicatâ, missis ad omnes ubiq; locorum episcopis, Synodum indicunt apud Niceam: quò ipsos se venturos pollicentur, nisi negocijs publicis impediantur. Sed cùm propter longinquitatem venire Niceam (ubi quidem collecta nonnulla fuerat Synodus, & Leo etiam ipse, quantum ex narrationibus in volumine Conciliorum animadverti potest, eò accesserat) non possent, admoniti à legatis Romani episcopi Imperatores, Synodum Chalcedonem transferri mandant. Extant ejus rei epistolæ Imperiales duæ in volumine Conciliorum.

Imperatores Marcianus & Valentinianus Synodum Chalcedonem vocant.

Con-

Convênit igitur Chalcedoni frequentissima Synodus episcoporum, ex omnibus terris. Mittit eò Leo legatos suos, seu vicarios, Pascasianum episcopum, Lucentium, Bonifacium, Basilium presbyteros, & fratrem Iulianũ, quemadmodum in epistola ad Marcianum indicat.

Leo Pp. mittit Legatos Chalcedonẽ.

Venit eôdem & Anatolius Constantinopolitanus, Dioscorus Alexandrinus, Iuvenalis Hierosolymitanus, & reliqui numero Sexcentorum triginta: quibus è senatu primates adduntur inspectores, magister militum Anatolius, præfectus sacrorum prætoriorum Palladius, præfectus urbis Tacianus, magister sacrorum officiorum Vincemalus, Martialis comes Sporarius, comes rerum privatarum Genethlius, præfectus prætorii Florentius, senator Patricius, consul ordinarius & patricius Nonius, præfectus & consul ordinarius Protogenes, præfectus Zoilus, præfectus urbis Theodorus & Apollonius, præfectus sacri cubiculi Romanus, præfectus Illyrici Theodorus, præfectus prætoriorum Constantinus, præpositus sacri cubiculi Artaxerxes, præfectus Illyrici Eulogius.

Consessus primus.

Venit

Venit in Synodum Imperator Marcianꝰ ipſe, cum regina Pulcheria Auguſta, qui epiſcopos, poſteaquã ante cancellos altaris in Euphemiæ martyris tẽplo conſediſſẽt, ejuſmodi oratione allocutus eſt. *Regina aſſidet Concilio.*

Martiani Imperatoris oratio ad Synodum.

Poſſũ de me ego, patres reverendi, id ingenuè teſtari, mihi cùm ad imperium veniſſem primùm, majori tum curæ, tum ſollicitudini, tũ ſtudio fuiſſe nihil quicquã, quàm ut efficere mea diligentia poſſẽ, quò vera & recta Chriſtianorũ fides, in omnib9 ubiq; terrarum locis, ſalva & incorrupta conſervaretur. Quæ cauſa fuit, ut in Synodũ hanc vos exciverim, de qua juſta & bona omnia mihi polliceor: præſtituros ſcilicet vos, ea qua debetis fide & diligentia, ut fidei Chriſtianæ veritas, repurgata à nebulis & errore quorundã vaniſſimorũ hominum, qui vel avaritia vel ambitione profana dogmata ſparſerunt, integritati ſuæ reſtituatur. Quod ut factu vobis facil9 ſit, legem vobis propono, ne quis aliter de perſona Salvatoris & D. N. I. C. *Lex poſita* diſputare auſit, quàm uti in formula fidei trecentorũ *Synodo ab* octodecim Niceæ quondam definitum eſt. Poſtremò *Imperatore:* quod ad me attinet, neminem veſtrũ aliter exiſtimare velim, quàm in Synodũ veſtram veniſſe me, non oſtentandæ alicujus virtutis aut potentiæ gratia, ſed ut mea præſentia fidei cõfirmationẽ promoveat: &c.

Eſt & Leonis Romani epiſcopi epiſtola ad Synodum Chalcedonenſem, in qua eam hortatur, ut ſecundum ſcripturarum regulam de doctrina iudicent. Eſt in ordine epiſtolarum Leonis quadrageſima ſeptima.

Ad

Ad actiones deinde Synodus procedit, quibꝰ præsunt vicarij Leonis. Hi Dioscorum confessu excludi volunt, ut cui non judicis persona, quã præter æquũ & justum antea usurpasset, agẽda, sed judiciũ suis factis dignum sustinendum sit. Synodi igitur cognitione Dioscorus in medio consistere jubetur. Prodit tum Eusebius, Dioscorũ his verbis accusans: Injuriam passus sum à Dioscoro, injuriam passa est fides: occisus est Flavianus episcopus, atq; unà mecum per injuriam depositus. Postea supplicationis literas ad Imperatorem legi petit, quæ ad hunc modum habent: *Majestatis vestræ scopus est, cunctis quidem subditis vestris, & omnibus injuria affectis porrigere manum: potissimum verò illis, qui sacerdotio funguntur. Hac enim in re Deus colitur, à quo vobis concessum est, ut in orbe regnetis & imperetis. Itaq; quoniam fides in Christum multa ac gravia mala præter fas & æquum, & nos quoq; à Dioscoro religiosissimo magnæ Alexandriæ Episcopo, perpessa est, pietatem vestram appellamus, orantes, ut quod æquum est obtineamus. Est autem hæc causa de qua querimur. In Synodo, quæ recens in Ephesiorum est celebrata metropoli (quæ utinam congregata non fuisset, nec orbis malis hisce & perturbatione repletus esset) damnatus iste Dioscorus, nullâ habitâ nec æquitatis nec timoris*

Dioscorus ab Eusebio accusatur.

moris Dei ratione, cum Eutyche vana & hæretica
sentiens, cùm id multos celasset, tandem seipsum Accusatio
prodidit: occasione sumtâ ex eo, quòd Eutychen ho- Dioscori &
modoxon ipsius accusavi & quòd sententia contra Eutychis.
eum à Flaviano sanctæ memoriæ episcopo lata est, „
collecta inquietarum turbarum multitudine, & po- „
tentatu ad se per pecunias tracto, piam orthodoxo- „
rum religionem, quantum in ipso est, vastavit: & „
pravam monachi Eutychis opinionem, olim & ini- „
tiò statim à sanctis patribus damnatã confirmavit. „
Quoniam igitur haud modica sunt, quæ contra si- „
dem in Christum & nos temerè commisit, precamur „
& supplicamus etiam Majestati vestræ, ut jubea- „
tis religiosissimum episcopum Dioscorum respondere „
ad ea, quorum ipsum accusamus: ad commentarios „
videlicet, qui contra nos sunt ab ipso facti, & in „
sancta Synodo lecti, per quos ostendere possumus, esse „
eum alienum ab orthodoxa nostra fide, & quòd hæ- „
resin plenam impietatis confirmarit, nosq; injustè „
deposuerit, & graviter adflixerit. Peto igitur, ut „
sacris vestris ac reverendis mandatis ad sanctam & „
œcumenicam Deo dilectissimorum episcoporum Syn- „
odum missis, exigantur ea, quæ nos & dictum jam „
Dioscorum concernunt, referanturq; ad vestra pie- „
tatis cognitionem cuncta quæ gesta sunt, ac sistatur „
coram immortali vestro vertice. Hoc si obtinueri- „
mus, indesinenter, (ô augustissimi Imperatores) „
pro sempiterno vestro imperio „
orabimus. „

Hæc posteaquam lecta sunt, repetuntur ad postulationem Dioscori & Eusebij acta Synodi Ephesinæ secundæ, quibus manifestum fit, non fuisse in ea Synodo lectam epistolam Leonis. Probatur etiam, Dioscorum subscriptiones episcoporum contra Flavianum extorsisse. Accusatur Dioscorus, quod præter blasphemam & cum Eutyche communem sibi de Christo opinionem, Flavianum crudeliter occiderit. Excusant se verò, ac errasse confitentur, qui in Synodo Ephesina à Dioscoro coacti, in Flaviani damnationem subscripserant. Synodus tamen decernit, depositione mulctandos esse eos, quorum in Synodo Ephesina primæ fuerant partes, Dioscorum scilicet Alexandrinum, Iuvenalem Hierosolymitanum, Thalassium Cæsariensem, Eusebium Armeniæ episcopum, Eustathium Berytanum, & Basilium Seleuciæ Isauriæ episcopos. Cui decreto acclamant Orientales, justum esse judicium, occisorem à Christo depositum, martyres Christum ultum esse, Dioscori scilicet depositionem approbantes. Nam pro cæteris quinq; episcopis Synodum intercessisse, motuum majorum vitandorum causa, Liberatus narrat.

Dioscorus occidit Flavianum.

narrat. Item gesta etiam Ephesinæ primæ Synodi, & Constantinopolitanæ, volumen Conciliorum lecta fuisse indicat, ac denuò damnatos Eutychen & Nestorium.

Atq; his omnibus transactis, Synodi senatus jubet singulos episcopos fidem suam seperatim exponere, secundùm expositionem trecentorum octodecim patrum Niceæ, & quindecim Constantinopoli: deniq; secundum traditiones sanctorum patrum Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, ac juxta duas epistolas Cyrilli, in Ephesina prima Synodo vulgatas. Tantū in primo consessu actum est.

Synodi priores orthodoxæ confirmatæ in Chalcedonensi.

Consessus secundus.

In secundo consessu, qui ad sextum fuit Idus Octobris, repetita sunt in primo consessu acta, hoc ordine. Exhibet pro se & Flaviano libellos Eusebius, quibus Dioscorum accusat, quòd cum Eutyche sentiat, atq; ipsos deposuerit, relatis in commentarios verbis aliquot, in Synodo tum non dictis, quodq; ille effecerit, ut chartis, in quibus nihil scriptum fuisset, episcopi subscripserint.

Chartis vacuis subscriptum fraude Dioscori.

Petit item à Synodo, ut gesta Synodi

secundæ Ephesinæ abrogentur: ipse restituatur, blasphemum Dioscori dogma anathemate feriatur, & adversarius Dioscorus, qui post primã actionem in Synodum deinceps non venit, in medium accersatur, quod & Anatolius censuit.

Dioscorus vocatur in Synodum.

Vocatur igitur Dioscorus primùm per Episcopos Constantinũ Bostrensem, Atticum Zelensem, Acacium Ariarathinum, & Hymerium lectorem & notariũ: secundò per Episcopos Pergamum, Cecropiũ & Ruffinũ: tertiò per Episcopos Francionem, Lucianum, & Ioannem, & Palladium notarium. Sed custodiri primùm se, ne quò exeat, respondet: Deinde morbum simulat: tertiò verò ab Imperatore obtineri postulat, ut Principes & Senatus Synodo adsint.

Veniunt interea Alexandriâ Chalcedonem Theodorus & Ischyron diaconi, & Athanasius & Sophronius presbyteri Alexandriæ, ut eos Conciliorum liber nominat, cum aliquibus ex plebe, qui libellos Synodo exhibent, accusationes in Dioscorum continentes, partim blasphemiarum, partim ereptionis violentæ facultatum.

Vocatur igitur postremò Dioscorus per Synodi epistolam, sed venire recusat.

sat. Ad quam contumaciam deponitur, promulgantibus, Synodi concordi consensu, Leonis vicarijs sententiam, ut in Conciliorum libro legitur.

De his omnibus à Synodo ad Imperatorem refertur, cujus authoritate Dioscoro formula depositionis mittitur, ad hunc modum scribens: Scias te propter divinorum canonum contemptum, & inobedientiam erga sacram hanc & Oecumenicam Synodum, qua præter alia delicta, in quibus deprehensus es, tertio à sancta hac & magna Synodo, secundùm canones, ut ad accusata responderes, vocatus non occurristi, mense Octobris, à præsente, decima tertia die mensis, à sancta & œcumenica Synodo ab episcopatu depositum, & ab omni Ecclesiastico jure esse abalienatum. Quæ sententia ad populum Alexandrinum scribatur, ne quis scilicet Dioscorum pro Episcopo habeat, sed pro abjecto in perpetuum. *Dioscorus deponitur.*

Dioscorus igitur in exilium damnatus, in Gangrena Paphlagonum civitate manere jubetur. Præterea hæc promulgatio de Dioscori condemnatione ad diversos missa est: ut edictum ad populum Chalcedonensem & Constantino-

politanum, epistolæ ad Pulcheriam Augustam missæ, & Imperatorum etiam edicta, atq; acta Synodi confirmant.

Consessus tertius.

3. Idus Octobris, cùm, quæ in superioribus consessibus acta fuissent, repetita essent, Synodus ad constitutionem processit de fide, hoc ordine. Iussi sunt episcopi singuli in medium prodire, ac fidem suam exponere: ubi Florentius Sardensis episcopus deliberationē petijt, Cecropius vero Sebastopolitanus episcopus, in Synodo publicè professus est fidem Nicenam, comprobatam à sanctis patribus, Athanasio, Cyrillo, Celestino, Hilario, Basilio, Gregorio, recens verò à Leone quoq; confirmatā, rectam esse. Quæ cùm lecta fuisset, Synodus acclamavit, fidem eam orthodoxorum esse, sic sese omnes credere. Lecta deinde fides est Synodi Constantinopolitanæ, centum & quinquaginta episcoporum, ob quam rursus episcopi exclamarunt: Est hæc etiam Orthodoxorum fides, sic credimus omnes. Nicephorus, & volumen Conciliorum, fidem etiam Ephesinæ prioris Synodi lectam fuisse, & confirmatam, ostendunt.

Post

Post hæc Aëtius archidiaconus duas protulit Cyrilli epistolas, alterã ad Nestoriũ, alterã ad Ioannẽ Antiochenum, confirmatas episcoporũ subscriptionib9, in Synodo Ephesina, quas legi petijt, acSynodo deinde approbante recitavit.

Lectum deinde testimonium Ioannis Antiocheni est, omnibus suffragijs à Cyrillo approbatum.

Lecta post hæc & Leonis est epistola ad Flavianũ, expositionem continens fidei, adversus Nestorij & Eutychis hæresin, cui lectioni episcopi iterũ acclamarunt: Est hæc fides patrũ, est hæc fides Apostolorũ, sic omnes credimus. Cùm autem ad quasdã explicationes Illyrij & Palæstini hæsitarent, alijs planioribus dictis ex Cyrilli expositionib. confirmati, consenserunt. Solus Atticus Constantinopolitanus episcopus dilationem petijt, & dari sibi jussit epistolam Cyrilli ad Nestoriũ. Anatolius postremò ex ijs qui subscripserant professioni fidei, quosdã elegit, qui aut dubitantibus, aut nõ satis instructis de fide, explicationes conderent. Acclamarunt verò Orientales, Ægyptij & Illyrij omnes: Sic credimus, Ægyptio verò exilium decernimus, Dioscorum exilio, hæreticum exilio, Dioscorum Christus deposuit.

Sum-

Summa Chalcedonensium actorum.

Summam verò expositæ in hoc consessu & confirmatæ doctrinæ, his verbis Zonaras retulit: *Sancto Symbolo confirmato, anathemate eos notarunt, qui filios binos statuerent, & divinitatem passibilem esse assererent, quiq; temperamentum & confusionem duarum naturarum sentire & profiteri auderent, aut duas naturas in Christo ante unionem, aut unam post unionem confingerent: quiq; formam à Domino ex nobis assumtam, vel cælestem vel alterius naturæ fabularentur. Statuerunt autem, Iesum Christum Dominum nostrum perfectum esse in divinitate, & perfectum in humanitate, verè Deum & verè hominem, qui animâ ratione præditâ & corpore constet, ejusdem cum patre naturæ secundùm divinitatem, ejusdem naturæ nobiscum secundù humanitatẽ, & similem per omnia nobis, peccato excepto: qui unus & idem in duab9 naturis citra confusionem, citra mutationem, citra divisionem, citra separationem agnoscatur, servatis utriusq; naturæ proprietatibus, & in unam personam & unam hypostasin conspirantibus.*

Consessus quartus.

In quarto consessu, qui ad XVI. fuit Calendas Novembris, senatus primùm ab episcopis quærit, utrum fidei trecentorum ac decem & octo patrum Nicenorum, centum item & quinquaginta Constantinopolitanorum, quam Synodus

Synodus profiteatur, Leonis epistola congruat? Vbi ab omnibus respondetur, Congruere. Igitur subscriptiones à consentientibus petuntur. In Synodum deinde intromittuntur duodecim episcopi Ægyptij, eorumq; fides exhibita Imperatoribus recitatur, quæ sic ad verbum habet. Pijssimis ac Christi amatoribus, nostris Imperatoribus, Flavio Valentiniano, & Flavio Martiano, Victoribus ac triumphatoribus semper Augustis, ab omnibus episcopis Ægyptiacæ vestræ regionis. Quæ à principio tradita est nobis à sanctissimis & spiritualibus patribus orthodoxa fides, à sancto Evangelista Marco, & ubique audito episcopo & martyre Petro, & sanctis patribus nostris, Athanasio, Theophilo, sanctissimæ memoriæ Cyrillo: & nos servamus, & confessionis eorum sumus discipuli. Eam colimus, & secundùm eam sapimus: sicut & trecenti decem & octo, qui in Nice[illegible], & beatus Athanasius, & qui sanctis connumeratur, Cyrillus exposuerunt: anathematizantes omnes hæreses, & Arrij, & Eunomij, & Manichæi, & Nestorij: & illos qui dicunt, è cælo carnem Domini nostri fuisse, & non ex sancta Dei genitrice

virgine Maria, ad similitudinem omnium nostrûm sine peccato: super hæc, & omnes hæreses, quæ extra Ecclesiam Catholicam sapiunt & docent. Synodus postea ab ijsdem episcopis Ægyptijs postulat, ut Leonis epistolæ subscribant, & Eutychen damnent. Ibi diu reluctantur: acrius tamen Synodo urgente, Eutychen tandem condemnant: sed Leonis epistolæ posse se subscribere negant, quia Episcopus Alexandrinus, à quo universæ Ægyptiorum Ecclesiæ, ex authoritate & constitutione Nicenorum decretorum pendeant, jam nullus sit, & quia omnium Ægyptiorum episcoporum personas ipsi non sustineant. Intercedunt igitur pro ijs judices & senatus, & obtinent, ut subscriptionem illis differre usq; ad ordinationem Archiepiscopi Alexandrini licere, Synodus decernat, traditis interim ab ipsis fidejussoribus. Euagrius, dilationem etiam damnationis Eutychis ad Alexandrini usq; episcopi ordinationem concessam illis fuisse, retulit.

Leguntur post hæc monachorum supplicationes ad Imperatorem de cogenda universali Synodo. Contendunt quoque monachi, depositionem Dioscori præter

pium,

pium fas & æquum factam esse, ac justum esse, ut fide sua exposita, consessui interesit.

Consessus quintus.

Celebratur consessus quintus ad XI. Calendas Novembris. Disputatur in eo de fide, cui plerique consentiunt, sed quæ in acta tamen non refertur. Fit mentio depositionis Dioscori, quam Anatolius ait, non esse factam propter fidem: sed eam ob causam, quòd Leonem excommunicarit, ac tertiò in Synodum accersitus, per contumaciam venire recusarit. In ea disputatione, cùm ad Imperatorem res esset relata, edixit is, ut sex Orientales Episcopi, tres Pontici, tres Asiatici, tres Thraces, ac tres Illyrici, Anatolio præsente, ijsque, qui à Romano essent episcopo missi, in oratorium Martyris convenirent, ac de fide recta statuerent. Egressi illi ex martyrio, Anatolius scilicet, legati Leonis, Maximus Antiochenus, Iuvenalis Hierosolymitanus, & Thalassius Cæsariensis, determinationem complectentẽ formulas in Synodo Nicena, Constantinopolitana & Ephesina prima traditas, assertionẽ verè duarũ in una Christi persona naturarũ, promulgarunt.

Non

Nos brevitatis causâ, omissa præfatione, quæ admodum longa est, & item hæresium, Arrianæ, Pneumatomachorum, Nestorianorumq; damnatione, & Oecumenicorum conciliorum approbatione, ea saltem hîc adscribimus, quæ verba dispositiva, ut loquuntur, Symboli Chalcedonensis continent.

Symbolum Chalcedonense sicut ab Euagrio lib. 2. cap. 4. recitatur.

Chalcedonense Symbolum.

Ἑπόμενοι τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα. ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν, τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως

πῶς, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν. σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐχ ὡς εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ θεὸν λόγον καὶ κύριον ἰησοῦν χριστόν, καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς αὐτὸς ὁ χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον.

Initium quidem Confessionis est: Dominus noster ac Servator Iesus Christus, cùm fidei cognitionem discipulis confirmaret, dixit: Pacem meam do vobis &c. Posteà verò ita subsequitur, id quod est præcipuum: Sanctos itaq; patres sequentes, unum & eundem confitemur filium, Dominum nostrum Iesum Christum: & concorditer docemus omnes, esse eum perfectum in divinitate, & eundem perfectum esse in humanitate, verum Deum, & verum hominem eundem, ex anima rationali & corpore, coëssentialem patri secundùm divinitatem, & coëssentialem nobis secundùm humanitatem, per omnia nobis similem, dempto peccato, ante secula genitum ex

patre

patre secundum divinitatem, postremis verò diebus propter nos, & propter nostram salutem, ex Maria virgine & Deipara secundùm humanitatem, unum & eundem Iesum Christum, filium Dei, Dominum & unigenitum in duabus naturis inconfusè, inconvertibiliter, indivulsè, & inseparabiliter manifestatum: haud quaquam differentia naturarum propter unitatem sublata, sed magis utriusque naturæ, in unam personam & unam hypostasin concurrentis, proprietate servatâ: non ut in duas personas bipartiatur aut dividatur, sed ut sit unus & idem filius unigenitus, Deus Verbum, & Dominus Iesus Christus, sicut olim prophetæ de illo vaticinati sunt, & ipse nos Christus instruxit, ac patrum nostrorum Symbolum tradidit.

Quibus lectis, acclamatum ab omnibus est: Omnium patrum est hæc fides, metropolitæ jam subscribant, Apostolorum est hæc fides, hanc cuncti sequamur, omnes sic sentimus. Post quæ omnia Synodus decernit, ea quæ constituta essent à patribus, atque ab omnibus probarentur, ad Imperatorem oportere referri.

Con-

Conſeſſus Sextus.

Conſidetur ſextò in Synodum, VII. Cal. Novembris: cui conſeſſui Imperator ipſe intereſt, cum Auguſta: ac Synodum duabus orationibus idem monentibus, Græcâ alterâ, latinâ alterâ alloquitur, eâdem prorſus ſententiâ, qua in primo conſeſſu ad epiſcopos uſus fuerat: ſe nimirum non ambitionis alicujus, aut potentiæ oſtentandæ cauſa, ſed ad fidei confirmationem in Synodum veniſſe. Hortari ſe igitur conſeſſum, ut de fide conſentientes conſtituant ſententias, quibus contrà poſsit iri depravationibus nuper ab avaris, ambitioſis, & curioſis aliquot peſsimi exempli hominibus excogitatis, ac multorum cum vulnere diſsipatis. Se igitur operam daturum, ut quæcunq; à Synodo pie ac decenter conſtituta ſint, in perpetuum rata maneant.

Theodoſius hortatur epiſcopos ad concordiam.

Poſteaquam dicendi finem Imperator fecit, Aëtius archidiaconus Conſtantinopolitanus ei breviter exponit, quid in Synodo hactenus actum ſit, atq; ad monumenta & commentarios actionum eum remittit: deinde determinationem illam

illam seu fidei formulam, cujus initium est, Dominus & servator noster, &c. ei prælegit. Ea utrum secundùm omnium sit composita sententiam, & à Synodo tota approbata, Imperator quærit: cui ab omnibus respondetur, sic se credere. Post hæc edictum Imperatoris proponit, in eam sententiam: Quoniam exposita nunc est & declarata pia & catholica fides, à sancta & universali Synodo, secundùm Apostolorum & patrum orthodoxorum traditionem, justam me rem, utilem ac necessariam facturum arbitror, si deinceps quācunq; de fidei religione disputandi occasionem amputem & coërceam. Mando igitur atq; edico, ne quis seu plebejus, seu militaris, seu clericus, de fide publicè aliquid moveat: pœnas simul constituens, plebejis exilium, militaris autem vel Senatorij ordinis hominibus, & clericis, amissionem gradus ac dignitatis suæ, & pœnas alias.

De fide nihil publicè movendum esse edicit Theodosius.

Tria deinde Imperator rursus Synodo proponit, de quibus promulgari à Synodo decreta postulat. Primùm, ne quod ædificetur monasterium, præter voluntatem episcopi civitatis, quòd multi sub vitæ solitariæ prætextu & ecclesias & politias perturbent. Item, ut

per

per singulas civitates & provincias monachi subjecti sint episcopo, jejunio atq; orationi vacantes, nihil verò importuni aut Ecclesiasticis aut publicis rebus moventes. Secundum: ut quia clerici nonnulli & monachi studio pecuniarum mundanis sese negocijs immisceant, nemo deinceps clericus aut possessiones conducat, aut procurationes suscipiat, nisi sit ei ab episcopo iniunctũ: pœna constituta ordinis & dignitatis amissione. Tertium: ne clerici relictis Ecclesijs, in quibus primùm ministrare cœperunt, in alias transeant; nec quis episcopus desertores eos suscipiat, sub pœna excommunicationis.

Consessus septimus.

Septimum Consessum diem, volumen Conciliorum ad I V. Calendas Novembris frequentatum scribit, cum consessibus sequentibus VII. & VI. Calend. Novembris tribuat. In eo quid actum sit, Euagrius nihil indicat, nisi quod canones alios constitutos tradit, quorum nullum explicat. Volumen conciliorum compositas esse dissensiones inter Maximum Antiochenum, &

Iuvenalem Hyerosolymitanum episcopos (quod in octavum Euagrius videtur rejecisse confessum) & adsignatas Antiochensium Ecclesiæ duas Phœnicas & Arabiam, Hierosolymitanæ verò tres Palæstinas. Synodum postea decrevisse Domno, qui episcopus fuerit Antiochiæ, sumtus certos ac beneficia de Ecclesia Antiochena, Maximo episcopo Antiochiæ permittente.

Consessus octavus.

In octavo consessu, Theodoretus episcopus Cyri, (quem Dioscorus expulerat) sicut Liberatus narrat, jubetur damnare Nestorium. Respondet is: Venisse se in Synodum propterea, quòd calumniam passus esset, quasi hæreticè docuisset, testificaturus de sua fide, quòd ut ab orthodoxis nutritus & edoctus fuisset, ita etiam orthodoxè docuisset: ac non Nestorium solùm & Eutychen, sed & omnes non rectè credentes aversetur. Iussus autem claris verbis anathema Nestorio impingere, dixit: Anathema Nestorio, ijsque qui non dicunt Deigenitricem virginem Mariam, & qui in duos filios partiũtur unum filium unigenitum. Ego autem & definitioni fidei sub-

Theodoretus anathema dicit Nestorio.

subscripsi, & epistolæ sanctissimi archiepiscopi Leonis: ficq; sapio. Synodo igitur decernente, episcopatum suum recipit. Hoc ipsum verò (ut & id indicemus) Liberato secunda est actio confessus septimi, Euagrio verò confessus nonus.

Confessus nonus.

In nono confessu actum est de negocio Ibæ Edessenorum episcopi, quem Eutyches ut hæreticum damnaverat: & Dioscorus, qui Violentium ab episcopatu suo removerat.

Confessus decimus.

Ibæ igitur causa in confessu decimo transacta est. Is enim Orthodoxè sentire cognitus: & quòd Nestorium atque Eutychen publicè damnasset, Ecclesiam suam recipit.

Confessus undecimus.

In undecimo confessu decretum est, omnia quæ in Synodo Ephesi secunda sub Dioscoro acta fuissent, pro irritis habenda esse: ac nec dicendum quidem illud Concilium, exceptâ ordinatione Maximi Antiocheni. Qua de re Impe-

ratori Synodus supplicavit, ut lege ediceret, nihil ex illis, quæ post primam apud Ephesum congregatam Synodum, præside Cyrillo Alexandrino episcopo gesta essent, ratum esse, aut authenticum. Atq; hæc actio istius est confessus Euagrio.

Confessus duodecimus.

In sequente igitur confessu duodecimo Basiani & Stephani causa retracta est, præsidentibus Anatolio Constantinopolitano, & vicarijs Leonis Episcopi Romani, quorum nomine sententiam in utrumq; iudices pronunciarunt, ut removerentur quidem à sancta Ephesinorum ecclesia Basianus & Stephanus, haberent autem dignitatem episcopi atq, ex radicibus ejusdem Ecclesiæ, pro alimentis & sustentatione, annis singulis acciperent solidos C C. alter verò secundùm regulas eiusdem sanctissimæ Ecclesiæ ordinetur.

Confessus decimus tertius.

Vetus intercesserat lis inter Eunomium episcopum Nicomediensem, & Anastasium Nicenum, uter eorum in sua civitate haberet potestatem ordinandi

nandi metropolitanos. In decimo tertio igitur conſeſſu, poſt longam concertationem, cùm uterq; teſtimonia & probationes in medium adferret metropolitanatus in ſua urbe, ex literis Imperatorũ Valentiniani & Valentis, Synodus tandem decernit, Nicomediam ſemper fuiſſe metropolim, ideoq; ordinationem in provincia Bithyniæ ad epiſcopum ſuum ſpectare Nicomedienſem: Nicenum verò epiſcopum, nomine tantùm & honore metropolitani honorari.

Conſeſſus decimus quartus.

In quarto decimo conſeſſu Savinianus Parenſium epiſcopus accuſat Athanaſiũ, hominem præfractum, quòd epiſcopatum ſuum ſe excuſſo invaſerit: Synodus Saviniano ſedem ſuam reddit, depoſito Athanaſio. Euagrius etiam in hoc conſeſſu conſtitutum eſſe ait, ut ſedes Conſtantinopolitana dignitate poſt Romã proxima ſit.

Conſeſſus decimus quintus.

Conſeſſus decimus quintus cautione præmiſsâ, ut ratæ habeantur ſingularum Synodorum conſtitutiones, canones ſanxit viginti ſex, ex quibus ſequentes præcipuos adſcribimus.

2. Ne episcopi, clerici & monachi rebus se politicis implicent, aut prædia aliena conducant.

3. Ne absq; episcopi voluntate monasterium quis aut oratoriũ constructat: & ut monachi episcopi imperio se subjiciant, nec seu politicis sese negocijs, seu Ecclesiasticis immisceant.

8. Vt clericus cum alio clerico contendens, causam suam agat apud episcopũ.

13. Ne quis ex hæreticis aut Iudæis matrimonium contrahat.

15. Vt nec monachus, nec Deo consecrata virgo, conjuges fiant.

Conjugium prohibitum.

16. Vt per singulas ecclesias parochiæ & possessiones episcopis possidentibus maneant immobiles, maximè ijs, qui per annos triginta benè præfuerunt Ecclesiæ.

18. Vt bis per annum Synodus fiat.

22. Vt Constantinopolim confugientes, vel excommunicati, vel sine jussu episcopi, clerici inde ad suas ecclesias repellantur.

Confessus decimus sextus.

Romanenses de primatu contendunt.

In postremo confessu legati Romani episcopi impugnant constitutionem, se absentibus factam de altero primatu post

post Romanam sedem episcopi Constantinopolitani: & contendunt, primatum unum semper penes Ecclesiam fuisse Romanam. Damnant subscriptiones in eum canonem, easq; coactas esse dicunt. Quod verò singuli eorum, qui subscripserant, negant: ac se ultrò, non coactos subscripsisse affirmant. Decernunt igitur Synodi judices, primatum quidem & honorem præcipuum relinquendum esse episcopo Romano: attamen & Constantinopolitanæ Ecclesiæ primatui nonnihil deferendum, quia & fascibus imperij urbs ea ornata, & nova Roma dicta sit, ut potestatem habeat ordinandi metropolitanos in Asiana, Pontica & Thracia diœcesibus: ita tamen, ut metropolitanis cujuscunq; provinciæ liceat ordinare episcopos Liberati contra prærogativam Romani primatus verba adscribimus: *Cum Anatolius consentiente concilio primatum obtinuisset, legati verò Romani episcopi contradicerent, à judicibus & episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est. Et licèt sedes apostolica nunc usq; contradicat: quod à Synodo firmatum est, Imperatorio patrocinio permanet.*

De eminentia & prærogativa Romani & Constantinopolitani episcopi.

Decretum contra Romani Papæ principatum.

Legati autem Romani à Synodo petunt, suspendi id aut circumduci ad Epi-

scopi Romani usque judicium, cui petitioni Synodus non repugnat. Factis igitur & transactis omnibus, Imperatorem Synodus allocuta, decretum pro fidei expositæ confirmatione ab eo postulavit, recitatâ prius fidei formulâ. Sequitur verò contra hæreticos Imperatoris cautio.

Imperator Synodum Chalcedonensem confirmat.

Tantum de Chalcedonensi Synodo tradunt, volumen Conciliorum, Euagrius libro secundo, capite quarto, & decimo sexto, Liberatus Breviarij capite decimo tertio, Zonaras in Marciano.

Synodus Constantinopolitana.

Meminit actio quarta Synodi Chalcedonensis, alterius cujusdam Synodi sub Anatolio archiepiscopo Constantinopolitano, quæ videtur Chalcedonensem aliquo intervallo antecessisse.

Alexandrina Synodus.

Reversi, qui in Synodum Chalcedonensem cum Dioscoro venerant, Alexandriam episcopi & presbyteri, postea quam damnationi Eutychis & Dioscori subscripsissent, cum nobilibus civitatis Synodum conferunt, in qua de eligendo Dioscori successore deliberarunt.

Post

Post multam verò disceptationem, cùm plerique, quòd in vivis adhuc Dioscorus esset, substituendum ei neminem judicarent, communibus tandem suffragijs Proterius electus est. Liberatus capite: 14.

Arelatensis tertia.

Anno C. 454.

Celebrata est Arelatensis tertia Synodus consulatu Opilionis & Vincemali, quod est anno Christi quadringentesimo quinquagesimo quarto, Marciani Imperatoris anno tertio, secundùm Marianum, ab episcopis triginta quatuor, occasione solicitudinis sacerdotum Domini, de servandis canonibus Ecclesiasticis. Constituerunt igitur primùm, ut diaconi ante annos viginti quinq;, & sacerdotes ante triginta non ordinentur. Secundò, ut digami, vel pœnitentes, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotia non provehantur. &c.

Sub Leone.

Anno C. 461.

Turonensis.

Synodum provincialem in Turonum civitate celebratam, Marianus in

annum Christi reiecit quadringentesimum sexagesimum primum, alij in annum quadringentesimum sexagesimum quintum, ab episcopis Perpetuo Turonense, Victurio Cenomannicense, Leone Bituricense, de occasione vitiatæ regulæ de disciplina Ecclesiastica.

De castitate clericorum.

Constituit hæc Synodus canones 13. quorum aliqui clericos hortantur ad castitatem, additâ ratione: Quod si laico abstinentia imperetur, ut orationi vacare possit, quantò magis sacerdotibus, quos omni momento expeditos esse oportet ad offerendum sacrificium pro populo, omni cum mundicia, & puritate: Alij hortantur ad abstinentiam: cæteri regulas continent de institutione clericorum. Volumen Conciliorum.

Synodus Romana.

Celebrata est Romana quædam Synodus Consulibus Hermineric̃o & Flavio Basilico, quod est anno Christi (secundùm Marianum) quadringentesimo sexagesimo quinto.

Decrevit hæc Synodus primùm, ne bygami, vel viduis vel corruptis juncti, aut ignari literarum, vel mutilo corpore ad ordines Ecclesiasticos admittantur. Volumen Conciliorum.

SVB ZENONE.

Synodus Tarraconensis.

Convenerunt ad Synodum in Tarraconensium urbe decem episcopi, Ioannes Tarraconensis, Paulus Tirassanensis, Hector Carthaginensis, &c. anno 6. Theodorichi regis Gotthorum, quem ad occupandam Italiam Zeno sollicitavit: quod est anno Christi circiter 480. Occasio fuit, necessitas confirmandi superiorum patrum statuta.

Inter alia decreta ad disciplinam pertinentia hæc sunt præcipua: 1. Ne fœminis clerici aut monachi cohabitent, aut conversentur, etiamsi earum curam ratione parentelæ gerant.

Studium emendi vilius & vendendi carius.

2. Ne qui in clero esse voluerit, emendi vilius, aut vendendi carius studio utatur.

Romana.

Anno C. 487.

Flavio Boëthio Consule, anno minimum Christi (juxta Marianum) 487. Imperij Zenonis 3. Felix episcopus certior factus in Africa diaconos quosdam, presbyteros & episcopos, cum promiscua multitudine rebaptizari, Synodum

cogit

coëgit Romæ, & consedit cum episcopis multis, quorum nomina liber Conciliorum explicat: atq; ex ea decretalem misit epistolam, continentem capita sex: de rebaptizatis scilicet dolentibus, & pœnitere volentibus, ut humaniter & debitè tractentur à sacerdotibus, deq; nonnullis alijs, quæ adscribere supervacaneum est.

Carthaginensis Homousianorum & Arrianorum.

Vandalorum rex Honoriehus, imperium in eam gentem adeptus, sub annum Domini 476, & Arrianâ imbutus impietate, Cyrilla Arrianorum episcopo incitante, Carthaginem convocat Homousianos catholicos, ex Africa tota atq; insulis maritimis, & ad Eugenium, episcopum Carthaginensem celebris & laudatæ vitæ, edictum mittit.

Cyrilla Arrianus episcopus.

Adficiuntur eo edicto magnâ perturbatione & dolore Homousiani: ab Eugenio autem Episcopo impetrant, ut placandi inimici regis causâ ejusmodi scripto respondeat, quo animum ejus irâ percitum mitigaret: Sed cùm nihil minùs quàm placationem illam rex Arrianâ

riana labe rabidus admitteret, convenient Carthaginem, non universæ solùm Africæ, verùm etiam insularum multarum episcopi, mærore confecti. Fit silentium diebus multis, quousque peritos quosq; & doctissimos viros exinde separaret, calumnijs appositis enecandos: Nam unum ex ipso choro doctorum nomine Lætum, strenuum atq; doctissimum virum, post diuturnos carceris squalores incendio concremavit: æstimans tali exemplo se timore incusso, reliquos elisurum. Tandem venitur ad disputationis conflictum, ad locum scilicet, quem delegerant adversarij. Evitantes igitur nostri vociferationis tumultus, ne fortè postmodum Arriani dicerent, quòd eos nostrorum oppressisset multitudo, eligunt de se nostri, qui pro omnibus responderent, decem. Collocat sibi Cyrilla cum suis satellitibus in loco excelso superbissimum thronum, astantibus nostris, dixeruntque nostri episcopi: *Illa est semper grata collatio, ubi superba non dominatur elatio, sed ex consensu communi venitur, ut cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum est agnoscatur. Nunc qui erit cognitor, qui examinator velut libra Iustitiæ aut bene prolata confirmet, aut prauè assumta refellat?*

Lætus orthodoxus ab Arrianis occiditur.

Superbia Arriani episcopi.

Et

Et cùm talia, & alia dicerentur, jubentur universi filij Catholicæ Ecclesiæ qui aderant, centenis fustibus tundi. Tunc clamare cæpit beatus Eugenius: Videat Deus vim, quam patimur: cognoscat afflictionem persecutionum, quam à persecutoribus sustinemus. Conversiq; nostri, Cyrillæ dixerunt: Propone quod disponis. Cyrilla dixit: Nescio latinè. Episcopi nostri dixerunt, semper te latinè esse locutum, manifestè novimus: modò excusare non debes, præsertim, quia tu hujus rei incendium suscitasti. Et videns Catholicos episcopos ad conflictum magis fuisse paratos, omnino audientiam diversis cavillationibus declinavit.

Orthodoxi vindictam Deo committunt in Arrianos.

Quod antè prævidentes catholici, libellum de fide conscribunt, satis decenter sufficienterque fidei Christianæ summam complectentem, quæ apud Victorem extat. Brevem verò summam Antoninus recitat titulo 11. cap. 10. distinct. 6. Post eam professionem, Victor ait, Homousianos apud regem accusatos fuisse, quasi scriptum in disputatione proferentes, ne audiri possent, effeciſſent: atque ibi demum secutum regis edictum, de persecutionibus immanibus,

manibus, proscriptionibus, & direptionibus Episcoporum Catholicorum, quorum ultra trecentos & triginta in exilium pulsos, Contractus indicat in Chronico, circa annum Domini 490. Victor de persecutione Vandalica lib. 2. & 3.

SVB ANASTASIO.

Epaunensis.

Qui in magnum volumen Concilia congessit author, constare sibi negat, quonam sub cœlo Epaunensium civitas sita sit: Synodum tamen in ea, Gelasij episcopi Romani tempore celebratam indicat, ab episcopis septuaginta, occasione promulgandi quid vel de antiquis constitutionibus, vel de suis regulis Episcopi illi contermini sentiant. Edidit quadraginta canones oppidò scilicet necessarios, qui omnes ferè ad institutionem clericorum, episcoporum & Ecclesiarum pertinent. *Epaunensium civitas.*

Synodus Romana.

Damnavit in Synodo quadam Romæ congregata Gelasius iterum, Petrum Alexan-

Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum, certior factus perpetrari ab illis per Græciam mala multa & homicidia. Volumen Conciliorum ex libro Pontificali de Gelasio papa.

CAPVT VI.

DE SYNODIS SEXTÆ Centuriæ post Christum natum.

SYNODI SVB ANASTASIO Imperatore.

Synodus Ravennas.

Dissidium in ordinatione Symmachi & Laurentij ortum, aliquot Synodis negotium facessit. In prima, quæ Ravennæ coram Theodorico rege celebrata est, decreverunt Symmachum debere papatum obtinere: quia & primò ordinatus & à maxima parte electus esset. Platina & liber Pontificalis.

Synodus

Synodus Romana prima sub Symmacho.

Prima Synodus Romæ â Symmacho peracta anno quingentesimo, videtur privata fuisse, aut certè ex paucis collecta. In ea enim, ut sibi clerum reconciliaret, Laurentium suum competitorem seu æmulum Nucerinæ civitati episcopum constituit. Liber Pontificalis, & Cuspinianus in Aurelio Cassiodoro.

Secunda Romana sub eodem.

Sex Synodos sub Symmacho celebratas, affirmat Isidorus, in vita ejus. Sed in tomis Conciliorum secunda desideratur, neq; aliàs, quid in ea actum sit, in historijs indicatur.

Tertia Romana sub eodem.

Hujus Synodi historia, sicut & multarum aliarũ, obscura est, propter actorum defectum. Extat in tomis Conciliorum fragmentum quoddã, quod tamen ex diversis & non cohærentibus consu-

tum est membris: ut vix divinare liceat, quid & quomodo sit actum.

Anno C. 523.

Indicatur autem, Flaviano Avieno viro clarissimo Consule (qui, juxta Marianum Scotum, fuit anno Domini 523, & 524, juxta Haloandrum vero 504, & 505.) celebrata esse.

Clerici contra Symmachum.

Occasionem præbuit dissidium clericorum. Nam illi recesserunt à communione Symmachi, propterea quod ipsius electio celebrata esset sine Senatus consensu, contra Basilij præfecti prætorij & regis Odoacris legati decretum, tempore Simplicij factum: & bona quædam Ecclesiæ per legitimam scripturam vendita, possessori eripuisset. De hac re cùm esset tractatum in Synodo, decretum de ordinatione pronunciatur irritum. Primùm quia sit contra canones, ut laici electionem Pontificis in suam potestatem redigant. Deinde, quia non licuerit laico aliquid in Ecclesia statuere. Tertiò, quia neque papa Romanus subscripserit, neque aliquis assensus sit metropolitanus.

Postea canones quosdam condunt, qui indigni sunt, ut huc adscribantur, possunt autem è conciliorum libro peti.

Quarta

Quarta Romana, sub eodem.

Quarta Synodus à Theodorico rege convocata est, ex Episcopis Italiæ, Liguriæ, Aemiliæ, & Venetiarum, circa annum Domini quingentesimum quartum, juxta Iornandem: Ruffo Magno, Fausto Avieno, viris Clariss. Consulibus, X. Calen. Novembr. Convenerunt autem episcopi 115, juxta eundem: aut 120, juxta Isidorum, ut controversiam inter clerum & quosdam ex senatu & Symmachum, cognoscerent & dirimerent. Patres in initio disputant de eo, qui Synodum convocare debuisset: & Theodorico indicant, eam potestatem penes solum pontificem Romanum esse, propter meritum Petri, principis Apostolorum, & authoritatem aliorum Conciliorum, in quibus ea potestas ipsi sit tradita. Theodoricus respondet, Symmachum literis ad se datis petijsse Synodi collectionem, easq; literas patribus exhiberi curat. Deinde in consessum Symmachus venit, & gratias agit regi pro convocatione Synodi, & testatur eâ se diu desideraſse: ac potestatẽ Synodo facit, juxta Ecclesiastica

Romanenses contendunt jus convocandi Synodum penes Pontificem solũ esse.

statuta corrigendi, quæcunq; videantur emendatione indigere: ac petit se prius restitui in integrum.

Mittuntur igitur ad Theodoricum legati. Verùm ille respondet: Debere papam prius disceptare cum suis adversarijs, & se de objectis criminibus purgare, quàm recipiat patrimonium & Ecclesias amissas.

In altera sessione, quæ facta est in Hierusalem Basilica Sessoriani palatij, adversarij Symmachi offerunt libellum accusatorium.

Symmachus vulneratur.

Symmachus cum quibusdam presbyteris suis ad patrum consessum tendit, ad objecta responsurus. Sed ab adversarijs in itinere ita excipitur, ut vulnera secum reportet, etiam cædibus perpetratis.

Synodus post dies aliquot, acceptâ à Theodorico rege potestate, mox citra causæ cognitionem prius contra Symmachum gesta per ἀμνησείαν tollit. Nam assentatores pontificis pronunciant eum immunem & liberum ab omni accusatione; & hortantur omnes, ut sacram communionem ab eo percipiant: & clericos, qui ab eo recesserunt, jubent cum eo reconciliari: ac sine ejus consensu missas

missas celebrare vetant, sub pœna à Canonibus adversus schismaticos statuta. Et Laurentium Nucerinum, & Petrum Altinatem, qui sedem Apostolicam invaserant, condemnant. Deinde ad Senatum legatos mittunt, ac indicant, Deo esse commissam totam disceptationem adversus Symmachum, ac eum absolvunt, his de causis. Prima: quia non sit fas, summum pontificem ab alijs judicari, quem Deus suo judicio reservarit. Secunda: quia multa in principio ejus negotij præposterè sint acta. Tertia: quia etsi aliquid sit fortè in Symmacho imbecillitatis, tamen eam B. Petri meritis compensari. Quarta: quia aliter fieri non potuerit, cùm penè omnis populus ejus communioni adhæserit. Quinta: quia princeps ejusmodi compositionem approbarit. Ac rogant, ne Senatus hanc sententiam discutiat, sed ut filij obedientes amplectantur, ne novis tumultibus detur occasio. Constant hæc ex tomis Conciliorum, Iornande, Isidoro, & Theodori Coll. lib. 2.

Symmachus absolvitur.

Quinta Romana Synodus sub eodem.

Cùm ad eum modum, ut in antecedentibus diximus, Symmachum absolvisset pseudosynodus, presbyteri & clerici Romani, qui accusatores ejus fuerant, edito scripto istius concilij modum præposterum, & sententiam illegitimam oppugnabant: quod si extaret, hanc historiam plurimum illustraret. Quantum autem licet conjicere ex fragmentis, quæ in Euodio allegantur, hæc inter alia reprehenderunt. Primum, quod non omnes isti sacerdotes, qui adfuerũt, à rege sint acciti, sed à Symmacho: nec omnes consenserint in ejusmodi sententiam de absolvendo Symmacho. Deinde, quòd non paruerint mandato regis de discutienda causa. Tertiò quòd si nõ liceat judicare de papa, necesse sit Petrum & successores ejꝰ peccandi licentiam suscepisse à Domino, cum sedis privilegijs. Quartò quòd falsò asseruerint, præsulem apostolicæ sedis nunquam minorum subjacuisse sententiæ. Nam certè eum ad iudicium districta conventione esse productum: & viros jussos esse præsentari, qui de ejus criminibus testarentur. Quintò quòd non sit facta inquisitio, nec testes examinati. Sextò quod Symmachus detrectarit in iudicio causam dicere, cùm

Absolutio Symmachi pronunciatur vana & impia.

Negatur Papam non subesse concilij Iudicio.

tamen nec Christum ipsum, nec Deum, nec Samuelem, nec Athanasium, nec alios pios puduerit se subjicere aliorum legitimo judicio. Septimò, quòd Synodus, quæ ipsum absolvit, novo exemplo sit convocata ab eo, de cujus criminibus debebat fieri cognitio: quem non sit verisimile convocaturũ eos, quos scit sibi non favere. Octavò, quòd Symmachus quater evocatus judicia spreverit: & indicta causa, derelictis defensoribus discesserit: & quòd nunquam cũ accusatoribus suis aperta pugna conflixerit. Nonò, quòd contra regis decretũ, qui visitatorem constituerat, Symmachum restituerint. Decimò, quòd Symmachi excessus & scelera non sint punita. Vndecimò, quòd sententia præpostera & impia sit prolata. *Contra statum Papæ.*

Id verò scriptum ut opprimeret Symmachus, & injustam Synodi sententiam confirmaret, Euodium Ticinensem episcopum curavit refutare: id quod ille quidem conatus est, sed nullis veris fundamentis aut rationibus. Ac ut authoritate aliorum suos adversarios protelaret, convocavit ex ijsdem suis adulatoribus Synodum centum & viginti episcoporũ, iuxta Isidorum in vita ejus:

Symmachi auctoritate & pseudosynodi suam eminentiam stabilire conatur.

aut ducentorum & octodecim juxta alios: circiter annum Domini quingentesimum quintum, indictione nona, regnante Theodorico, post consulatum Avieni. Principio Euodij libellus profertur & palàm legitur. Deinde approbatur & confirmatur, ac inter acta quartæ & quintæ Synodi refertur, & par reliquis decretis apostolicis haberi jubetur. Tertiò, patres deliberant, de anathematizandis omnibus illis, qui Symmachum accusassent, aut judicassent, aut damnassent, & contra Synodi decreta garrijssent, aut scripsissent. Sed Symmachus illis quidem agit gratias pro sua in sedem apostolicam benevolentia: verùm pronunciat, ex misericordia illis ignoscendum esse, & repetitis majorum decretis, cavendum, ne quis in posterum idem affectet.

Porrò decreta, cùm omnia eò tendant, ne quis Pontificem Rom. accusare aut in suspicionem criminis adducere audeat, adscribere supersedeo.

Sexta Romana Synodus sub eodem.

Anno

Anno Domini 513, circa Calendas Octobr. jussu Theodorici regis Italiæ, celebrata est alia Synodus à Symmacho, juxta Platinam in vita ejus. Anno C. 513.

Occasionem præbuerunt regis satellites & ministri, qui eo nomine, quòd sibi à suo Domino ex liberalitate donatæ essent, prædia & alia bona Ecclesiastica rapiebant. Deinde & literæ Orientalium episcoporum, materiam Synodo præbebant, quibus contra hæresin Eutychianam & Nestorianam, in quam Anastasius Imperator inciderat, adeò ut Orthodoxos opprimeret & persequeretur, auxilium petierant.

Convenerunt autem episcopi ex Italia, Sicilia, Macedonia & Asia, ut patet ex catalogo subscriptorum. Symmachus autem non tantum præsedit, sed etiam decreta dictavit, quæ ab alijs sine ulla disceptatione sicut oracula Dei approbata sunt, communi acclamatione.

Platina dicit, Eutychianos & Nestorianos damnatos in hac Synodo esse. Idem apparet ex epistola Symmachi ad Ecclesias per Illyrium, Dardanum & Daciam.

Synodus Ilerdensis.

Synodum Ilerdensem in Hispanijs sub Theodorico celebratam Isidorus meminit, anno 15. Theodorici regis, VIII. Idus Augusti, ab episcopis octo; ut notatur in libro Conciliorum.

Qua occasione & quo ordine ac modo omnia sint acta, scriptorum negligentiâ ignoratur.

Decreta porrò istius Synodi tædet adscribere, præter ista pauca: quod nimirum in decreto Gratiani & Iuonis citatur hic canon: Non oportet à septuagesima usq; in octavam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Iohannis baptistæ, & ab adventu Domini usq; post Epiphaniam, nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur. 33. quæst. 4. non oportet in 70. Et in decreto Iuonis lib. 6.

Quo tempore non sint celebrandæ nuptiæ.

Itemque alia duo decreta Ilerdensis Concilij, quorum primum desumptum est, ex vetusto codice librorum 5. cap. 134. libri 2.

Viduæ episcoporum non debent accedere ad secunda vota.

Episcopi, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.

Decre-

Decretum secundum, desumtum ex libro 9. libri sexdecim librorum, capite 4.

Vt in Christianorum nuptijs non saltetur. Quòd non oporteat Christianos euntes ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venerabiliter cænare vel prandere, sicut Christianos decet. *Saltationes prohibitæ.*

Synodus Valentina.

Valentinum Concilium in Hispania, circiter annum 15. Theodorici, à sex episcopis celebratum est: sicut indicat liber Conciliorum & Isidorus. Decretæ ejus Concilij feruntur sex, nihil prorsus de religione & fide, sed solummodò lectione Evangelij die Dominico, deq; ritu sepeliendi episcopos & similibus rebus tractantia. *Lectio evangelij die Dominico.*

Synodus Constantinopolitana.

Euphemius cum videret Synodi Chalcedonẽsis decreta à Petro Alexandrino damnari, magno cum veritatis incommodo & Ecclesiæ perturbatione, Synodum ex peregrinis episcopis coëgit, ac in ea statuta illa confirmavit, eorumq; impugna-

impugnatores damnavit: ut narrat Nicephorus Monachus in historia Ecclesiastica. Hac autē re Imperator offensus, Euphemium in exilium expulit. Euagrius lib. 3. cap. 30.

Synodus Sidonensis.

Anastasius anno vicesimo Imperij sui, Synodum convocavit apud Sidonem, ad petitionem Xeneæ Hierapoleos episcopi.

Occasionem ei præbuit Imperatoris error & furor, & constantium doctorum confessio, & reprehensio, eorum, quæ malè ab Imperatore fiebant. Nam cùm Anastasius somniaret, dissidium inter doctores de Chalcedonensi concilio posse ἀμνησίᾳ & tyrannide sopiri, conjunxit sese cum parte hæretica, quæ damnabat veram sententiā: & alteram est persecutus, ac ejecit Euphemiū Constantinopoleos episcopum, & postea Macedonium, propterea quòd nollent damnare decreta Synodi Chalcedonensis; ac substituit Timotheum. Cùm autē Flavianus Antiochiæ & Elias Hierosolymorum episcopi protestarentur, se non posse probare Imperatoris factum, quod sine ulla legitima cognitione & judicio Ecclesiæ illos ab officio

Anastasius Imperator per ἀμνησίαν vult tollere dissidiū in religione.

per vim amovisset, adversus illos furiosè excanduit: & communicato cum suis adulatoribus & seductoribus consilio, in eum finem hanc Synodum congregavit, ut decretis Chalcedonensis concilij damnatis, Flavianus & Elias in exilium pellerentur.

Episcopi adulantur Anastasio Imperatori.

Convenerunt autem ex Palæstina & Oriente episcopi circiter octoginta, juxta Marcellinum, qui omnes partibus Imperatoris & hæreticorum addicti erant, quibus præsidebant Soterichus Cæsareæ Cappadociæ, & Xeneas Hierapoleos episcopus. Nicephorus lib. 16. cap. 32.

Cùm autem, ut videtur, etiam Elias & Flavianus essent ad Synodum citati, in eum sacrilegum cætum recusarunt venire; ut refert Cuspinianus ex Marcellino, in Aurelio Cassiodoro.

Synodus apud Heracleam.

Convenerat inter Anastasium & Theodoricum de Synodo convocanda, in qua religionis controversiæ legitimè componerentur. Veneruntetiam episcopi ex diversis locis ferè ducenti. Sed illuſi

illusi ab Imperatore, & Timotheo Constantinopoleos episcopo, re infectâ recesserunt. Illud verò neque Imperatori honorificum, neq; imperio utile fuit: Nam à populo & Senatu Romano perjurij est insimulatus, & Theodoricus acceptâ occasione sævijt in exercitum ejus. Paulus Diaconus lib. 15. in vita Anastasij.

Synodus Aurelianensis.

Ludovicus rex convocat Synodum Aurelianensem.

Anno 22. Anastasij, juxta Bedam & Sigebertum, celebrata est prima Synodus à Francis, in Oppido Aureliæ. Convocavit eam Clodoveus seu Ludovicus, ut ipsi patres in epistola sua fatentur. Vincentius verò lib. 21. cap. 23. asserit, à Melanio congregatam esse.

Convenerunt episcopi triginta duo, seu (ut liber Conciliorum, & Sleidanus in libello de 4. Monarchijs, notant,) triginta tres: Primas verò partes in ea obivit Melanius, familiaris regis.

Occasionem præbuit corruptus Ecclesiastici regiminis status, & dissolutio disciplinæ, propter motus bellicos, & magistratus absentiam, ac præfectorum negligentiam: ut videtur colligi posse ex epistola Clodovei ad Synodum.

Decretæ

Decreta hujus Concilij pleraq; hinc inde in Pontificio Iure allegantur, utpote 36. quæst. 1. de raptoribus autem: 6. quæst. 7. Si quis ab episcopo, dist. 54. Si servus absens: dist: 81 Si diaconus, dist. 5: de his qui, &c, quæ ad disciplinam pertinent.

Synodus Gerundensis.

Gerundense Concilium anno 7. Theodorici regis, VII. Idus Iunij, Agapeto consule habitum esse, liber Conciliorum autumat: sed apud historicos altum de eo est silentium, circa hoc tempus. Gratianus quidem ex Gerundensi Concilio allegat canones quosdam: sed an hoc vel alio tempore celebratum sit, non indicat.

Hujus quoque Concilij statuta disciplinam concernunt, quorum duo in jure Canonico citantur, de cons. dist. 2. institut: & de consecratione dist. 4. de catechumenis. Canon quintus sic habet: De parvulis, qui nuper è materno utero editi sunt, placuit constitui: ut si infirmi (ut assolent) fuerint, & lac matrium non appetant, etiam eadem die, qua nati sunt, si oblati fuerint baptizentur. Ex quo apparet, tunc temporis

Infantes non statim eo die, quo nati sunt, baptizandi.

in

in usu non fuisse, ut infantes statim eo die, quo nati sunt, baptizarentur.

Matutina & Vespertina oratio.

Addo decimum canonem, qui sic habet: Item nobis semper placuit observari, ut omnibus diebus post matutinas & vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur.

Cæsaraugustana Synodus.

Isiodorus meminit Synodi Cæsaraugustæ, sub Theodorico celebratæ, ac obiter quædam isthic decreta perstringit. Liber verò Conciliorum notat id factum esse quarto nonas Octobris. Qualis ea fuerit, è subjectis tribus patet canonibus: 2: Ne quis jejunet die Dominica causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis.

Die Dominica non jejunandum.

3. Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum, Ab universis episcopis dictum est: placet.

Doctoris nomen nemo sibi imponere debet.

7. Item lectum est: Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas, quibus concessum est: secundùm quod scriptum est. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

Synodi

Synodi sub IVSTINO.

Constantinopolitana Synodus.

Regnante Iustino, Constantinopoli à Ioanne Cappadoce, qui Timotheo successit, (juxtà Nicephorum lib. 17. cap: 2) celebrata est Synodus, cujus acta postea in prima actione quinti Concilij universalis repetita sunt.

Causam autem præbuerunt clerus & monachi Antiocheni, qui apud Ioannem accusarunt Severum suum episcopum, de falsa doctrina, de invasione illegitima ministerij, de persecutione piorum, de bonorum ecclesiasticorum rapina: & petierunt sibi à Synodo opem ferri, & Severum damnari. Cui etiam monachorum & populi postulationi Iohannes de consilio patrum paruit, eamq; Synodi sententiam etiam Iohanni Hierosolymorum episcopo, & Epiphanio Tyri perscripsit, alijsq;, qui eam approbarunt. *Severus Antiochenus coram Synodo accusatur.*

Synodus Episcoporum secundæ Syriæ.

In hac Synodo Apameenses monachi senatui episcoporum secundæ Syriæ libellum obtulerunt, in quo conquerunt, se in via publica à Severo & socijs ejus hostiliter impetitos, & partim captivos abductos, partim vestibus exutos esse.

Deinde etiam Petrum Apameensem accusant de varijs sceleribus, quæ cùm probata essent, a Concilio damnatus, & anathemate percussus est.

De Concilijs sub Imperatore IUSTINIANO Magno.

Synodi Romanæ sub Bonifacio Secundo.

Bonifacius pp.

Tres Synodi Romæ hoc tempore à Bonifacio Pontifice celebratæ commemorantur, quæ cùm omnes privatam Papæ causam tractarint, supervacaneum est, de ijs quicquam hic dicere.

Synodus Toletana secunda.

Anno quinto Amalrici regis, apud Toletanam urbem concilium secundum celebratum est, tum propter veteres canones revocandos, tum novos ad disci-

plinam

plinam ecclesiasticam utiles & necessarios instituendos.

Decreta autem isthic facta in libro conciliorum referuntur, è quibus primum adscribimus.

De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio vel monachali posuit, pariter statuimus observandum, ut mox cùm detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia, à præposito sibi debeant eruditi. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis (Deo inspirante) placuerit, & promissionem castimoniæ suæ, absq; coniugali necessitate, responderint servaturos: hi tanquam appetitores arctissimæ viæ, levissimo Domini iugo subdantur, ac primo subdiaconatus ministerium, probatione habita professionis suæ, à vigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffensè vigesimum & quintũ annũ ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium (si scientes implere posse ab

Monachi decimooctavo ætatis anno interrogati an vellẽt cælibes manere.

Episcopo comprobentur) promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores, ad terrenas nuptias, aut abortivos concubitus ultrà recurrant. Quod si fortè fecerint, ut sacrilegij rei, ab ecclesia habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo sententiam auferre non possumus, ita ut cùm provectæ ætatis, in conjugio positi, renunciaturos se pari consensu operibo carnis spoponderint, aut sacros gradus adspirent.

Nubendi desiderium monachis non prohibitum.

Synodus Constantinopolitana.

Agapetus Rom. Episcopus Constantinopolim ad Iustinianum ablegatus, à rege Theodato, Anthimum episcopum Constantinopoleos arguit & convincit, quod unam tantum in Christo doceret naturam: eumque ne semel quidem in conspectũ admissum, libellis monachorum fidem habens, episcopatu deiecit. Cùm autem ille de præpostero & illegitimo processu cõquereretur, quòd causâ incognitâ, tantùm ob falsas delationes

Anthimus episcopus Constantinop.

tiones sit depositus, & Agapetus esset mortuus, consensu successoris eius Agathonis Synodus indicta est Constantinopoli ab Augusta, & convenerunt episcopi 165, iuxta Pavinium.

Verùm ille sive malè sibi conscius, sive de patrum fide dubitans, sese occultavit, & ad Synodum non venit. Quare patres contra illum, ut contumacem, sententiam tulerunt, ac omnem sacerdotalem dignitatem ei abrogarunt. Nicephorus lib. 17. cap. 9.

Acta huius Synodi extant in secundo tomo Conciliorum, sub titulo secundæ, tertiæ & quartæ actionis Quinti Concilij Constantinopolitani.

Altera Synodus Constantinopoleos.

Paulò pòst altera Synodus Constantinopoli est habita, quam Iuo in chronico, Ottho Phrisingensis & alij recentiores Quintam universalem vocant. Huic præfuerunt Agathon antecessor Sylverij: Nicephorus lib. 17. cap. 26. Item Romanus episcopus & Menas Constantinopoleos.

In ea autem tractatum est de causa

Severi, quem sub Iustino damnaverat Synodus Constantinopolitana, ut suprà diximus: Et de causa Petri Apameæ, quem episcopi secundæ Syriæ deposuerant, & de Zoora monacho Syro. Ac re cognitâ Iustinianus Imperator constitutione editâ Severum, Petrum & Zooram ad exilium damnavit.

Severi scripta abolentur.

Ex imperiali illa constitutione eum paragraphum, qui de abolendis Severi libris est, subjicimus, qui sic habet: Sicut non licet Nestorij libros scribere, vel possidere, quia prædecessoribus nostris Imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere, similes dictis à Porphyrio contra Christianos: Sic nec dicta & scripta Severi maneant penes aliquem Christianum, sed sint prophana & aliena ab Ecclesia catholica, igneque comburantur à possidentibus: nisi qui ipsa habent, vellent periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neq; ad velocitatem scribentium: sciendo quòd amputatio manus his, qui scripta illius scribunt, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi.

Synodus

Synodus Constantinopolitana quinta, Oecumenica seu universalis dicta.

Iustinianus anno Imperij sui vicesimo quarto, Domini verò 551, Quintam Constantinopolitanam Synodum convocavit ex episcopis omnium Ecclesiarum. Euagrius lib. 4. cap. 38. *Anno C. 551.*

Occasionem præbuerunt falsa dogmata & scripta, quæ contra quatuor Synodos universales à quibusdam defendebantur: maximè verò Eustochij Hierosolymorum Episcopi zelus adversus Origenis errores. Nam cum is in Palæstina in monasterio Nova Laura dicto, dogmata Origenis à monachis non modò probari, sed etiam propagari cognovisset, adeò acriter se ijs opposuit, ut veritati cedere nolentes, loco illo ejiceret. *Eustochius damnat libros Origenis.*

Horum autem defensionem Theodorus cognomine Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus suscepit, ac fretus gratiâ Imperatoris (familiaris enim & charus ei erat, propter dexteritatem in expediendis negotijs) cœpit Eustochiũ ad aulam accusare & clamitare, facinus impiũ & flagris dignum ab eo commissum esse. *Theodorus Ascides Cæsareæ episcopus.*

Iustinianus autem, cùm præter hoc dissidium, etiam aliud inter doctores esse intelligeret, nimirum de Theodori Mopsuesteni, & Theodoreti & Ibæ scriptis, passim ad insigniores Ecclesiarum doctores scripsit, ac judicia & censuras de illis collegit: & tandem Synodum indixit, in qua communiter de illis rebus in ecclesiæ utilitatem statueretur.

Theodorus Mopsuestenus.

Censuræ episcoporum collectæ ante Synodum.

Venerunt autem Constantinopolim Vigilius Romanus, Apollinarius Alexandriæ archiepiscopus, Domnus patriarcha Theopolis, Stephanus Raphiæ episcopus, Georgius Tiberiadis, Damianus Sozysæ, vicem agens Eustochij Hierosolymorum, &c.

Vigilius R. P

In primum consessum venerunt omnes, exceptis Vigilio Romano, & Primasio Africano, & Sabiniano, Projecto & Paulo Illyricanis episcopis. Præsedit autem Eutychius Constantinopoleos Patriarcha. Ac primùm Imperator per Theodorum virum spectabilem patribus offert scriptum, in quo indicat, ob quam causam Synodum convocarit: & capita deliberationis proponit, nimirum ut decernant, an liceat hæreticos mortuos damnare: deinde ut examinent

Constantinopolitanus episcopus Præses Concilij V. œcumenici.

Propositio Synodi quinctæ.

scripta

scripta Theodori Mopsuesteni, Theodoreti & Ibæ. Evagrius lib. 4. cap. 38.

In scripto Imperatoris primò historia Synodorum à prioribus Imperatoribus convocatarum commemoratur & approbatur; postea episcopi congregati Theodori Mopsuesteni, Theodoreti & Ibæ scripta examinare, deq; ea quæstione, an liceat hæreticos post mortem condemnare, sententiam ferre jubentur.

Theodoretus Nestorianam hæresin defendit.

De Theodoreti verò libris contra Cyrillum ita scribit in eadem epistola Imperator: *Insuper autem hortamur vos inspicere, & quæ impiè scripta sunt à Theodoreto contra rectam fidem, & Epk esinam primam sanctam Synodum, & contra sanctæ memoriæ Cyrillum, & contra duodecim eius capitula, & quæ impiè idem Theodoretus conscripsit pro Theodoro & Nestorio, & blasphemijs eorum contra sanctæ memoriæ Cyrillum, &c.* Hinc enim apparet, Theodoretum ab Imperatore Iustiniano fuisse Nestorianum pronunciatum.

Iustinianus in Synodo œcumenica quinta vult Scripturam esse Iudicem controversiarum.

Hac deniq; piâ & gravi adhortatione concludit: *Omnia igitur prædicta cum omni subtilitate disceptantes, sicut sacerdotes decet, in mente habentes Dei timorem & futurum judicium, & nihil pietati & rectæ fidei & veritati & Dei gloriæ & honori præponentes: in mente autem*

" habentes & apostolicam promunciationem, quæ con-
" tra eos, qui contraria rectæ fidei tradunt, prolata
" est, manifestè dicentem: Quòd licèt nos vel ange-
" lus de cælo evangelizaverit, præterquam accepistis,
" anathema sit. Scientes autem & Petri Apostoli præ-
" ceptum, dicentis: Parati semper estote ad satisfa-
" ctionem omni petenti vos rationem de spe, quæ in
" vobis est: celeriter de his, quæ interrogavimus,
" vestram manifestate voluntatem, &c.

Memoria porrò dignum, quod Nicephorus libro 17. capite 27. de Vigilio Romanorum Papa prodidit, detrectasse illum in congressum venire, ne videlicet cogeretur Eutychiano Constantinopolitano episcopo secundus assidere: Ita nimirum de primatu ab illo pugnatum est.

Roman. Papa non vult secundum locum in Synodo occupare.

Cùm itaque in prima & secunda sessione Vigilius frustrà rogatus fuisset, multisque admonitus, ut in Synodum accederet, in tertia reliqui episcopi Confessionem suam approbatione quatuor Oecumenicorum Conciliorum & scriptorum Athanasij, Hilarij, Basilij, Gregorij Theologi, Gregorij Nyseni, Ambrosij, Augustini, Theophili, Chrysostomi, Cyrilli, Leonis, Proculi, ediderunt.

In

In quarta sessione, Calonymus diaconus & notarius jussu Synodi recitat testimonia, ex scriptis Theodori collecta, & postremò ejus Symbolum: in quibus inter alia negat, Iesum Christum verum Deum ex virgine natum esse.

Patres, lecto Symbolo, pronunciant, à Satana id compositum esse: & rectè unà cum authore, à prima Synodo Ephesina condemnatum. Quare & ipsi non tantùm id rejiciunt, sed etiam Theodorum Mopsuestenum, & omnes ejus asseclas & assensores, & omnia ipsius scripta damnant, eò quòd evangelia reprobet, & mysterium de nativitate Christi injuriâ afficiat.

Symbolum Theodori Satanæ compositum.

In quinta, Calonymus diaconus jussu patrum recitat ea, quæ olim, contra blasphemias Theodori Mopsuesteni, à patribus & historicis sunt scripta, & legibus Imperatorum sancita. Et primùm quidem legit ea, quæ Cyrillus ex libris Theodori collegit, & refutavit. Deinde fragmentum recitat ex historia Hesichij presbyteri Hierosolymorum, in quo de Theodoro Mopsueſteno hæc inter alia continentur: Prima autem

Theodorus Nestorianismum hausit è Iudaismo.

autem elementa suæ doctrinæ ex Iudaico vaniloquio incipiens, codicem in prophetiam psalmorum conscripsit, omnes de Domino prædicationes abnegantem. Culpatus verò & periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate, sed compulsus omnium querimonijs: & codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat Iudaicæ impietatis viaticum.

Tertiò recitantur duo edicta Theodosij & Valentiniani contra Nestorium & Theodorum, in quibus non tantùm ipsi damnantur, sed etiam libri eorum legi, possideri aut scribi prohibentur, imò comburi præcipiuntur: Sectatoribus etiam doctrinæ ipsorum adimitur nomen Christianum, & Simoniani appellari jubentur, ac omnibus conventiculis eis interdicitur, sub pœna capitali, & bonorum confiscatione.

Hæretici libri prohibentur.

Post hæc tractatur de objectionibus quorundam. Quibus consideratis, patres laudant Synodi Chalcedonensis sapientiam & industriam, quòd Theodoreti blasphemias non modo deprehenderit, sed etiam non prius Theodoretum susceperit, quàm Nestorium & ejus falsa dogmata, quæ antea defenderat, anathema-

Theodoretus coactus suam Nestorianam sententiam agnoscere.

thematizasset. Et ipsi suâ etiam sententiâ condemnant scripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem, & duodecim Cyrilli capita, & sanctam Ephesinam primam Synodum, & quæcunque alia ad patrocinandum Theodoro & Nestorio edidisset: Vt indicat Evagrius libro 4. cap. 38.

In sexta sessione primùm recitatur epistola Ibæ ad Marin Persam. Secundò prælegitur epistola Proculi ad Ioannem Antiochenum. Tertiò, Theodorus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, Andreas Ephesi, Megethius Heracliæ Thraciæ, Eusebius Tyri, surgentes, breviter totam fermè historiam certaminum de epistola Ibæ referunt. Et ostendunt, Ibam equidem, durante inter Cyrillum & Ioannem Antiochenum dissidio, Nestorianorum partibus addictum fuisse, initâ autem inter illos concordiâ sententiam mutasse, & orthodoxis accessisse.

Quibus auditis, omnes simul episcopi consonanter post factas interlocutiones exclamaverunt: Nestorium modò anathematizet, dogma ejus modò anathematizet: & sic Ibas Nestorio anathema-

Ibas anathematizato Nestorio ingratiam receptus.

thematizato, & Eutyche, & impijs eorum dogmatibus, recipiatur. Nec non etiam anathematizatis omnibus non ita sapientibus, sicut sapit sancta Synodus, sic susceptus est.

Epistola Ibæ diligenter examinata.

Quartò repetuntur & coram Synodo leguntur acta primæ Ephesinæ, de epistolis Cyrilli & Chalcedonensis concilij, deque epistola Leonis ad propositam controversiam de epistola Ibæ facientia. Et tandem instituta collatione epistolæ Ibæ, & decretorum Synodi Chalcedonensis, pronunciant patres, eã contrariam esse definitioni fidei, quam Chalcedonensis Synodus promulgavit.

Vigilius damnat impietatem trium capitulorum.

In septima sessione, Constantius quæstor Palatij Imperatoris nomine offert scriptum Vigilij adversus Rusticum, & Sebastianum, & alios quosdam: & epistolam ejusdem ad Valentinianum Scythiæ episcopum, & aliam ad Aurelianum Arelatensem. Vnde cognoscant, Vigilium semper impietatem 3. capitulorum, de quibus hactenus in Synodo tractatum esset, damnasse.

Iustini epistola orthodoxa.

Deinde offert etiam epistolam Iustini Imperatoris ad Hypatium, ut Synodus cognoscat, etiam Imperatoris Iustiniani patrem piè de his rebus sensisse:

fisse : quæ omnia à Synodo susceptа, palàm à notario recitantur.

In octava sessione, ea quæ hactenus deliberata sunt, communi consilio promulgantur, quorum summa breviter hæc est, quòd primò commemorant, quibus causis adducti fuerint Synodum convocare, ut nimirum de Nestorianis dogmatis, & scriptis Theodori Mopsuestensis, Theodoreti & Ibæ, cognosceret, suíq; hujus instituti exempla ab apostolis & veteri Ecclesia adducunt: deinde Symbola & confessiones quatuor œcumenicarum Synodorum & repetunt & confirmant: Tertiò impia Theodori dogmata execrantur, & justè eum damnari, licèt mortuum, dictis scripturæ & praxi ecclesiæ comprobant; ubi quidem id notandum venit, quod suprà indicavimus, ex hoc ipso constare, Arium non demum post mortem fuisse damnatum, alioquin enim patres hujus Synodi in decidenda quæstione, num hæreticos post mortem damnare liceret, ejus exemplum nequaquam neglecturi, sed ut notissimum adducturi fuissent. Quomodo autem de hoc themate disputatum eo tempore fuerit, Euagrius lib. 4. cap. 38. commemorat.

Summa decretorum quintæ Synodi.

An hæretici post obitum damnandi.

Quartò

Theodoreti Nestoriana scripta.

Quartà Theodoreti Nestoriana scripta contra rectam fidem & contra duodecim capitula, & contra Ephesinam primam Synodum, & quæ ad defensionem Theodori & Nestorij ab ipso editæ fuerant, damnant, & impiam Ibæ ad Marin Persam epistolam anathematizant.

Tandem verò XVI. capitula promulgant, hoc ordine.

Primum est de Mysterio sanctæ Trinitatis.

Secundum de duabus Christi nativitatibus.

Tertium, quòd unus sit Christus, non duo.

Quartum, de hypostatica unione duarum naturarum in Christo, contra Nestorij & Eutychetis blasphemias.

Quintum, de una hypostasi & persona Christi, Dei & hominis.

Sextum, Mariam verè & non schetice ac secundum relationem esse Θεοτόκον, Deiparam.

Septimum, in Christo esse duas distinctas naturas, divinam & humanam. Vnus ex utroq; , inquiunt, & per unum utraque.

Octavum, duas in Christo naturas, non

non in unam naturam, sed in unam hypostasin Vnitas esse.

Nonum verò capitulum integrè adscribimus, quod sic habet: *Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur, separatim Deo Verbo, & Christus separatim homini: vel si quis ad interemtionem vel confusionem deitatis & humanitatis, vel unam naturam introducens, sic Christum adorat, sed non unâ adoratione Deum Verbum incarnatum propriâ ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.*

Decimum, Christum carne crucifixum esse Dominum gloriæ.

Vndecimum anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, & Origenem cum impijs eorum scriptis.

Duodecimo capite blasphemiæ Theodori recitantur, è quibus duas libet adscribere: Super alias innumerabiles, inquiunt, blasphemias Theodorus ausus est dicere, quòd post resurrectionem miè. cùm insufflasset Dominus discipulis, & dixisset, Accipite Spiritum sanctum: non dedit eis Spiritum sanctum, sed figuratim tantummodò insufflavit. Iste enim & confessionem quam fecit Tho-

Theodori blasphe-

mas, cùm palpasset manus & latus Domini post resurrectionem, Dominus meus, inquit, non esse dictum à Thoma de Christo: *nec enim dicit Theodorus Deum esse Christum, sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam glorificasse Deum, qui Christum resuscitavit. Et, quod pejus est, etiam interpretatione, quam in actus Apostolorum scripsit Theodorus, similem fecit Christum Platoni & Manichæo & Epicuro & Marcioni, dicens, quòd sicut illorum uniusquisq; ex dogmate quod invenit, suos discipulos fecit vocari Platonicos & Manichæos & Epicureos & Marcionistas: simili modo & cum Christus dogma invenisset, ex ipso Christianos vocari.*

Confessio Thomæ à Theodoro perversè exposita.

Christianos ita nuncupatos, ut aliorum discipuli à doctoribus appellantur.

Decimo tertio defensores & astipulatores Theodori: decimo quarto patroni & assectæ Theodoreti damnantur.

Duo ultima capita, contra impiam Ibæ ad Marin Persam epistolam, eiusq; defensores directa sunt.

Tandem etiam jussu Iustiniani Imperatoris, dogmata Origenis sunt examinata, & communi calculo damnata. Cuiusmodi autem ea fuerint, commemorat Nicephorus lib. 17. cap. 28, quod subjicimus

Origenis impia dogmata damnata.

Si quis dicit, aut sentit, hominum animas veluti prius extantes, intellectuales

ales mentes sive naturas, & sanctas virtutes præexistere, contemplatione verò divina exatiatas, atque in deterius prolapsas, & quòd in eis charitas Dei refrixerit, inde ψυχὰς, id est, animas quasi refrigescentes nominatas, & pœnæ gratia in corpora demissas esse, anathema sit.

ψυχαὶ unde vocatæ.

Si quis dicit aut sentit, animam Domini præexistere, unitamq; esse Deo Verbo ante incarnationem & nativitatem ex virgine, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit, prius formatũ esse corpus Domini nostri Iesu Christi in utero virginis sanctæ, & deinceps unitum esse ei Deum Verbum, atq; animam, ut quæ prius extiterit, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit, omnibus cœlestibus ordinibus assimulatum esse Deum Verbum, ita ut ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Seraphin factus Seraphin, omnibusq; adeò supernis virtutibus prorsus esse exæquatum, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit, in resurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora exuscitatum iri, neque confitetur erectos nos excitatum iri, anathema sit.

Hominum corpora in resurrectione ne fore rotunda.

Si quis dicit, Cœlum & Solem, & Lunam & Stellas & aquas, quæ supra cœlos sunt, animatas quasdam esse & materiales virtutes, anathema sit.

Christū pro dæmonibus passurum.

Si quis dicit aut sentit, Dominum Christum in seculo futuro pro dæmonibus, quemadmodum & pro hominibus, crucifixum iri, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit, virtutem Dei terminatam esse, eamq; tantum in creatione condidisse, quantum complexa sit, anathema sit.

Supplicia diabolorum finem habitura.

Si quis dicit aut sentit, temporanea esse Dæmonum & impiorum hominum tormenta, finemq; ea tempore aliquo habitura, sive restitutionem dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema sit.

Origenes damnatus.

Anathema sit Origenes, qui & hæc promulgavit, unà cum detestandis ejus & execrandis dogmatibus; & homines omnes, qui hæc sentiunt aut asserunt, aut aliqua ex parte, quocunq; prorsus tempore, ea defendere audent, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Synodus Mopsuestena.

Mo-

Mopsuestiæ Synodus provincialis celebrata est, jussu Imperatoris Iustiniani, eo tempore, cùm adhuc Constantinopoli Quinta universalis haberetur.

Causam præbuit Imperator, qui jussit inquiri, quomodo & quando nomen Theodori Mopsuesteni sacris diptychis expunctum sit: ut patet ex epistola Imperatoris ad Cosmam.

Integra acta Quintæ Constantinopolitanæ inserta sunt.

Synodus Aurelianensis secunda, tertia, quarta, quinta.

De Aureliano primo Concilio suprà dictum est: quatuor verò alia à Childeberto Rege, tempore Vigilij & Pelagij Paparum, celebrata tomus secundus Conciliorum commemorat: Vnde etiam Canones peti possunt.

Concilium Arvernense.

Regnante Theodeberto, VI. Id. Novemb. Synodus provincialis Arverni habita est, ab episcopis fermè iisdem, qui Aurelianensibus Synodis interfuisse memorantur, qui in Conciliorum tomo

secundo post Aurelianensem Synodum tertiam annotati leguntur.

Causam autem præbuit disciplina ecclesiastica: ad quam corroborandam congressi sunt patres, & canones olim factos repetiverunt, & quosdam novos addiderunt.

Secunda Synodus Turonensis.

Pelagius I. pp.

Circa episcopatum Pelagij primi, anno sexto regni Arithberti, habita est Synodus in Turonica civitate. Convenerunt autem ad eam, Prætextatus Rothomagensis, Felix Bituricensis, Dominicanus Tungrensis, & quidam alij episcopi: & facta deliberatione canones condiderunt, qui è Conciliorum libro peti possunt.

Synodus Parrhisiensis.

Parrhisijs, tempore Pelagij primi, ut refertur in tomo secundo Conciliorum, convenerunt quidam Galliæ episcopi, & novem condiderunt canones.

Altera Parrhisiensis Synodus.

In eodem volumine fragmentum quoddam alterius Parrhisiensis Synodi, habitæ

habitæ regnante Childeberto, proponitur, in qua de gestis Saphorici episcopi, olim propter sua quædam scelera damnati, & in monasterium inclusi, repetita est inquisitio. *Saphoricus episcopus.*

Synodus Gradensis.

Synodus Gradensis collecta est ex episcopis viginti, jussu Pelagij secundi, anno Domini 580, juxta Sabellicum Enneade octava, libro quinto. In ea autem Pelagij diplomate recitato, Patriarchatus Aquilejensis Gradum translatus est, omnium consensu, propter incursiones varias Barbarorum: & Helias ex Aquilejensi antistite Gradensis est renunciatus. Id decretum etiam à Tyberio Augusto confirmatum est, ut scribit Matthæus Palmerius. *Pelagius II. pp.*

Synodus Brenniacensis.

Chilpericus apud villam Brennacum, ex episcopis Galliæ coëgit Synodum, hanc ob causam. *Leudastes Comes, adjuncto sibi Riculpho presbytero Gregorij Turonensis, homine perverso, & suo episcopo adversante, detulerat Gregorium apud Chilpericum, quasi dixisset, Reginam Fredegundam adulterium cum episcopo Berranno commisisse.* *Chilpericus.*

» Cùm patres consedissent, ortà cum Rege, Ber-
» tramus Burdegalensis episcopus causam proponit,
» & Gregorium Turonensem ob falsum crimen accu-
» sat. Ille verò negat: & publico rumore populi pro-
» bat se innocentem esse, nec talia dicere ulla ratione
» potuisse. Rex respondet, se testibus probare posse.
» Verum Synodum debere prius suam proferre senten-
» tiam, an contra episcopum testes admitti debeant,
» an verò soli assertioni episcopi credendum.

Gregorius Turonensis per missificationes se purgat.

Patres mirantur Regis patientiam & prudentiam: & respondent, non posse personæ inferiori contra episcopum testanti, tutò fidem adhiberi. Sed debere Gregorium in tribus altaribus missas dicere, seq; juramento de objecto crimine purgare. Quod
» cum fecisset, Synodus in accusatorem episcopi pœ-
» nam excommunicationis statuit: & epistolam ea de
» re ad alios episcopos, qui non adfuerant transmisit.
» Turonensis lib. 5. cap. 49.

Synodus Toletana.

Reccaredus Rex Hispaniæ Arrianam hæresin abjicit.

Recaredus Rex Hispanorum, Toletano conventu duorum & sexaginta antistitum, industria Hispalensis episcopi facto, Arrianam hæresin abdicavit, & orthodoxam fidem cum tota gente Vestgottorum complexus est, circa annum Domini 545. Imperij verò Mauricij duodecimo: ut referunt Sigebertus in Chronico, Henricus de Erphordia,

dia, Blond. decadis primæ lib. 8. Sabellicus Enneadis octavæ lib. 5. seu octavo Mauricij, secundum Bedam. Ioannes de Oppido videtur sub Tyberiũ eã referre.

Synodus Constantinopoleos.

Constantinopoli celebrata est Synodus imperante Mauricio. Causam præbuit Gregorius Antiochenus, quem Asterius Orientis princeps, & cives quidam nobiliores Antiocheni accusaverant de adulterio, & quod annonæ fertilitatem & copiam labefactasset. Res erat initiò commissa Ioanni Asterij successori: sed coram illo sese purgavit Gregorius de crimine ob annonam, de altero verò crimine appellavit ad Imperatorem & Synodum.

Convocati itaq; sunt patriarchæ, metropolitani, comprovinciales. Gregorius usus Euagrij operâ, in senatu episcoporum suam causam agit, & de objectis sese plenè purgat. Actore non probante quod objecerat, reus absolvitur: & accusator juxta leges Imperiales nervis cæsus, & in civitate circumductus, in exilium pellitur. Euagrius libro 6. cap. 7.

In eadem Synodo Ioannes Constantinopolitanus episcopus, Oecumenici episcopi nomen sibi consensu patrum arrogavit: ut patet ex Gregorij lib. 4. indictione 13, epistola 36.

Iohannes Constantinopolitanus appellatur œcumenicus.

„ *Quod posterius decretum Pelagius secundus iterum fecit: & missio archidiacono, missarum solennia Constantinopoli celebrare prohibuit.* Idem libro 4. indict. 13. epist. 38. Et postea Gregorius in citatis epistolis, ut impium & Antichristianum oppugnavit: & Alexandrino & Antiocheno & alijs episcopis præcepit, ne illam Constantinopoleos episcopi superbiam ullo modo approbarent. Meminit etiam hujus Synodi Blondus, decad. 1. lib. 8.

Oecumenici episcopi titulus impugnatus.

Synodus Hispalensis.

Quinto anno Reccaredi, Hispaniæ regis, Hispali in Synodum coiverunt, Leander, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Fintitio & Petrus: & de decretis suis ad Pegasium episcopum hæc perscripserunt:

Primò quidem de disponendis Ecclesiæ rebus post episcopi excessum.

Deinde de mancipijs ecclesiæ ab episcopo proximis suis collatis.

Deniq; de clericis, cum quibus mulieres cohabitant. Videatur tomus secundus Conciliorum.

Toletana tertia Synodus, sub Pelagio secundo.

Anno

Anno quarto regis Richaredi seu Ricaredi, tertia Toletana Synodus celebrata est, anno imperij Mauricij octavo, juxta Bedam: Domini verò 545, juxta Sigeberti Chronicon.

Convenerunt episcopi jussu regis satis multi, quorum nomina hic silentio involvimus.

Occasionem præbuit conversio Richaredi, qui hactenus fuerat Arrianus: nunc verò agnitâ veritate, orthodoxam fidem amplecti, eamq; per totum suum regnum promulgare in votis habebat. *Richaredus Rex Synodum Toletanam convocat.*

Cùm patres consedissent, Rex initium Synodi fecit, oratione luculentâ & pietatis plenâ Synodum allocutus.

Postea Concilij Chalcedonensis Confessionem repetunt & approbant.

Tandem capitula aliquot sive canones condunt, quorum summam subijcimus è tomo 2. Conciliorum.

1. *Vt Conciliorum statuta, & præsulum Romanorum decreta, custodiantur.*

2. *Vt in omnibus ecclesijs die Dominica Symbolum recitetur.*

3. *Vt ne quis extra necessitatem rem ecclesiæ alienet.*

4. *Vt liceat episcopo unam ex parochijs basilicam monasterium facere.*

5. *Vt*

» 5. *Vt Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis* » *non vivant.*

» 6. *Vt servus ecclesiæ, ab Episcopo manumissus,* » *à patrimonio Ecclesiæ nunquam recedat, & ut li-* » *berti aliorum ab episcopo defendantur.*

» 7. *Vt ad mensam episcopi scripturæ divinæ le-* » *gantur.*

» 8. *Vt clerici de familia fisci à principe non do-* » *nentur.*

» 9. *Vt ecclesiæ Arrianorum ad Catholicum Epi-* » *scopum, in cujus diœcesi sunt, pertineant.*

» 10. *Vt viduus pro castitate violentiam nullus in-* » *ferat, & ut mulier invita virum non ducat.*

» 11. *Vt pœnitens pœnitentiam agat.*

» 12. *De his, qui pœnitentiam poscunt, si vir est,* » *prius tondeatur: si fœmina: prius habitum mutet.*

» 13. *Vt clerici, qui seculares judices appetunt a* » *excommunicentur.*

» 14. *De Judæis.*

» 15. *Vt servi fisci, qui Ecclesias construunt, eiu-* » *dem dotem faciant.*

» 16. *Vt episcopi cum judicibus idola destruant,* » *& domini idololatriam servis prohibeant.*

» 17. *Vt episcopi cum judicibus necatores filio-* » *rum acriore disciplinâ corripiant.*

» 18. *Vt semel in anno Synodus fiat, & judices &* » *authores fisci præsentes sint.*

» 19. *Vt ecclesia cum rebus ejus, ad episcopi ordi-* » *nationem pertineat.*

20. *Vt*

20. *Vt Episcopus angarias vel indictiones in diœcesi non imponat.* ,,

21. *Vt non liceat judicibus, clericos vel servos ecclesiæ in suis angariis occupare.* ,,

22. *Vt religiosorum corpora psallendo tantùm deducantur.* ,,

23. *Vt in sanctorum natalitijs ballimathiæ prohibeantur.* ,,

Matisconensis Synodus prima.

In secundo Volumine Conciliorum prima Matisconensis Synodus circa tempora Pelagij secundi habita dicitur. *Matisconenses Synodi tres.*

Convenerunt aliquot Galliæ episcopi & canones de disciplina condiderunt, qui ibidem legi possunt.

Secunda Matisconensis.

Anno XXIV. Gunthranni regis, ad urbem Matisconensem iterum convenerunt episcopi, & quædam statutæ ad ecclesiasticam disciplinam & ceremonias pertinentia condiderunt, quæ in secundo tomo Conciliorum extant.

Tertia Matisconensis.

Regnante Gunthranno & Chilperico, iterum in Matisconensium civitate Synodus

Synodus celebrata est, deq; jurgio, inter Palladium Sanctonicum & Berthrannum Burdegalensem episcopos, exorto disceptatum est.

Synodus Romana sub Gregorio.

Anno imperij Mauricij 13, indictione 14, quinta die Iulij, Domini verò 595, Gregorius Romæ cum episcopis viginti quatuor, & cum presbyteris triginta quatuor, celebravit Synodum, in qua primùm quatuor universalia Concilia approbavit: ut patet ex lib. 1. epistolar. cap: 49: & lib. 3. cap. 33: & lib. 4. capite 88.

Deinde decreta quædam cum Synodi consensu fecit, quæ ordine referuntur in libro epistolarum ejo duodecimo, indictione septima.

Synodus Lateranensis.

In Synodo Lateranensi Gregorius præsedit, & de Monachorum quiete, libertate & immunitate, aliorum episcoporum assensu decreta fecit.

Synodus Barionensis.

Cele-

Celebrem conventum episcoporum Barionæ indixit Gregorius, & in eo quædam orthodoxæ fidei obfutura sustulit: nonnulla etiam constituit.

Synodus Anglica.

Anno decimo nono Mauricij, Augustinus episcopus Anglorum cum Britonum & Scotorum episcopis in Synodum coijt, & postulavit, ut sibi se subijcerent, & genti Anglorum communem Evangelizandi laborem susciperent. Sed illi utrumque recusarunt per abbatem, hominem eruditum, nomine Dinoth. Iratus ergo Augustinus, vaticinatus est eis calamitatem, quam per Edelpertum regem Cantiorum eis paulò post attulit, qui mille ducentos monachos & Eremitas Britonum interfecit, Sigebertus in Chronico: & Galfridus historiæ Britannicæ lib. 8. cap. 8.

Synodus Lugdunensis.

Gunthrannus apud Lugdunum Synodum congregavit. Causam præbuerunt Salonius Ebredunensis & Sagittarius Vappinensis episcopi, qui in domum Victoris Tricassinorum episcopi, celebran-

celebrantis natalem suum, cohortem cum gladijs & sagittis immiserant, & vasa & omnem apparatum abstulerant, ministris & episcopo illo contumeliosè tractatis.

Synodus Cabillonensis.

Anno Gunthranni decimo octavo, Childeberti verò quarto, Synodus regis jussu ad urbem Cabillonum congressa, denuò de Salonij & Sagittarij causa agit.

Alia Lugdunensis, & alia Gallicana.

Turonensis libro 6. cap. 1. aliam Lugdunensem, & libro 10. cap. 8. Gallicanam Synodum commemorat.

Synodus Pictavensis.

Pictaviam episcopi sub Childeberto & Gunthranno convenerunt: inter quos præcipui erant, Gregorius Turonensis, Ebregysilus Agrippinensis, & Maroveus Pictavensis, & Gundigisilus Burdegalensis.

Causam præbuit Chrodieldis & Basina, quæ contra abbatissam excitaverant cruentas turbas. Syn-

Synodus Metensis.

In urbe Metensium jussu Childeberti celebrata est Synodus, in initio Mensis octavi.

Causam præbuit Sumnigilus sicarius, à Fredegunda regina ad regem interficiendum subornatus: qui quæstionibus subiectus, confessus erat, Ægidium Remensem episcopum consilio illo de interficiendo Childeberto interfuisse.

CAPVT VII.

DE SYNODIS Septimæ centuriæ post Christum natum.

SYNODI SVB PHOCA.

Synodus Romana sub Bonifacio Tertio.

Anno C. 607.

Bonifacius tertius Romæ Synodum collegit, anno Domini 607 ex episcopis 62, juxta Sigebertum: aut 72, ut Platina & liber Pontificalis habent: & pres-

byteris triginta, & diaconis tribus, & omni clero. In ea autem Phocæ privilegium de principatu Romanæ ecclesiæ promulgatur, & confirmatur authoritate pontificiâ: juxta Balæum in centuria prima, classe tertia scriptorum Britannicorum.

Synodus Romana sub Bonifacio quarto.

Octavo anno imperij Phocæ, indictione decima tertia, die tertio Calendarum Martij, Bonifacius quartus coëgit Synodum episcoporum Italiæ: & de vita monachorum, & de quiete decreta fecit, juxta Bedam: & monachos sacerdotibus pares fecit, prædicandi, baptizandi, & clavium potestate eis permissâ: ut Ranulphus in Polychronico indicat lib. 5. cap. 10.

Concilium Bracarense.

Anno Domini 610, jussu regis Ariamiri, seu Gundemari (quem circa id tempus Gotthis imperasse constat) convenerunt Galliciæ episcopi, tam ex Bracarensi quàm ex Lucensi Concilio, cum suis metropolitanis: inter quos fuerunt præcipui, Martinus, Nitigis, Remisol,

Remisol, Andreas, Lucentius, Adoriens, Victimer, Sardinarius, Viator, Avila, Polemus, Mailoc.

Martinus Bracarensis episcopus præsidem agit. In initio autem superioris Bracarensis Synodi decreta de recta fide & canonibus releguntur. Deinde recitatur ex epistola Petri locus: Seniores obsecro consenior, pascite qui in vobis est gregem: quo patres commonefiunt de suo officio. Tertiò canones constituunt.

Synodi sub Heraclio.

Synodus Hierosolymitana.

Cyrus Alexandriæ episcopus designatus, ut dissentientes de doctrina ad consensum deduceret, hæreticis largitus erat, in Christo unam esse voluntatem & operationem: ab iis vicissim impetrarat, ut dicerent in Christo duas unitas esse naturas, quod antea asserere abhorruerant. Illum cothurnum Sophronius reprehendit. Sed cum parum proficeret privatâ admonitione, congregat Synodum de episcopis suæ diœceseos: & facta collatione cum patribus, tandem

Mira conciliatio qua negantur duæ voluntates & conceduntur duæ naturæ in Christo.

tandem decernit, eos, qui unam in duabus Christi naturis voluntatem & actionem affirment, necessariò etiam unam naturam statuere, licet id agere videri non velint. Et de hac sententia refert ad Iohannem Romanum pontificem, qui etiam eam approbat. Zonaras tomo tertio in vita Heraclij.

Synodus Bavarica, sub LOTHARIO.

Narrat Aventinus libro annalium Bojorum tertio, quòd sub Lothario conventus Sacerdotum in Bojaria sint habiti, contra Columbani & Galli novas ceremonias.

Synodus Matisconensis sub Lothario.

Agrestinus reprehendit monasticas superstitiones.

Agrestinus Theodorici Regis notarius cum omnibus suis bonis in Luxoviense cœnobium secessit. Cùm autem istic aliquandiu superstitiosos ritus spectasset, pertæsus eorum, Aquilejam abijt, & ad Attalam Bobiensis cœnobij abbatem scribit, & reprehendit illas monachorum novitates. Ac postea ad Eustasium redit, eumq; monet, ut à monasti-

cis

cis obſervationibus recedat. Sed malam gratiam init, & ex collegio relegatur.

Id moleſtè ferens, adjungit ſibi Appellinum, cognatum ſuum, & Genuenſem epiſcopum, & vicinos aliquot: & Lotharium conatur etiam in ſuam ſententiam pertrahere. At ille indicat, rem illam in Synodo rectè & legitimè tractari & cognoſci poſſe. Convocat ergo epiſcopos Burgundiæ ad ſuburbium Matiſconenſis urbis.

Agreſtinus accuſat Columbani & Euſtaſij novas traditiones, quaſi ſuperfluas & canonicæ inſtitutioni contrarias: nimirum quòd cochleam lambant, & crucis ſigno crebro ſignentur, & tam in ingreſſu quàm egreſſu benedictionem faciant, & ſacra miſſarum ſolemnia multiplicatione orationum & collectarum celebrent.

Si integra acta huius Synodi extarent, aut hiſtoria iſta à non ſuſpecto, & novis monachorum traditionibus nimium dedito autore annotata eſſet, facilè appareret, pios & graves viros in Eccleſia hujus ſeculi, abhorruiſſe à prodigioſis monachorum ſuperſtitionibus.

Synodus Antisiodorensis.

In secundo tomo Conciliorum, circa tempora Deusdedit, Antisiodorensis Synodus celebrata dicitur, cuius canones recensentur 45 de monasticis traditionibus & operibus humanâ ἐθελοθρησκείᾳ excogitatis.

Synodus Hispalensis sub SISEBVTO.

Circiter annum Domini 634, anno imperij Heraclij 24, celebrata est Hispali Synodus.

Causam præbuerunt hæreses Acephalorum, & quædam aliæ episcoporum lites, & causæ Ecclesiasticæ, ut patet ex lib. 16, cap. 13. Iohannis Magni Gothicæ historiæ.

Convocavit autem eam Synodum Isiodorus, iussu regis Sisebuti: & convenerunt Hispali, Isidorus, Bisinnus, Ruffinus, Cambra, Fidentius, Theodulphus, Honorius, & similes. Præsedit Sisebutus rex & Sualanes actor rerum fiscalium: adsistit pro more cœtus clericorum.

Consessus tredecim facti sunt: & in singulis acta sunt, quæ ipsi exponunt in communi scripto, quod extat in secundo tomo conciliorum. Acti-

Actiones undecim nihil habent aliud, quàm decreta de monasticis quibusdam negotijs. Duodecimà verò & decima 3. contra Acephalorum hæresin disputat.

SYNODVS SVB HERACLEONA.

Synodus Toletana quartanumero, respectu superiorum, tempore Sisenandi.

Regnante Heraclia, ut aliqui scribunt: vel Heracleona, ut Regino lib. 1. habet: in Hispania quartum Toletanum Concilium celebratur, anno tertio Regis Sisenandi, Domini verò 639.

Occasionem præbuit diversitas ceremoniarum, & disciplina ecclesiastica & politica in regno Hispaniæ.

A rege autem Sisenando convocati Hispaniæ & Galliciæ sacerdotes, circiter septuaginta & ultrà, ad urbem Toletanam conveniunt, in basilica Leocadiæ. Iohannes Magnus libro decimo sexto, capite decimo septimo Gothicæ historiæ, Eugenium narrat præsedisse, cuius tamen nomen in subscriptione decretorum non annotatur in secundo tomo Conciliorum: sed Isidori, & aliorum.

Rex Sisenandus cum magnificis & nobilibus viris ingressus primùm coram sacerdotibus DEI, humi prostratus, expetit eorum pro se preces. Deinde patres exhortatur, ut juxta canones majorum jura Ecclesiastica repetant, & confirment: & ea, quæ tum in sacramentorum administratione, tum in moribus minùs rectè fiant, corrigant & emendent.

Synodus ergo initiò edit confessionem fidei, & postea de alijs rebus 74. Canones condit.

Toletana Synodus quinta sub Chintilla rege.

Anno primo Chintillæ regis Gotthorum, quinta Toleti Synodus celebrata est, imperante Heracleone: ut Regino annotat. Iohannes Magnus Gotthicæ historiæ lib. 16. cap. narrat, Isidorum Hispalensem archiepiscopum præsedisse. Verùm nomen eius, inter eos, qui subscripserunt Canonibus, non extat: sed Eugenij.

Canones huius Concilij referuntur novem.

SYNODI SUB CONstante Imperatore.

Syn-

Synodus Romana sub Theodoro.

Pyrrhus Constantinopoli expulsus, in Aphricam ad Maximum venit, ac cum eo contulit de quæstione, Vnane an plures in Christo asserendæ sint voluntates; à Maximo autem victus & persuasus, Romam ad Theodorum abit, eiq; libellum de sua sententia offert, in quo duas in Christo naturas, & duas voluntates & operationes asserebat. Theodorus eum, ut rectè sentientem, in communionem admittit. Ille verò Roma discedens, cùm Ravennam venisset, redit ad ingenium, & errorem suum defendit. Ea re cognitâ Theodorus sacerdotes Romanos & Ecclesiam convocat, & Pyrrhum denunciat excommunicatum, & ab officio remotum, scriptis literis atramento madefacto vino ex calice divino. Paulus diaconus libro decimo octavo rerum Romanarum.

Pyrrhus Constantinopol. episcopus Monothelita.

Theodorus atramentum è vino sacri calicis facit.

Synodus Africana.

Narrat Paulus Diaconus libro 18. rerum Romanarum, in Africa penes Byzantium, Numidiam & Mauritaniam, in Synodos episcopos diversos coïsse: &

de mota controversia, an duæ voluntates & actiones in Christo sint statuendæ, an vero una tantum, disceptasse, & opinionem Monotheletarum damnasse. In Synodo sub Martino Papa recitatur scriptum de actis in Africa.

Byzancena Synodus.

De Byzancena Synodo extat ibidem scriptum ad Constantinum.

Synodus in Africa Proconsulari.

De hujus Synodi actis extat rescriptum in Synodo Martini papæ.

Anno C. 652.

Synodus Romana Sub Martino, contra Monotheletas.

Anno Domini 652, Imperij Constantis nono, aut 650, juxta alios, mense Octobri, indictione octava, Martinus Pontifex Synodum Romæ celebravit.

Paulus Constantinopolitanus episc. Monotheleticæ opinionis defensor.

Occasione præbuit primò Paulo 1. Constantinopoleos episcopus, qui suorum antecessorum opinionem, de una in Christo Voluntate, non modò approbabat, sed etiam defendebat: & alios in errorem inducebat, & à se dissentientes perse-

persequebatur, & deinde edictum Constantini Imperatoris, quo nec unam, nec duas in Christo voluntates aut operationes docendas, sed simpliciter silentium & communem loquendi formam imperaverat. Sic enim, præmisso exordio, habent edicti verba: *Quapropter sancimus, nobis subjectos, qui consistunt in orthodoxa & immaculata nostra Christianorum fide, qui sunt Catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, non habere licentiam, invicem à præsenti de una voluntate aut una operatione, aut duarum voluntatum, aut duarum operationum, qualemcunque proferre altercationem, aut contentionem, aut rixam. Hæc autem sancimus, nihil aliquid interficientes penitus de piissimis dogmatibus, quæ à sanctis patribus de dispensatione incarnati Dei Verbi dogmatizati sunt: sed ulterius contentionem, quæ iubentur gratiâ propositæ quæstionis orta est, cessare prævidentes, & tantummodo de eis sequi & sufficienter habere divinas scripturas, & traditiones sanctorum quinque universalium Conciliorum, & simplicibus, sine quæstione sanctorum probabilium patrum usibus, sive vocibus, quorum dogmata regulæ & leges, sanctæ Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ consistunt, nihil eis addentes proprium neque minuentes, aut per suam intentionem eas interpretantes, sed priorem habitum ubique custodiri: sicuti antequam procederet*

Constantini edictum, quo nec unam, nec duas Voluntates Christi doceri iubentur.

contentio

contentio prædictarum quæstionum, quasi nulla de eis exorta contentio, de omnibus cujusq; ad præsens, unam voluntatem & unam operationem, aut duas voluntates, & duas operationes dogmatizarunt.

Convenerunt itaq; à Martino vocati Romam, in Ecclesia Salvatoris, juxtæ Episcopium Lateranense, episcopi centum & quinq:, juxta Bedam Iuonem, Sigebertum: vel centum & decem, juxta Paulum Diaconum lib. 17. Rerum Romanarum: aut ducenti, juxta Palmerium.

Martini Papæ orthodoxa Confessio.

Prolixum autem foret, actiones ejus Synodi singulas, & Symbolum, quod admodum prolixum est, cæteraq; huc adscribere. E tribus Martini decretis summa reliquorum intelligitur: quæ subjicimus.

„ 4. *Si quis non confitetur secundum sanctos patres, propriè & verè ipsius & unius Domini nostri & Dei Iesu Christi, duas nativitates existere, unam quidem ante secula ex Deo Patre incorporaliter & sempiternaliter, alteram autem de sancta semper Virgine Maria carnaliter in ultimis seculorum: & eundem & unum Dominum & Deum Iesum Christum, consubstantialem Deo patri secundum Deitatem, & consubstantialem virgini secundum humanitatem: ac eundem passibilem carne, impassibilem Deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum Spiritu,*

Christi duæ nativitates & Voluntates.

Spiritu, eundem inconditum & conditum, terre-
num & cælestem, visibilem & intelligibilem, ca-
pacem & incapacem, ut toto homine eodemq; Deo
totus homo reformaretur, qui ceciderat sub peccato,
sit condemnatus.

6. Si quis non confitetur secundùm sanctos patres,
propriè & verè è duabus naturis Deitate & humani-
tate secundùm subsistentiam unitis, inconfusè &
indivisè, eundem & unum Dominum nostrum Ie-
sum Christum esse, condemnatus sit.

7. Si quis non confitetur secundùm sanctos Pa-
tres, propriè & verè substantialem differentiam na-
turarum post ineffabilem unitionem, ex quibus unus
existit Christus, inconfusè & indivisè in eo salva-
tam, sit condemnatus, &c.

Synodus Hispana.

Hispani episcopi Constantis, Hera-
clij nepotis, persequutione moti, in Syn-
odum coëunt, & Monotheletarū hære-
sin damnant: & contra Imperatoris edi-
ctum duas voluntates & operationes in
Christo asserunt, Anno nono Constan-
tis. Paulus Diaconus lib. 18.

Synodus Anglicana Hertfordiana.

Anno C. 673.

Anno Domini 673. juxta Bedam,
aut

aut 674. juxta Sigebertum, celebrata est Herudfordiana Synodus: cujus acta apud Bedam lib. 4. cap 5. referuntur, & nihil aliud, quàm disciplinam monasticam attinentia, deq; paschatis festo, de Synodis & conjugio, continent.

Synodus Britannica, de paschatis controversia.

Anno Domini 664, juxta Bedam & Sigebertum, celebratur Synodus in monasterio Pharensi. Causam præbebat controversia de Paschæ observatione, & tonsura clericorum, & alijs pontificijs ceremonijs, à quibus Scoti abhorrebant: quos eam ob causam Britanni, characteribus papisticis insigniti, oderant & damnabant.

Scoti oderunt papales traditiones.

Convocata est autem Synodus à regibus Osuio & Alchfrido, filio ejus, rogatu Hyldæ abbatissæ cœnobij Pharensis.

Præsedit autem Osuius rex, qui & ipse deditus erat parti Scotorum, & Alchfridus filius, qui sentiebat cum Anglis. Interpretem egit utriusque partis in Concilio Cedda. Sed post multam contentionem inter duos præcipuos Colmannum Lindisfarnensem epi-

Osuius Rex præsidet Synodo.

scopum,

scopum, & VVilfridum abbatem, lite non compositâ tandem discessum est.

Synodus Toletana Sexta.

Anno tertio Chintillæ, Domini verò 653, sexta Toletana celebrata est. Convenerunt autem quinquaginta duo episcopi. Præsedit Isidorus, juxta Iohannem Magnum, Gotthicæ historiæ lib. 16. cap. 18. vel secundùm catalogum subscriptorum, Eugenius.

Occasionem præbuerunt quidam erronei Spiritus, qui hæreses resuscitabant, & priorum Conciliorum acta in dubium vocabant, ad quos reprimendos in hoc congressu omnes priorum conciliorum constitutiones sunt confirmatæ, & multæ de novo additæ.

Canones referuntur XIX, quorum hæc est summa:

In primo repetitur orthodoxa fidei de S. Trinitate & persona Christi confessio

In secundo dies litaniarum regis decreto definiti approbantur.

Iudæi regno Hispaniæ expulsi.

In tertio regis institutum de non ferendis in regno Iudæis non modo probatur, sed etiam decernitur, ut omnes futuri

futuri reges id se observaturos solenni juramento promittant.

Quartus contra Simoniaca aucupia dignitatum ecclesiasticarum directus est.

Reliqui ea, quæ ad monasticam & ecclesiasticam disciplinam, nec non tranquillum regni statum, & regiam dignitatem conservandam, pertinent, tractant.

Anno C. 680.

Synodus Toletana Septima.

Anno Sexto Chindasuvindi, Domini verò (juxta Francum) 680, vel 662, juxta Funcium, celebratum est septimum Toletanum Concilium.

Theodisclus corrupit libros Isidori.

Occasionem præbuit Theodisclus, homo Græcus, archiepiscopus Hispalensis. Is enim corruperat libros Isidori, & multos errores sparserat in sua Ecclesia, & litigabat cum Toletano episcopo de principatu.

Convenerunt autem jussu regis quatuor archiepiscopi, & triginta episcopi cum alijs compluribus sacerdotibus, & nuncijs eorum, qui adesse non poterant.

Archiepiscopatus Toletanus.

In eo autem Theodisclus damnatus, & ab officio dejectus est, & dignitas archie-

archiepiscapolis Toletum translata, designato Eugenio archiepiscopo.

Multæ etiam utiles & necessariæ constitutiones pro Christiana fide factæ sunt, referente Iohanne Magno historiæ Gotthicæ lib. 16, cap. 20.

In secundo tomo Conciliorum referuntur sex canones.

Cabillonensis Synodus.

Iussu Clodovei regis Francorum, Cabillonem convenerunt episcopi Gallicani circiter 44: quibus præsedit Gandericus Lugdunensis, & Landelenus Viennensis. Theodorum Arelatensem pœnitentiam professum, & comparere detrectantem, iusserunt ab officio abstinere, usq; ad Synodum sequentem: ut patet ex literis Synodi ad eundem, in secundo tomo Conciliorum. Condiderunt autem canones novendecim, è quibus sequentes tres adjicimus.

6. *Vt nullus ante audientiam, res quoriumlibet invadere aut auferre præsumat: quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur.*

8. *De pœnitentia verò peccatorum, quæ est medela animæ, utile omnibus hominibus esse censemus, & ut pœnitentibus à Sacerdotibus (factâ confessione) indicatur pœnitentia, universitas Sacerdotum cognoscitur consentire.* Pœnitentiæ confitentibus constituenda, id est, satisfa-

„ 18. *Licet generaliter ab omnibus catholicis &*
„ *Deum timentibus, de die Dominico, qui est prima*
Die Dominico ruralia opera intermittenda. *Sabbathi, convenit observare: & sicut superius in canonibus est statutum, non aliquid novi condentes, sed vetera renovantes, instituimus, ut in ipso die Dominico ruralia opera, id est, arare, messes metere,*
„ *exactus facere, vel quicquid ad ruris culturam per-*
„ *tinet, nullus penitus præsumat. Quod qui inventus*
„ *fuerit faciens, sub disciplina districtionis omnimodis*
„ *corrigatur, &c.*

Synodi sub CONSTANTINO *Pogonato.*

Synodus Romana sub Agathone.

Paulò ante inchoationem sextæ universalis Constantinopolitanæ Synodi, Agatho Romæ coëgit conventum episcoporum Occidentalium & Septentrionalium: nimirum Italorum, Gallorum, Longobardorum, Francorum, Gothorum, Britannorum, Sclavorum.

Occasionem autem præbuit Constantinus Pogonatus, qui in literis suis ad Donum pontificem postulaverat, ut coacta Synodo episcoporum sub se existentium, de controversia illa, de volun-

luntatibus & operationibus Christi, an una vel duæ rectè asserantur, sententiam ferat, & legatos istius Synodi circiter 12. metropolitas Constantinopolin ad Synodum mittat, qui eam sententiam scriptam afferant, & Synodo interfint.

Convenerunt autem 125 Episcopi, iuxta Ivonem in Chronico: quorum nomina in epistola ad Constantinum extant, in quarta actione Constantinopolitanæ sextæ. Facta autem collatione sententiarum, decernunt, duas voluntates & operationes in Christo rectè asseri, iuxta verbum Dei, & quinq; Conciliorum & Patrum sententiam: & Synodi à Martino celebratæ decreta confirmant: & Theodorum Faranitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhũ, Paulũ Constantinopolitanos damnant. *Duæ voluntates & operationes in Christo.*

Et hanc suam sententiam ad Imperatorem Constantinum perscribunt.

Synodus Britannica Hedifeldensis.

Agatho, acceptis literis Constantini, quibus indicebat Synodum Constantinopolitanam, Ioannem archicantorem in Angliam mittit, ut cuius essent fidei illæ ecclesiæ cognoscat: eiq; tradit Synodum Martini contra Monotheletas ce-

lebratam, quam illic spargat: ac simul Theodoro Britannorum archiepiscopo scribit, eumq; monet, ut convocatâ Synodo episcoporum sub se, de controversia à Monotheletis mota suam sententiam exponat. Ille verò haud gravatim obtemperans, convocat Sacerdotum, doctorumq; plurimorum cœtum in locum, qui, ut Beda ait, Saxonico vocabulo Hedtfelt appellatur, inter quos etiam Vuilfridus & Iohannes archicantor fuerunt, & propositis in medium sacrosanctis evangeliis sedulò inquirit, singulorum fidem & sententiam, & unanimem in fide catholica reperit consensum. Omnes enim quinq; universalia Concilia amplectuntur, & probant Martini sententiam in Synodo contra Monotheletas latam, de duabus in Christo voluntatibus & operationibus: & damnant omnes hæreticos his contraria asserentes. De hac sententia literas Synodales confecerunt, quarũ fragmentum recitat Beda lib. 4. Historiæ gentis Anglicæ, cap. 17.

Angli Monotheletarum opinionem aversantur.

Synodus Gallicana.

Eodem tempore literis Agathonis excitati in Gallijs episcopi cõvenerunt, & de

& de controversia, duæne an una in Christo sint voluntates & operationes, disputarunt, suamq; sententiam cum legatis Adeodato Leucorum & Felice Arelatensi episcopis, & Taurino Telonensi diacono, ad Synodum Romanam sub Agathone miserunt: ut patet ex subscriptione Synodi Romanæ, in quarta actione Constantinopolitanæ, in secundo tomo Conciliorum.

Monotheletica controversia agitata in Gallia.

Synodus Britannica Adzuviforդiana.

Meminit Beda lib. 4. cap. 28. huius Synodi juxta fluvium Alnæ, in loco qui dicitur Ad duplex vadum, Germanicè Adzvviforda, celebratæ, ubi præsente rege Ecfrido, Theodoro archiepiscopo præsidente, omnium Sacerdotum consensu, Chuldbertus eremita in episcopum Lindisfarnensem sit electus.

Adzyviforդia in Anglia.

Synodus Francica.

Sigebertus in Chronico narrat, Theodoricum subannum Domini 685 Synodum coëgisse, & ex sententia Ebroini multos episcopatu deiecisse, quosdam etiam ad perpetuum exilium damnasse.

Toletana octava.

Anno quinto Receſuvinthi regis Gotthorum, qui fuit Domini 671, Conſtantini Pogonati ſecundus, Toleti indicta & habita eſt Synodus octava.

Convenerunt autem pontifices numero 52, aliquot abbates & legati epiſcoporum abſentium: rex ipſe Receſuuinthus, & viri illuſtres, & comites non pauci: ut conſtat ex ſubſcriptorum catalogo, in ſecundo tomo Conciliorum.

In initio rex offert tomum, in quo primùm teſtatur, ſe puram & ſinceram doctrinam non modò complecti: ſed etiam ſtudere, ut ſubditis ſuis tradatur, & ad poſteritatem propagetur.

An juramenta iniqua ſint ſervanda.

Deinde quæſtionem de Iuramento proponit, an videlicet jusiurandum in cauſa iniuſta adhibitum ſit ſervandum.

Patres lecto tomo, laudant regis fidem & ſtudium, & pro confeſsione ſuæ fidei repetunt Symbolum Nicenum: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, &c.

In ſecundo conſeſſu diſputatur de juramento, in quo tota Synodus ſeſe aſtrinxerat, de non mitiganda pœna profugis & perfidis: ac tandem iuxta Ambroſij & Auguſtini & Gregorij & Iſidori ſententiam decernitur, non eſſe con-

Iuramenta iniuſta non ſervanda.

conservandum sacramentum, quod male & incautè sit promissum, ac inter alia inquiunt patres: Promissionis incautæ crudam cruentamq; temperare sententiam, illa quam maxime compellimur causâ, quod hæc duo mala, licè. sint omnino cautissimè præcavenda, tamen si periculi necessitas ab his unum tentare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, pietatis acumine investigemus. Etenim dum periurare compellimur, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus: Cùm vero noxia promissa complemus, & Dei jussa superbè contemnimus, & proximis impiâ crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur.

In tertio decretum faciunt contra eos, qui largitionibus acquirebant episcopatus.

In quarto de episcopo adultero tractatur.

In quinto consessu sacerdotibus uxo-

rum & omnium aliarum fœminarum societas prohibetur, malè detortis scripturæ testimonijs: Sancti estote, sicut ego sanctus sum. Et Colos. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt supra terram. Hæc patres hauserunt absq; dubio ex decretis Romanorum pontificum, & contra quartum Concilium Toletanum statuerunt.

In sexto subdiaconi pro suis uxoribus retinendis disceptant, opponentes, quòd sibi à pontifice in consecratione non data sit benedictio: seu potius, quòd cùm ordinati sint, non interdictus sit usus coniugij: quare, nunc se non rectè suis uxoribus privari: Sed vincit studium novitatis & characteres Antichristi.

Episcopi malunt episcopatus quàm uxores deserere.

In septimo tractatur de episcopis, qui in ordinatione uxores suas inviti reliquerant: & postea malebant repudiato episcopatu ad uxores redire, quàm malâ conscientiâ sine uxore episcopi esse, & decernitur, id nullo modo licere.

In octavo decernitur, ne indocti ad Ecclesiæ mysteria tractanda admittantur.

Carnes tempore quadragesimæ prohibetur.

In nono prohibetur, ne quis sine inevitabili necessitate atq; fragilitate, & evidenti

evidenti languore seu impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ carne vescatur, nisi à sacerdote ei sit permissum. Rationes sunt: Primò, quia dies quadragesimæ totius anni sunt decimæ, quæ jure Deo consecrentur. Secundò quia Christus jejunando dies quadraginta expiavit peccata generis humani. Tertiò, quia par est, ut homo formatus ex quatuor elementis, propter transgressionem Decalogi, quater decies affligatur. Ecce quàm firmas rationes doctrina dæmoniorum de interdicto ciborum habeat, 1. Timoth. 4.

Eximiæ rationes pro carnis privio.

In decimo congressu, legem condunt de electione Regis, & qualis esse debeat.

Nona Toletana Synodus.

Anno septimo Recesuindi, Domini verò 673, iterum jussu regis sedecim episcopi Toletum convenerunt, & 17. capitula, quæ in priscis Canonibus extabant, promulgarunt observanda, quæ quidem nullam partem doctrinæ cælestis, sed humanas solummodò traditiones de monasteriorum, parœciarum, episcopatuumque gubernatione continent, aliasq; his similia.

Decima Toletana.

Anno octavo Receſuuinthi iterum conveniunt Toleti epiſcopi viginti unus, inter quos præcipuus eſt Eugenius: & primùm ſtatuunt, ut per omnes eccleſias decimo quinto Calendarum Ianuarij celebretur nativitas Mariæ, & octavo Calendarum earundem nativitas Chriſti. Reliqua decreta ſex iſti ſunt ſimilia, diſciplinam monaſticam attinentia.

Feſtum nativitatis Mariæ.

Toletana Vndecima.

Cùm circiter annos duodecim in Hiſpanijs nulla eſſet habita Synodus, & paſsim in Africa graſſarentur hæreſes, Bamba rex Toletum ex Carthaginenſium provincia epiſcopos convocavit, imperij ſui anno quarto, ſeu potius ſeptimo.

Bamba rex Hiſpaniæ.

Convenerunt autem epiſcopi circiter novendecim, & abbates ſeptem. Præſedit Quiricus, Toleti epiſcopus.

„ *In initio patres collaturi & diſputaturi de doctrina, & hæreticorum opiniones examinaturi, Canonem faciunt de modeſtia in Concilio adhibenda.*

„ *Deinde de ſanctæ fidei puritate, incipiunt tractare: & per triduum facta collatione, confeſſionis formulam promulgant.*

Tertiò

Tertiò Canones condunt, ad ecclesiasticam gubernationem & disciplinam utiles.

Quòd episcopi debeant diligenter sacras literas legere, & veram doctrinam discere, & docendi officio rectè fungi.

Canones de disciplina ecclesiastica.

Quod metropolitani debeant diligenter examinare eos, qui in sua sunt diœcesi, & profectum eorum cognoscere, aut nescientiam eorum corrigere, juxta Canonem octavum Concilij Toletani octavi.

Quòd idem in psallendo modus debeat observari in alijs ecclesijs, qui in metropolitana sit institutus.

Quòd discordantes ante reconciliationem non debeant ad altare Domini accedere.

Discordantes non admittendi ad S. Cœnam.

Quòd episcopi non debeant ante causæ cognitionem ferre sententiam.

Vt nullus alterius clericum retinere præsumat, namsicut priscis Canonibus est constitutum: nec ad Sacrum ordinem, sine voluntate sui episcopi penitus promovere.

Vt episcopi cujusquam magnatis uxorem, filiam, neptem, aut cognatam, adulterina pollutione fœdantes, aut cædem perpetrantes, amittant gradum proprij honoris, & sub exilij relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferant, usq; ad finem vitæ, quo relaxari possint, & juxta legum secularium statuta puniantur.

Ne liceat episcopis & alijs clericis judicium sanguinis agitare, sub pœna perpetuæ excommunicationis.

„ *Vt plus erga corrigendos benevolentiæ, quàm se-*
„ *veritatis adhibeatur.*

Simoniacus quæstus prohibitus. *Ne pro baptizandis, confignandisq; fidelibus, aut pro collatione chrismatis, vel promotionibus graduum, precia vel præmia, nisi voluntariè obla-*
„ *ta, accipiantur.*

„ *Vt ordinati episcopi antequam in sedem episcopa-*
„ *lem collocentur, juramentum præstent, se pro ac-*
„ *quisitione istius dignitatis nulli unquam quidquam*
„ *præmij dedisse, aut daturos esse.*

„ *Vt ad Ecclesiasticos gradus accessurus, non pri-*
„ *us consecretur, quàm promiserit, se catholicam fi-*
„ *dem conservaturum, & juxta Canones Ecclesiasti-*
„ *cos omnia facturum.*

„ *Ne quis acceptam à sacerdote Eucharistiam*
„ *negligat sumere.*

„ *Vt in mortis periculo denuncietur absolutio, li-*
„ *cèt nondum sit impleta satisfactio.*

„ *Ne dæmoniacis, & alijs passionibus obnoxijs,*
„ *liceat administrare sacra.*

„ *Vt inter Sacrificandum semper plures adsint*
„ *ministri.*

„ *Vt quotannis Concilium celebretur.*

Bracarensis Synodus Tertia.

Anno quarto Bambæ, ad Bracarensem Synodum convenerunt decem episcopi, & initiò pro fidei consensu repetunt Symbolum Nicenum. Deinde decreta faciunt octo. 1. *Vt*

1. Vt repulsis omnibus opinionibus superstitiosum, panis tantùm & vinum aquâ permixtum, in sacrificio offerantur.
2. Ne vasa Domino sacrata humanis usibus serviant.
3. Ne sacerdos sine orario Missam audeat celebrare.
4. Ne sacerdotes, sive quicunq; ex clero, sine testimonio, cum quibuslibet fœminis habitent.
5. De damnata præsumtione episcoporum quorundam, qui in festivitatibus martyrum ad Ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab albatis diaconis in sellulis vectantur.
6. De honestate honoratorum, & disciplina.
7. Ne promissione munerum, honoris gratia remundetur.
8. Ne rectores Ecclesiæ prius propria, quàm Ecclesiastica jura laborare intendant.

Postremò, Deo & Regi gratias agunt pro congressu isto, & subscribunt.

Sexta universalis Synodus Constantinopoli habita. Anno C. 681.

Sexta universalis Synodus collecta est anno imperij Constantini duodecimo, juxta Sigebertum & Iuonem, & Paulum Diaconum: seu 13. juxta Palmerium: Nam quod in prima actione annus vigesi-

vigesimus septimus Constantini reperitur adscriptus, omninò mendosum est. Constat enim omnium historicorum sententiâ, tantùm septendecim annos imperasse Constantinum Pogonatum. Annum verò Domini Sigebertus annotat 681. alij verò unum annum adijciunt, alij plures, alij pauciores etiam numerant.

Constantinus Pogonatus.

Indixit autem istum conventum Imperator Constantinus, & fratres ejus Heraclius & Tiberius, & non Romanus pontifex; ut patet ex Constantini Divali Sacra, ut vocant, ad Donum Romanum episcopum, & Georgium Constantinopolitanum, è qua ad institutum facientia adijcimus isthæc paucula.

Constantinus imperator indixit sextam generalem.

Donus Pp.

Divalis Sacra, directa ad Donum sanctissimum, papam Senioris Romæ, contradita verò Agathoni sanctissimo ac beatissimo papæ ejusdem antiquæ Romæ, eo quòd idem Donus de præsenti vita decessisset.

Superscriptio Sacræ.

In

In nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu » Christi, Imperator Flavius Constantinus fidelis, » magnus imperator, Sacra Dono sanctissimo ac bea- » tissimo archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ, & uni- » versali papæ, data pridie Idus Augustas Constanti- » nopoli, indictione sexta. »

Et præmisso exordio, ita porrò Divalis Imperatorum habet: Postquam igitur tempus » recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur » vestram paternam beatitudinem, per præsentem no- » stram piam Sacram, dirigere viros utiles, mo- » destos, notitiam habentes totius à Deo inspira- » tæ doctrinæ, & peritiam irreprehensibilem ha- » bentes dogmatum, indutos personam vestræ a- » postolicæ sedis, ejusq; concilij, deferentes & » libros quos oportet proferri, & omnem autori- » tatem habentes, quatenus convenientes cum hic » posito sanctissimo ac beatissimo patriarcha, & » Macario sanctissimo patriarcha Theopolitanæ » civitatis, perscrutentur cum omni mansuetu- » dine & modestia, & per gratiam sancti Spiri- » tus, veritati assistere & consentire: Monitionem » habentibus eis, qui huc advenerint ex parte sedis » vestræ, per præsentem nostram piam Sacram. » Per Deum enim omnipotentem, non est apud nos » partis cujuslibet favor: sed æqualitatem utris- » que partibus conservabimus, nullatenus neces- » sitatem facientes in quocunq; capitulo, eis qui à vobis » dirigentur quoquo modo: sed & omni honore, cum »

competenti

competenti munificentia & susceptione dignos eos habebimus, &c.

De numero Patrum, qui convenerunt Constantinopolim ad hanc Synodum, variant autores. Nã alij numerant centum quinquaginta: ut Regino libro primo, & Beda de ratione temporum, Ado Viennensis, & Honorius in Chronico, Sleidanus libro secundo de Monarchijs. Alij, verò 289.

Alexandria & Hierosolyma à Sarracenis occupata carent patriarchis.

Præcipui in hoc congressu fuerunt, legati Agathonis Papæ, Georgius Constantinopolitanus, & Theophanes Antiochenus. Nam neque Alexandria neque Hierosolyma, à Sarracenis occupatæ, patriarchas hoc tempore habebant. Zonaras tomo tertio.

Causam autem præbuit controversia de duabus in Christo voluntatibus & operationibus, quæ ad annos circiter quadraginta sex & amplius, in Ecclesia agitabatur: & Ecclesias Orientis & Occidentis non modò turbârat, sed etiam divulserat.

Synodus in Trullo.

In prima actione, quæ habita est 7. Novemb. indictione 9, cùm in Secretario sacri Palatij Trullo nomine consedissent, Imperator Constantinus, & à latere ejus dextro glorioſi patricij & consules;

Initium

Initium sermonis faciunt legati Agathonis & Synodi Romanæ centum & viginti quinque episcoporum, & commemorant, quòd ante annos quadraginta sex Constantinopolitani præsules, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, & Cyrus Alexandrinus; & Theodorus Faranitanus, novitates vocum contrarias orthodoxæ fidei, introduxerint, docentes unam voluntatem in incarnationis dispensatione unius sanctæ Trinitatis Domini nostri Iesu Christi, unamque operationem: ἥτις non parum turbarint Ecclesias Dei per totum orbem terrarum, nec potuerint ullis admonitionibus ab errore reduci. Ac ab Imperatore petunt, ut iubeat eos, qui partes illorum tueantur, exponere, unde huiusmodi vocũ inventa sit novitas. *Monothe-letici errorís patroni.*

Factâ ergo potestate dicendi, Macarius archiepiscopus & suo & Constantinopoleos, & aliorum episcoporum nomine inquit: *Nos quidem vocum novitatem non edidimus, sed quicquid percepimus tam à sanctis universalibus Synodis, & sanctis probabilibus patribus, quamq; à præsulibus hujus regiæ urbis, id est, Sergio, Paulo, Pyrrho & Petro, nec non & Honorio, qui fuit papa antiquæ Romæ, & Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, hoc est, de voluntate & operatione.* *Macarius archiepiscopus.*

„ ratione, sic & credimus, & prædicamus, & docemus, & parati sumus de hoc ostendere.

Constantinus piissimus Imperator dixit: *Si vultis nobis de hoc ostendere, non aliter vos suscipimus, nisi probationes proferentes, quemadmodum dixistis, à sanctis universalibus Synodis, & sanctis probabilibus patribus.*

Macarius Deo amabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eo erant, dixerunt: Pijssime Domine, jubeto per Chartophylacem huius sanctæ magnæ ecclesiæ Dei libros sanctarum Synodorum ex venerando patriarchio in medium proferri. Constantinus piissimus Imperator dixit: jubemus acta earundem sanctarum Synodorum universalium, ex Patriarchio à Deo conservandæ huius regiæ urbis, confestim, per competentem Chartophylacem, ad medium deduci atque relegi. Et paululum egrediens Georgius Deo amabilis diaconus & Chartophylax, & veniens in bibliothecam venerandi patriarchij, protulit libros sanctarum universalium Synodorum. Constantinus pijssimus Imperator dixit: Georgius religiosus diaconus & Chartophylax, codices, quos præ manibus gerit, sanctorum Conciliorum porrigat ad legendum.

Acta Synodorum proferuntur iussu Imperatoris.

Georgius Chartophylax.

In

In tertia Actione, cùm ijdem resedissent 13. Novembr. indictione nona, Antiochus lector & notarius jussus legere libros quintæ Synodi, exorsus est principium prædicti libri. Et inspicientes tam pijssimus Imperator unà cum glorioßissimis judicibus, & quibusdam ex sancta Synodo Deo amabilibus episcopis, & aperientes ac discernentes, invenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes subnotationem numeri, qui secundùm consuetudinem affigitur in quaternionibus: sed in quarto quaternione habente primum numerum, & in sequenti quaternione secundum & tertium, atque quartum subsequenter: alias verò & dissimiles esse literas eorundem in exordijs submissorum quaternionum, in quibus continebatur sermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, à literis quæ prius scriptæ sunt in eodem codice. Constantinus pijssimus Imperator dixit: Huiusmodi non relegatur sermo.

Tres quaterniones in actis Synodicis adulterati.

In quarta Actione, quæ facta est die 15. Novembr. indictione nona, primùm iussu Imperatoris epistola Agathonis papæ ad Constantinum, Heraclium & Tyberium

berium Imperatores Augustos prælecta est, cuius præcipuum caput est confessio eius de duabus in Christo naturis & voluntatibus, quam quidem & testimonijs scripturæ & patrum probat. Allegat autem hæc scripturæ testimonia: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Item, non mea, sed tua voluntas fiat, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Item: Factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis, Phil. 2. Et: Erat subditus parentibus suis, Luc. 2. Et: Spiritus promptus est, caro autem imbecillis, Matth. 26. Descendi de cœlo, non ut faciam meam voluntatem, sed eius qui misit me Patris. Iohan. 6. Et: Hæc est voluntas eius, qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Item: Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Iohan. 5. Omnia quæ voluit Dominus in cœlo & in terra fecit. Psalm. 134. Sicut pater suscitat mortuos; ita & filius quos vult vivificat, Iohan. 5. Et leproso dicit: Volo, mundus esto. Matt. 8. Nemo potest cognoscere patrem, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Matth. 11. Cùm per Galilæam transiret, noluit

Agatho è scripturis & patribus proba duas in Christo naturas & voluntates.

noluit ut quisquam cognosceret. Matth. 14. Nolebat per Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et ingressus in domum, noluit aliquem scire, & non potuit latere, Marc. 7. Eandemque orthodoxam suam Confessionem testimonijs patrum & argumentis demonstrat, & è regione monotheletarum impiam opinionem confutat.

In sexta & septima sessione communi consensu Synodi hæc confessio approbata & subscripta est.

In Octava Actione iubentur ab Imperatore reliqui episcopi suam declarare sententiam. Consentiunt itaq; Agathoni, eiusq; Confessionem per omnia approbant Georgius Archiepiscopus Constantinopolitanus, Theodorus Ephesinus, Sisinnius Heracliæ in Thracia, & alij.

In IX. actione Stephanus monachus, discipulus Macarij dixit: Sanctus Gregorius Theologus in libro secundo de filio, manifestè ostendit unam voluntatem in Domino nostro Iesu Christo, inquiens: Illius enim velle nec contrarium est Deo, deificatum totum. Basilius, Deo amabilis episcopus Gortinæ, dixit: *Stephanus conatur è Gregorio monotheletarum opinionem stabilire, sed frustrà.*

Humana Christi voluntas Deificata.

Qualem voluntatem dicis, quæ Deificata est: divinam, an humanam? Si enim divinam dixeris, quod divinum est, Deificatione non indiget: Si autem humanam, procul dubio duas voluntates, & ex præsenti testimonio etiam nolens significas.

Sententia Synodi definitiva.

Macarius & Stephanus monothelitæ damnantur.

Sancta Synodus dixit: *Tu Stephane, & tuus magister Macarius, non ostendistis in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, per codicillum à vobis oblatum: sed & duas voluntates, in testimonijs in eodem codicillo positis invenimus apertè, clamante Athanasio laudabili, quamvis detruncata & obcœlata sint, juxta quod soliti estis, eadem testimonia, quæ perversè interpretantes protulistis. Definivimus igitur, postquam apertè approbati estis ad subversionem divinorum dogmatum festinare, & sanctorum ac probabiliũ patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis sensum assumere, & quæab eis dogmatizata sunt, sectari, ad contagium orthodoxæ plebis, ab omni vos sacerdotali dignitate & ministerio alienos existere. Eos autem qui jam pœnitentiam egerunt, & superius nominatos tam episcopos quàm clericos, qui & nunc in medio assistunt, & rectè vnà nobiscum confitentur, prævidimus quidem in proprijs locis residere. Libellos autem quos promiserunt,*

runt, propriæ eorum fidei, cum jurejurando in subsequenti nobis offerent. Sancta Synodus exclamavit: Multos annos Imperatori, orthodoxo Imperatori multos annos: Hæreticum foras mitte. Novo Eutycheti malos annos, novo Apollinari malos annos: Hæreticum foràs mitte.

In actione decima, die 18 Martij, postulantibus legatis Romani pontificis, consentiente verò Imperatore & Synodo, testimonia patrum, nimirum Leonis papæ, Ambrosij, Chrysostomi, Gregorij Nysseni, Cyrilli, Epiphanij, Gregorij Nazianzeni, Athanasij, Augustini, Iustini martyris, Iustiniani Imperatoris, Euphemij Antiocheni, Ioannis Scythopolis, ostendentia duas voluntates & operationes in Christo, ab Agathone & Synodo Romana transmissa, cum testimonijs hæreticorum unam voluntatem & unam operationem asserentium, releguntur & conferuntur cum authenticis exemplaribus: & tota Synodus pronunciat ea rectè esse allegata.

In actione undecima, die 20. Martij, proferuntur à Georgio Synodica Sophronij, & leguntur: quibus finitis, Imperator Constantinus causis Reipublicæ occupatus, Constantinum & Anastasium

patricios, & Polyeuctum & Petrum ex consules suo loco adesse & præsidere Synodo iubet, donec ad finem deducantur ea, quæ restent agenda.

In duodecima actione, chartæ Macarij ad Imperatorem Constantinum missæ, offeruntur, Et epistola Sergij Constantinopolitani recitatur, cuius capita hæc erant:

Primò, quomodo Imperator à Paulo in dubitationem de duabus in Christo naturis coniectus Cyrum consuluerit, qui ad Sergium scribere illum iusserit, librumq; Mennæ ad Vigilium miserit.

Secundò, quomodo Cyrus Alexandriæ dissidentes ad concordiam reduxerit.

Variæ concertationes orthodoxorum cum monothelitis.

Tertiò, Quomodo Sophronius isti formulæ compositionis contradixerit, asserendo, oportere duas in Christo operationes & voluntates statui.

Quartò, Quomodo ipse Sophronium iusserit patrum testimonia proferre, quibus asserantur duæ operationes in Christo. Quod cùm non potuisset præstare, iusserit eum quiescere, ne turbæ excitarentur novis phrasibus, & quod Sophronius isti sententiæ acquieverit.

Quintò, Quomodo ad Imperatorem

rem Mennæ librum ad Vigilium, de una voluntate & operatione scriptum miserit: eiq; suaserit ut permaneat in tritæ patrum doctrina, & non sinat nova inquiri, quæ turbas dent in Ecclesia.

Et epistola Honorij ad Sergium, quæ etiam tota legitur. In ea autem Honorius planè probat sententiam Sergij. Inquit enim inter alia: *Non oportet ad dogmata hæc Ecclesiastica retorquere, quæ neque Synodales apices super hoc examinantes, neq; autoritates Canonicæ visæ sunt explanasse, ut unam vel duas energias aliquis præsumat Christi Dei prædicare, quas neq; Evangelicæ vel Apostolicæ literæ, neq; Synodalis examinatio super his habita, visæ sunt terminasse, &c.*

In actione decimatertia, cùm iterum convenissent patres die 28. Martij, & relegissent pro more acta priora, iterum à judicibus admoniti, hujusmodi proferunt sententiam de scriptis hactenus lectis, in hunc modum: *Secundùm promissionem, quæ à nobis ad vestram gloriam facta est, retractantes dogmaticas epistolas, quæ à Sergio quondam Patriarcha hujus à Deo conservandæ regiæ urbis scriptæ sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat episcopus Phasidis, quàm ad Honorium quondam papam antiquæ Romæ: similiter autem & epistolam ab illo, id est, Honorio rescriptam ad eundem*

„ Sergium: hasq; invenientes omninò alienas existere
Monothe-letæ damnantur. ab Apostolicis dogmatibus, & à definitionibus sanctorum conciliorum, & cunctorum probabilium patrum: sequi verò falsas doctrinas hæreticorum, eas omni modo abijcimus, & tanquam animæ noxias execramur. Cum his verò simul projci à sancta Dei catholica Ecclesia, simulq; anathematizari prævidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ: eò quod invenimus perscripta, quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem secutus est, & impia dogmata confirmavit.
Honorius Papa anathematizatur à concilio.

In actione decima quarta, die 2. Aprilis, fit inquisitio de libro Mennæ ad Vigilium, & de libris duobus Vigilij ad Iustinianum & Theodorum, repertis inter acta quinti Concilij in quibusdam codicibus: & deprehenditur eorum hominum testimonijs, Macarium & Stephanum hæreticos libellos istos codicibus inseruisse. Quare Synodus tandem hanc promulgat sententiam:

Liber Mennæ damnatur. *Anathema libro, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt sive scripserunt. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianum* „ *& Theodorũ divæ memoriæ, qui & sunt demonstrati. Anathema simul, qui falsaverũt acta sancti & universalis quinti Concilij. Anathema, qui docuerunt & exposuerunt, docentibusq; vel postea docturis unam voluntatem & unã operationem in incarnationis di-*

spensatione Domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, unius de sancta Trinitate &c. "

In actione decima quinta Polychronio presbyter & monachꝰ suam confessionē Monotheleticā, propriâ manu in charta cōscriptā & bullis obsignatā, Synodo obtulit cum asseveratione, hanc confessionē sibi Chrysopoli per peculiarē revelationē diuinitꝰ esse traditam, seq́, illā miraculo comprobaturū. Scheda enim mortuo imposita effecturū se, ut resurgat. Patres concilij authoritate & senio viri dementati concesserunt, ut mortuo confessionem imponeret: sed cùm multas ille horas frustrà ad feretrum murmurasset & defunctum excitare non potuisset, impostura ejus palam ab omnibus deprehensa, & Polychronius Simoni mago similis seductor à Concilio pronunciatus ac solenniter damnatus est. "

Polychronius conatur excitare mortuum monotheleticam opinionem comprobare, sed frustra.

In sessione decima sexta, IX. die Augusti Constantinus presbyter ecclesiæ Apamensis secundæ Syriæ in consessum admissus dixit, se in Synodum venisse, ut patres instrueret & ἐνωτικὸν edoceret. Erat autem illud ἐνωτικὸν tale, ut duas in Christo naturas & voluntates ante resurrectionem, sed unam naturam & voluntatem post resurrectionem statuerent. Synodus his auditis, proclamavit, illum Manichæorum & Apollinarij erro-

Fraudulentum ἐνωτικὸν.

errorem profiteri, & proinde Constantinum presbyterum damnavit.

In actione decima septima, undecimo Septembris, indictione decima, definitiva sententia & confessio Synodi promulgatur.

SYNODI SUB IUSTINIANO.

Altera pars sexta & universalis.

Post annos quatuor aut quinq; Iustinianus Imperator eosdem patres ad Synodum revocavit: venerunt pleriq; omnes, atq; etiam Romanus pontifex suos remisit legatos.

In eadem autem Synodo, cùm repetita essent acta superiora, & approbata, patres dixerunt: Quoniam sanctæ universales Synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, & sexta sub Constantino Patre Augusto, de mysterio fidei plenissimè disputantes, Canones non fecerunt, sicut cæteræ quatuor universales Synodi: propterea nos convenientes in hanc imperialem urbem, sacros canones conscripsimus. Gratian. distinctione, 16. Testatur autem Petrus Nicomediæ episcopus, apud Gratianum distinct:

stinct: 16. cap. Habeo librum: Patres in hoc Concilio ad Correctionem Ecclesiæ condidisse, promulgasse & subscripsisse Canones centum & duos, qui si extarent, de multis rebus monere lectores possent. Nam non sine causa à Romano pontifice rejecti sunt: unum atq; alterum tamen hinc inde collectum adscribimus.

XIII. Canon.

Quoniam in Romani ordine Canonis esse cognovimus traditum, eos, qui ordinati sunt diaconi vel presbyteri, confiteri, quòd non suis jam copulentur uxoribus: antiquum sequentes Canonem Apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorum virorum, legales nuptias à modò valere volumus, nullo modo cum concedunuxoribus suis eorum connubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate ad invicem in tempore oportuno. Quicunq; ergo diligens inventus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hi nullo modo prohibeantur ad talem ascendere gradum, pro uxoris suæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri castitatem cogantur, quòd abstinere debeant à legitimæ uxoris familiaritate. Item: Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus, ut à Deo possint consequi ricis quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præ-

Nuptiæ clericis. Uxores conscessæ cleris.

sumserit

„ sumserit contra Apostolicos Canones, aliquos presbyterorum & diaconorum privare à contactu & communione legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur: Si verò in hoc permanserit, deponatur. Distinct: 31. capite Quoniam. Nicetas monachus dicit, hunc esse Canonem decimum tertium sextæ Constantinopoleos.

LV. Canon.

„ Quandoquidem comperimus, quosdam in urbe Romana, tempore quadragesimalis jejunij, in Sabbathis contra receptum Ecclesiæ morem jejunare. Quare visum est huic sacrosanctæ Synodo, ut etiam Romanam Ecclesiam modis omnibus obliget Canon, qui inquit: Si quis clericus fuerit deprehensus die Dominico aut Sabbathi jejunare, excepto unico tantùm Sabbatho, is deponatur. Si verò laicus, excommunicetur. Nicetas ibidem. In Catalogo testium veritatis, 55. Canonem esse Sextæ universalis, annotatur.

Die Dominico non jejunandum.

Dignitas Constantinopolitanæ, Romanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ, Hierosolymitanæ ecclesiæ.

Renovantes sancti Constantinopolitani decreta Concilij petimus, ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat: non tamen in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa; sed hæc secunda post illam existens, prius quàm Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

Gratia-

Gratianus dist: 22. cap. renovantes. Et Hugo de Conciliis affirmat, sextam Synodum definiisse, ut eandem habeat potestatem patriarcha Constantinopolitanus, quam haberet Romanus.

LXXX. Canon.

Item 80. clamat sic: Episcopus aut presbyter vel diaconus militiæ vacans, & volens utrumq; Romanum principatum, & sacerdotalem dignitatem, deponatur. Nam quæ Cæsaris sunt, Cæsari: spiritalia & quæ sunt Dei, Deo. Sed prælati Latinorum, & politicæ etiam papa, assumunt sibi talium dignitates, & vocantur quidam comites, quidam Marchiones, & alij duces, &c. Ergo.

Episcopis petit ecclesiasticam & politicam dignitatem, deponatur.

Cùm autem non tantùm alij episcopi, sed etiam legati Romani subscripsissent istis canonibus, & alijs actis hujus Synodi in sex tomos descriptis: Imperator istos tomos Romam misit, & à Sergio postulavit confirmationem. Sed ille prorsus recusavit eos approbare, propterea quòd 13, & 36, & 46, & 52. Canones Romanæ Ecclesiæ adversarentur: Hugo, de Conciliis, Imò nec legere ista acta voluit. Ea re Imperator offensus, Iohannem portuensem episcopum Roma

Sergius non vult subscribere sextæ Synodo.

Con-

Constantinopolim abduci curavit: & misit Zachariam protospatharium, hoc est, principem militiæ, ut Sergium etiam captum deportaret. Verùm Pontifex Ravennatis exarchi præsidio defenditur, & Zacharias de vita periclitatur. Liber Pontificalis in vita Sergij, & Blondus decadis primæ lib. 10, & Beda de ratione temporum, Sabellicus Enneadis Octavæ libro sexto, Paulus Diaconus lib. 6. cap. 4. de gestis Longobardorum.

Romani summo studio istos Canones à Latinis Ecclesiis removerunt. Vnde Sabellicus & alij historici negant se potuisse reperire, quænam in hac Synodo essent constituta ceremonijs Romanis contraria. Ideò tantùm in genere asserunt, Iustinianum animo inquieto præditum, odio Romanorum pontificum, ad Sextam Synodum, sub Agathone celebratam, evertendam, denuò convocasse Patres. Sed tamen Gratianus suo decreto quosdam, ut annotavimus, inserit: unde chronici videntur sumsisse, qui affirmant, in Sexta Synodo tria esse acta: Primùm damnatam hæresin Monotheletarum, ut est distinct: 16, cap: Synodus. Secundum, mutatum esse sta-

tum

tum dignitatum, Nam pro Alexandrina Ecclesia, quæ secunda erat à Romana (distinct: 22. cap. Sacrosancta) Constantinopolitanam secundum locum sortitam esse: vigesima secunda distinctione, capite, Renovantes. Tertium, Conjugium Græcis sacerdotibus concessum, distinct: 31. cap. Quoniam. Iohannes Toletanus, Supplementum Chronicorum, Fasciculus temporum, Rudimentum novitiorum, Cuspinianus, & similes infiniti.

Synodus Toletana Duodecima.

Iohannes Magnus in Gotthicæ historiæ lib. 16, cap: 23. tempore Euringij regis tria concilia in Hispanijs Toleti habita dicit. In tomo vero secundo extant duo, quorum alterum primo, alterum quarto ejus regni anno scribitur celebratum. Funcius videtur innuere, illud quod sub Bamba cœptum est, finitum esse anno primo Euringij.

Cæterum primo anno Euringij, quinto Idus Ianuarij, convenerunt Toletum episcopi circiter 33. & aliquot abbates, & circiter tredecim illustres aulæ viri. Præsedit Iulianus archiepiscopus Toletanus, teste Iohanne Magno Gotthicæ

historiæ lib. & cap. eodem: licèt inter subscriptores, Iulianus Hispalensis archiepiscopus dicatur, in secundo tomo Conciliorum.

Rex ad patres ingressus, offert tomum, in quo petit, ut Synodus terram pravitatis contagione repurget, & in primis Iudæorum pestem, quæ in novam semper recrudescat insaniam, radicitus extirpet: Deinde postulat præcessoris sui regis Hispaniæ leges quasdam nimis severas abrogari: deniq; disciplinam corrigi flagitat.

Patres autem, in initio, pro Confessione fidei repetunt Symbolum Nicenum.

Deinde recognoscentes scriptum, Bambæ & Seniorum Palatij manu & sigillis confirmatum, & testimonium Iuliani archiepiscopi, quibus indicabatur, Bambam tonsurâ acceptâ, magistratu sese abdicantem, Euringium eligere & exoptare successorem: eundem solenniter pronunciant Regem, & populum à Bambæ fide & jurejurando absolvunt, & Euringio parere jubent.

Tertiò sanciunt, ne quis acceptâ pœnitentiâ, & signo eius tonsurâ, ad cingulum militare redeat.

Quartò,

Quartò, sanè juxta placitum aulicorum decernunt, ut quos Regia potestas in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ fecerit, hos etiam sacerdotum & populorum conventus suscipiat in Ecclesiasticam communionem: ut quod Principalis pietas habeat acceptum, non à Sacerdotibus Dei sit extraneum.

Quinto Stephanum Emeritensem episcopum arguunt, quod contra Canones in villa episcopum ordinasset, & sanciunt, episcopos in urbibus solummodò esse constituendos.

Sexto, corrumpentes dictũ 1 Cor. 10. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? inferunt: Certum est, quod hi, qui sacrificantes non edunt, rei sint Dominici sacramenti, & super hoc fundamento Canonem constituunt, ut quotiescunq; sacrificans corpus & sanguinem Iesu Christi Domini nostri in altari immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis Christi se participem præbeat.

Cætera his sunt similia, partim monastica, partim politica.

Toletana decima tertia Synodus.

Quarto anno Euringij iterum Toletum Episcopi cõvenerunt. Rex offert tomum, in quo indicat, se velle leges constituere de accusatis, ne cuiusque violentiâ opprimantur: & de relaxandis fiscalium exactionibus: & de libertis & servis, ne ad palatina transeant officia: ac rogat Synodum, ut de ijs rebus disputiat.

Patres primùm confessionem fidei ex Niceno & Constantinopolitano Symbolis concinnant: deinde de capitibus propositis decreta faciunt, quæ non extant in secundo tomo Conciliorum.

SYNODI SUB LEONTIO.

Aliæ Toletanæ Synodi, sub Egita.

Egitæ jussu tria Concilia Toletanâ, pro augenda & conservanda fide Christiana, convocata sunt, quæ non solùm suâ regiâ authoritate confirmavit: verùm etiam humi prostratus, sese sacrosancti Concilij orationibus suppliciter commendavit. Iohannes magnus historiæ Gotthicæ lib. 16. cap. 24.

Synodus

Synodus sub Tyberio, seu Absimaro.

Anno Domini 608, juxta Sigebertum, Aquilejæ Synodus facta est: in ea patres quintum universale Concilium, in quo statutum est, Mariam esse Θεοτόκον, in dubium vocaverunt, propter imperitiam fidei. Sed Sergius eos de errore admonuit, & ad mentem saniorem reduxit. Regino libro 1. Chronicorum, & Beda in libro de ratione temporum: Ado Viennensis ætate sexta: Paulus Diaconus libro sexto, capite quarto de gestis Longobardorum.

CAPVT VIII.

DE SYNODIS OCTAVA Centuria, id est, ab anno 700. usq; ad annum 800. post Christum natum.

SYNODI SVB IVSTINIANO.

Synodus Britannica.

Anno C. 700. Circa annum Domini septingentesimum quintum, Daniele & Adhelmo Episcopis Occidentalium Saxonum existentibus, in Synodo statutum est, ut provincia Australium Saxonum, quæ hactenus ad Civitatis Ventanæ, cui præerat Daniel, parochiam pertinebat, & ipsa sedem episcopalem ac proprium haberet Episcopum: consecratusq; est eis primus Episcopus Eadbertus, Beda lib. 5. cap. 19.

Synodus Niddensis.

VVilfridus. VVilfridus ex episcopatu suo apud Nordanhumbros excussus, post longas peregrinationes in Angliam reversus, per Synodum Niddensem & Osredum Regem restituitur in integrum. Beda lib. 5. c. 20. Eccles: hist. gentis Angl.

Synodus Londinensis.

Cultus imaginum propagatus. Cum mota esset controversia de cultu Imaginum, Diabolus ad Idololatriæ, confirmationem omnem lapidem movit, utens opera suorum mancipiorum: nimirum Pontificum Romanorum & Monachorum. *Inter alios autem Eguvinum monachum Benedictinum, nuper VViccijs designatum Episcopum, hominem ex superstitionum colluvie com-*

Eguinus præstigijs defendit cultum imaginem.

compactum excitat: eiq; in somnis instillat per illusiones & præstigias suas, quasi à Maria Virgine iubeatur in Ecclesia sua collocare imaginem ejus, & populo venerationem atq; adorationem istius Idoli persuadere. Is verò quiescere non potest, sed rem in actum deducere constituit: librumq; de suis visionibus conscribit. Res defertur ad pontificem Romanum Constantinum: qua verò id factum sit occasione, non est annotatum: fortè quia aliqui boni sese impietati & vanitati illi opposuerunt, quos Satan Apostolica authoritate refringendos censebat. Pontifex prius hominem accersit, & jurejurando obtestatur, ut Veritatem dicat. Videbat enim ipse scripturam sacram imaginum cultui refragari, & opus esse novis revelationibus ad eam idolomaniã stabiliendam. Ille verò in sua sententia constanter perseverat, atq; Pontifici fidem facit. Ergo Apostolica sua autoritate approbat visiones Eguvini, ac Bonifacio legato suo imperat, ut in Britanniam abeat, atq; Londini cum consensu Brithvvaldi Archiepiscopi Anglorum Synodum celebret. Isti autem Pontifici obsequentes, episcopos & Reges sub Anathematis pœna convenire Londinum jubent. In eo congressu non datur locus disputationi, & collationi, ut par erat: sed visiones VVuccensis monachi proponuntur de cultu imaginum, & indicatur eas à Pontifice maximo esse comprobatas. Deniq; promulgatur decretum de Imaginibus in templa collocandis missarumq; celebratione & adoratione

honorandis, ac deniq; de abdicandis Sacerdotum uxoribus.

Cultus imaginum fraudulenter Angliæ obtrusus.

Tali modo cultus Imaginum Anglicanis Ecclesijs authoritate Antichristi, & illusionibus diabolicis, atq; approbatione superstitiosæ vanitatis est obtrusus: paucis pijs frustrà gementibus & contradicentibus; circiter annum Domini 712. aut 714. Nauclerus & Balæus Centuria 1. Capitibus 91. & 94. & 99.

SUB PHILIPPICO.

Synodus Constantinopolitana.

Monachus vates & hæreticus, Philippico prædicens imperiū, jureiurando eum devinxerat, ut sextam Synodum, quam malè factam esse asserebat, abrogaret. Eius promissi memor Philippicus, cum ad Imperium venisset, Synodū cogit ex Episcopis pluribus, quorum nomina non sunt annotata. Patres autem illi iuxta Imperatoris Voluntatem, sextam Synodum universalem, in qua duæ Voluntates & operationes in Christo contra Monotheletas assertæ erant, damnant. Narrant hæc Beda lib. 2. de

Monotheletæ patrocinio Philippici Imperatoris nituntur.

ratione

ratione temporum : Paulus Diaconus lib. 6. cap. 11. de Longobardis. & lib. 20. rerum Romanarum. Adon Viennensis ætate 6. Phrysingensis lib. 5. cap. 15. Zonaras tomo 3. Platina in Constantino primo, & alij: circiter annum Domini 712.

Synodus Romana tempore Constantini Papæ.

Constantinus Papa, acceptis literis Philippici, convocat Synodum, & quid faciendum sit deliberat: ac tandem omnium consensu decernit, Quia imperatoriæ literæ præcipiant hæreseos & erroris approbationem, ideo iis non esse præstandam obedientiam, iuxta Regulam, Oportet Deo magis obedire quàm hominibus.

Deinde, quia Imperator picturam sex Synodorum universalium abrasione damnarit: ideo debere omnium Patrum Imagines, qui in sex Synodis fuissent, Romæ in porta Petri depingi, Confessionis loco, quod Romana Ecclesia decreta Synodorum amplectatur. *Sex Synodi depictæ Romæ.*

Tertiò, quia Imperator hæreticas opiniones propugnet, & veram senten-

tiam damnet, ideo eum esse pro excommunicato habendum.

Imperator Philippicus damnatur.

Quartò cùm Imperator sit hæreticus, & imagines Patrum reijciat, ideo nec ejus effigiem esse in Ecclesiam pro more collocandam; nec nomen, nec literas, nec figuram, sive in scripto, sive in moneta recipiendam. Acta hæc sunt anno Domini 712. Sigebertus: Beda libro 2. Paulus libro 6, cap. 11. de Longobardis: Adon ætate sexta, Platina.

Anno C. 714

Synodus Romana alia, tempore Gregorij secundi.

Gregorius secundus Romæ Synodum generalem celebrat anno Domini 714. In ea etiam interfuerunt Sedulius Britannorum, & Fergustus Scotorum episcopi. Statutum autem est, ut missarum celebritates publicè in templis peragerentur, quod quidem antea non solebat fieri. Sigebertus in Chronico: Balæus Centuria 1. cap. 91. & Centuria 14. cap. 28 & 29. In 2. tomo Conciliorum Gregorio 3. asscribitur ista Synodus, ac annotatur celebrata anno 6. Leonis. Ex decretis ejus, quorum referuntur septendecim, hæc quatuor priora annotare libet.

1. Si

1. Si quis presbyteram duxerit in Conjugium anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit. — Contra conjugium clericorum.

2. Si quis diaconam in Conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

3. Si quis monacham, quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit. — Monachæ sunt Dei ancillæ.

4. Si quis commatrem spiritualem duxerit in Conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

SUB LEONE.

Synodus Orientis.

Cum Leo Imperator, anno 9. imperij sui, imagines tolli iussisset, ne Saraceni haberent, ob quod Christianos Idololatriæ accusarent: cumq; Gregorius Pontifex eam ob causam Imperatorem damnasset, tributaq; ei dare vetuisset: *Iohannes Damascenus in Syria cum Episcopis & Monachis imaginum venerationem in Synodo defendit, & Leonem anathemate ferit. Paulus Diac. lib. 21. rerum Rom.* — Leo Imperator. — Damascenus defendit imagines.

Synodus Constantinopolitana.

Cum Leo non modò Constantino-

poleos.

poleos cives & Orientis quosdam Episcopos, sed etiam Romanum Pontificem videret Imaginum cultum defendere, indicit Synodum. Conveniunt Patres ad septimum Idus Ianuarij, tertia feria decimætertiæ indictionis, anno imperij ejus 13, Domini vero 730, juxta Sigebertum, ac interest ei cætui Germanus etiam Patriarcha.

Anno C. 730.

Disputatio de Imaginum cultu.

Controversia autem de Imaginum cultu atq; veneratione, deq; intercessione Mariæ Virginis & sanctorum, ac de reliquiis mortuorum proponitur discutienda.

„ *Disputatur in utramq; partem acriter, & conferuntur sententiæ: tandemq; ex mutua Collatione manifestum fit, sanctorum intercessionem fabulam, imaginumq; & reliquiarum cultum atq; adorationem, esse meram Idololatriam verbo Dei contrariam. Germanus Patriarcha ita in angustias redigitur, ut nihil amplius habeat, quo suam sententiam plausibiliter saltem tueatur. Damnatur igitur à Patribus ex regula Verbi divini, cultus & veneratio Imaginum. Huic decreto omnes subscribunt. Germanus verò se id facere posse negat, sine universalis Synodi sententia, & sponte episcopatu sese abdicat. Synodus ergo in locum ejus surrogat Anastasium, discipulum & Syncellum Germani. Paulus Diaconus lib. 21. rerum Rom.*

Impera-

Imperator postea Imagines & statuas in foro comburit, & edicto cavet, ne quis eas adoret aut veneretur: & Gregorio Pontifici per literas imperat, ut nisi gratia sua excidere velit, idem faciat. Regino lib. 1 Chronicorum.

Synodus Romana.

Anno C. 733.

Gregorius 3. acceptis edictis Leonis, de imaginibus damnandis & tollendis: indicit Romæ seu (ut quidam volunt) Ravennæ Synodum. Conveniunt nongenti & tres Episcopi juxta Sigebertum, seu mille juxta Bonifacium lib. 8. Decadis 1. de Vngaris. Inter eos autem fuerunt, Pontifex ipse Gregorius, ut præses: & Antonius Gradensis archiepiscopus, & alij Hesperiæ partis Episcopi. Liber pontificj. Adstat pro more omnis clerus Romanus & nobiles, Consules, & populus anno imperij Leonis 16, Domini verò 733. Sigebertus.

Tractatur autem de Imaginum veneratione, deq; Leonis decreto, & Anastasij ordinatione: ac juxta Antichristi nutum cultus Maoſim & deorum alienorum approbatur, ac tandem communi decreto sancitur, quod in hunc modum referunt: Si quis deinceps Catholicam Consuetudinem, & usum fidelem

Cultus Imaginum à Pontifice probatus.

„ lem contempserit, ac venerabilium & sanctarum
„ Imaginum Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi,
„ beatæ Mariæ, Apostolorum & aliorum sanctorum
„ depositor, destructor & prophanator extiterit, aut
„ blasphemus, ipse communione sanctæ Ecclesiæ sit
„ privatus. Antoninus titulo 14. capite primo, §.
„ 1. distinctione tertia, capite, Perlatum est.

Leo Imperator ob denegatum imaginibus cultum damnatur.

Deinde damnatur Leonis decretum, atq; ipse simul communione fidelium & imperio privatur, eo quòd Imagines sacras è templis abrasisset, statuasq; demolitus esset, & de homousio malè sentiret. Platina sub Gregorio 3. & Bergomensis lib. 10.

Anastasius Constantinopolitanus patriarcha damnatur.

Tertiò Anastasius Patriarcha Constantinopolis damnatur atq; ab officio suo removetur: ut colligitur ex Pauli Diac. lib: 21. rerum Rom. Blondi decad. 1 lib. 10. Sabellici Ennead. 8. lib. 8. Ob hujus igitur Synodi & Pontificis authoritatem, Roma cum tota Italia & Occidente, ab obedientia Leonis recessit, tributaq; & vectigalia ei amplius
„ reddere detrectavit. Ecce talem seditionem præsul
„ Romanus, more & ductu illius qui autor est homici-
„ dij, excitat.

Synodus Augustana.

Bonifacius accepta venia à Gregorio 3. Augustæ Vindelicorum Synodum celebrat, cum Periochio ejus urbis Episcopo, & alijs Germaniæ principibus, pro fide Romana confirmanda: ac multa decreta

decreta fecit de rebus Ecclesiasticis. Epistola Gregorij 3. ad Bonifacium, apud Nauclerum gener. 25. pag. 601. Mutius lib. 6. folio 48. de Germania. De hujus vel in alio loco habiti Concilij decretis Bonifacius in Epistola sua ad Chutbertum scribit inter alia in hunc modum: *Præterea Charissimi decrevimus quòq; in nostro Synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam, unitatemq; & subjectionem Romanæ Ecclesiæ, fine tenus vitæ nostræ servare velle, sancto Petro & vicario ejus velle subjici, Synodum per omnes annos congregare, metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta sancti Petri Canonice sequi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numeremur: & isti Confessioni consensimus & subscripsimus, & ad Corpus S. Petri principis Apostolorum direximus, quod gratulando Romanus pontifex suscepit.* Periochius Augustanus episcopus fidem Romanæ sedis manere juravit.

SUB CONSTANTINO COPRONYMO.

Synodus Romana, sub Zacharia.

Anno Luitprandi 32, qui fuit Domini 742. Zacharias Romæ Synodum cogit. Convenerũt Episcopi 34, presbyteri 14. diaconi 4. Occasionem præbuerunt;

Bonifa-

Bonifacius, & Germani Archiepiscopi & principes, qui à Gregorio papa asserebant nuptias in quarto gradu Germanis esse concessas, & nunc à Zacharia petebãt rationes cur eas damnaret. Pontifex negat in archiuo Ecclesiæ tale statutum reperiri, & damnat illas nuptias ut illicitas.

Nuptiæ in quarto gradu à papa prohibitæ.

„ *Inter decreta ejus Synodi, quartum & quintum*
„ *sic habent. Quartò decernimus: ut juxta sanctorum*
„ *Patrum & Canonum statuta omnes Episcopi hujus*
„ *Apostolicæ sedis ordinationi subiaceant. Qui propin-*
„ *qui sunt annuè idibus Maij mensis sanctorum prin-*
„ *cipum Apostolorum Petri & Pauli liminibus præsen-*
„ *tentur, omni occasione sepositâ: qui verò de longitus*
„ *sunt juxta chirographum suum impleant. Nam qui*
„ *hujus Constitutionis contemtor extiterit, præter si*
„ *ægritudine valida fuerit detentus, sciat se Canoni-*
„ *bus subiacere.*

„ *Quintò ut presbyteram, diaconam, nonnam,*
„ *monachã, vel etiam spiritualem Commatrem, nul-*
„ *lus præsumat nefario Conjugio copulare. Nam qui*
„ *hujusmodi opus perpetraverit, sciat se Anathematis*
„ *vinculo esse obligatum, & Dei judicio condemna-*
„ *tum, atq; à sacro Corpore & sanguine Domini nostri*
Papistica prohibitio conjugij. „ *Iesu Christi alienum: statuente apostolica censura,*
„ *ut quicunq; sacerdotum eos communicare præsum-*
„ *serit, eorum consortio condemnatus sacerdotij sui*
„ *privetur honore. Si autem hi, qui conjuncti sunt ad-*

monitis

moniti declinaverint, & ad alterutrum fuerint divisi, pœnitentiæ submittantur, ut sacerdos loci prævideriit.

De ordinatione ministrorum tale condiderunt decretum. *Sed & hoc interdicimus, ut nullus Episcoporum audeat juxta sanctorum Canonum statuta quemlibet clericum bigamū, aut qui viduam duxerit uxorem, ad sacros ordines promovere.* *Bigami & viduarum mariti à clericatu arcentur.*

Synodus Brytannica in Clovesho.

Cum clerus Anglicanus, ob ocium & cibum alienum Sodomiticas exerceret libidines, Zacharias Papa & Bonifacius per literas Chutbertum Mageſetum compellunt, ut anno D. 744. Synodo in Clovesho habita decreta ad institutionem melioris vitæ promulget, Balæus Centuria 2. cap. 14. ex Lælando & alijs. *Lascivia cleri Anglicani coërcetur.*

Septima Constantinopolitana.

Constantinus Copronymus Constantinopoli Synodum convocat, anno imperij sui decimo tertio, juxta Paulum: aut decimo quarto juxta Sigebertum: Domini vero 755. *Constantinus Copronymus.*

Occasionem præbuit Controversia de Imaginum & reliquiarum sanctorum cultu & veneratione, deq; intercessione sanctorum & similibus superstitionibus, quas cognoverat a Romano Pontifice approbari & celebrari.

Convenerunt Episcopi trecenti & triginta octo: ut patet ex definitione eius Synodi, quæ recitatur in actione sexta secundæ Nicenæ. Sigebertus in Chronico tantùm trecentos & triginta habet. In Paulo Diacono lib. 22. tantum 38. numerantur: sed scriptorum vitio forte trecenti sunt omissi.

In Palatio Heriæ quarto Idus Februarij agi cæptum est: & duravit Synodus usq; ad sextam Idus Augusti.

Imaginum Veneratio damnata.

Controversia autem de Imaginum cultu ut parerat discussa, imagines damnatur, & fieri prohibentur: & Germanus Patriarcha, Gregorius Cyprius, & Iohannes Damascenus nepos Mansur Imaginum patroni anathematizantur.

Gregorius Neocæsariensis Synodi sententiam libro complectitur, qui in foro, in præsentia Imperatoris & Patriarchæ universalis & reliquorum Episcoporum, coram populo recitatus & promulgatus. Sicut ille in actione sexta secundi Niceni Concilij assignatus legitur, licet corruptus sit Canone 15. & 17. qui sanctorum venerationem decernant, cum tamen eo tempore illa explosa fuerit.

Sancta

Sancta magna & universalis Synodus, quæ juxta gratiam Dei & per pium devotorum & orthodoxorum nostrorum Imperatorum Constantini & Leonis decretum in hac divinorum studiosa & regia Civitate congregata est, in basilica intemeratæ & sanctæ semper virginis Deiparæ Mariæ quæ cognominatur Blachernis, &c. & interiectis paucis sic inquit:

Christus reduxit nos à corruptrice Dæmonum doctrina, nempe ab idolorum cultu & errore, & in spiritu & veritate adorationem nobis dedit. Et sic in Cælos assumptus, sanctos illius discipulos & apostolos doctores ejusmodi salutaris fieri reliquit, qui nostram sanctam Ecclesiam, veluti sponsam suam variis pietatis et lucidis dogmatibus exornantes, undique ornatam & venustam veluti aureis tegumentis indicarunt: cujus speciositatem inclyti nostri patres & doctores, item sex sacræ priores Synodi assumentes inconcaminatam conservaverunt.

Et ideò congregata sacra hæc nostra Synodus, quam numero trecenti triginta octo constituimus, juxta ritum legislationis Synodicæ, voluntariè amplectimur & prædicamus decreta & scita, traditiones, quas SS. similiter approbaverunt, & servare asserimus.

Synodus in Gallia seu Francia, sub Carolomanno. Carolomannus.

Carolomannus. Anno C. 742.

De Synodo à Carolomanno convocata in Gallia seu in Francorum provincia, ut Epistola Zachariæ habet ad Bonifacium, hæc in edicto eius referuntur, apud Aventinum lib. 3. Annalium pagina 292.

In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi, Carolomannus dux & princeps Francorum, anno à nato Christo servatore & authore nostro, septingentesimo quadragesimo secundo, undecimo Calendas Maij, suasu & Consilio sacerdotum Dei opt. max. & amicorum meorum, pontifices regni mei, maximos, minores, cum presbyteris ritu Christiano convocavi, uti mihi consulant, quo pacto justitia & Christiana devotio instauretur, quæ negligentia & ignavia superiorum principum labefactata, collapsa, terris depulsa corruit. Qua denique industria populus Christi à falsis & pravis sacerdotibus hactenus deceptus, & per anfractus confragosos & devios seductus, ad veritatis semitam reducatur. Iuxta igitur religiosorum meorum Sacerdotum & procerum meorum consilium rogavimus, iussimus, decrevimus, voluimus, hæc q placita præscripsimus. Subsequuntur decreta, quæ brevitatis causa omittimus. Summa tamen est de disciplina ecclesiastica.

Synodus Liftinensis sub Carolomanno.

In

In Synodali conventu, qui congregatus est ad Calendas Martias, in loco qui dicitur Liftinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei & Comites & præfecti, prioris Synodi decreta consentientes confirmaverunt, se implere velle & observare promiserunt: & omnis Ecclesiastici ordinis clerus Episcopi, & presbyteri, & diaconi cum clericis suscipientes antiquorum Patrum Canones, promiserunt se velle Ecclesiastica jura moribus & doctrina & ministerio recuperare. Cætera ex ipsorum declaratione, quæ apud Nauclerum generat. 25. extat, peti possunt.

Synodus Aschæmensis.

Anno C. 765.

Circiter annum Domini 765 cum Thessalonus mortuo parente Bojariam accepisset, proceres Bojorum, episcopi, & monachorum præsules Aschaëmis, quæ est vicus superioris Bavariæ intra Cenum & Isaram, conveniunt, & veteri consuetudine novo principi leges administrandi præscribunt. Aventinus libro tertio Annalium Bojorum.

Episcopi Bojorum præscribunt principi leges.

Synodus Dingulofinensis.

Dingulofini, quod oppidum est in inferiori Bavaria ad Isaram, paulo post

conveniunt sex Episcopi & Pontifices, tredecim monasteriorum abbates.

In isto Concilio leges Bojorum veteres correctæ emendataq; sunt, sicut in Bibliothecis adhuc extant. Consultum quoq, Patrum hujusmodi factum est. *Sacerdotes sanctitatem, quam habitu, Calvitie, & nomine profitentur, moribus exhibeant. Omnis plebs, populusq; Pontificibus pareat. Fœminas sacratas nemo ducat. Festo die solis ocio divino intentus, prophanis negotijs, abstineto, qui hoc die vehicularium, aut hujusmodi opera fecerit, jumenta ejus publica sunto. Aventinus libro tertio Annalium Bojorum.*

Dei dominicæ observatio.

Synodus in Gentiliaco villa.

Anno C. 766.

In villa Gentiliaco apud Parisios celebratur Synodus anno Domini 766. juxta Sigebertum: aut 767. juxta Adonem & Reginonem libro 2. & annales Francorum. Vrspergensis locum vocat Salmoniacum villam.

Occasionem fortè præbuit Constantinus Imperator, qui legatos suos ad Pipinum misit, cum decretis suæ Synodi contra Imaginum cultum.

Quot & qui Episcopi convenerint, non indicatur: nisi quod inter Græcos & Romanos, seu inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam isthic disputatum

tum esse narrat Sigebertus & Vrspergensis. Vnde colligi potest & Græcos & Latinos, forte etiam Gallos & Germanos episcopos adfuisse.

Contulerunt autem inter se de Trinitate & de processione Spiritus sancti, utrum à filio ita procedat, sicut à patre: & de imaginibus sanctorum, utrum igne cremandæ, an in Ecclesijs ferendæ essent. Adon Viennensis ætate sexta. E. Antonius lib. 4. cap. 67. de Francis. *De processione Spiritus sancti disputatur.*

Quid constitutum tandem sit, non est satis manifestè indicatum: Græcos tamen Oratores jussos esse Cæsarem suum admonere, ut cum alijs prius sentiat, Æmylius lib. 2. de gestis Francorum refert. Et Iohannes Tolosanus dicit, post longam altercationem circa Imaginum venerationem, constitutum esse, Christi & sanctorum Imagines esse colendas, sed alios non acquievisse.

Synodus Romana.

Anno Domini 768. juxta Sigebertum (Sabellicus unum annum addit) Romæ celebratur Synodus, cui præfecit Stephanus 3.

Occasio autem eius fuit, quod Romanus clerus & populus Constantinum Pa-

pam, eo quod visus fuisset vero Magistratui Imperatori Constantinopolitano favere, & cultum imaginum improbare, à pontificatu deiecerat, & Stephanum substituerat, & restabat illud ut acta eius abolerentur & culto Imaginum confirmaretur, & seditiosæ defectionis & perfidiæ prætextus & plures occasiones quærerentur.

Convocati sunt autem à Stephano illi, qui ejus parti addictissimi erant, nimirum Tusciæ Campaniæ & Italiæ Episcopi, Carolus etiam & Carolomannus per legatos & literas admoniti, miserunt duodecim Episcopos ad eam Synodum ex Gallijs & Germania.

Conventus habetur in Lateranensi basilica, in mense Aprili, indict. 7. Liber pontif. & Plat.

Primùm autem tractatur de Constantino Papa: ac is coram interrogatur, cur laicus existens Apostolicam sedem invasisset: Respondet ille se à populo, à Paulo Papa offenso, vi arreptum, & in Lateranense patriarchium ductum, & coactum esse suscipere Pontificatum: ac procidens in terram petijt à Synodo veniam. Patres eum erigunt, & deliberationes ea de re instituunt.

Altera

Altero die iterum accusatur Constantinus, quod novum & inauditum facinus perpetrarit: verùm ille respondet, se nihil novi fecisse, & commemorat exempla Sergij Ravennatis, & Stephani Neapolitani, & aliorum, qui ex laicis ordinati sint Episcopi. Hoc responso patres illi adeò irritantur, spiritu nimirum malo pleni, ac in eum irruunt, & alapis cædunt, & in Ecclesia facto igne eum comburunt, ut Marianus Scotus asignat.

Constantinus Papa eo quod Cæsari pareret interemtus à papicolis crudelissimè.

Postea decreta alia constituunt de electione Pontificis Romani, quæ extant in 79. distinctione.

Alia Romana Synodus.

Stephanus 3. quem Blondus Gregorium tertium vocat, cum ab Aistulpho premeretur, Romanos in Concilium adhibet: ac decernit per Legatum Germanum Constantino Copronymo esse indicandum, quod nisi afflictis Romæ & Italiæ rebus sua præsentia & cum Romani imperij viribus subveniret, aliam viam unde salus & defensio haberi posset, scilicet apud Francos quærendam fore. Blondus libro 10. decadis primæ.

Anno C. 768.

Synodi Vuormacienses.

770.

Anno Domini 768, in urbe Suessonum, 782.

num, Carolus in Synodo coronatur à Bonifacio Moguntino Episcopo. Regino lib. 2.

Anno Domini 770. iterum Vuormaciæ Carolus Synodum, seu potius conventum habuit. Idem fecit anno Domini 772. Regino libro 2. Et anno 787 in consessu Sacerdotũ & optimatum exponit causas cur Romam abierit: & quomodo coram Pontifice Thassilonis versutia sit deprehensa. Regino libro secundo.

Synodus Romana à Carolo, & Adriano celebrata.

Cùm Carolus ab Adriano Pontifice excitatus in Italiã venisset, & Desiderium Ticini obsedisset, Romam adijt. Adrianus autem, ne videatur solus agere cum Carolo, convocat Synodum. Conveniunt Episcopi & Abbates circiter 153, juxta Sigebertum: & judices & Doctores Legis, & universus clerus Romanus in Patriarchio Laterani in Ecclesia Salvatoris, anno Domini 773.

Occasionem autem præbuerunt inter alia hæc. Primùm quod Pontifex Carolo promiserat, pro Longobardorum oppressione, & sibi, & patrimonij Petri traditione, summam dignitatem, quam Imperato-

peratores solebant habere. Deinde quod Romani ipsi nō poterant inter se de Pontifices eligere sine turbis: ideo opꝰ habebant authoritate alicujꝰ potentioris Domini, penes quem esset illa potestas Pontificem & alios Episcopos confirmandi. Tertio quod ipse Carolꝰ postulaverat sibi jus suum indicari, & mercedem reddi, pro Lōgobardis expugnatis. Ranulphꝰ libro 5. capite 26. in Polychronio.

In hac ergo Synodo primùm populus Romanus, qui alias leges condere solebat, omne jus suum & potestatem in Carolum transfert: ut Theodoricus Niemus refert. Deinde Pontifex & Synodus dignitatem patriciatus seu principatus ei confert. Tertio tradunt ei jus & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem. *Pontifex Rom. jus suum transfert in Carolum.*

Hujus Synodi sententiam Leo postea Otthoni repetit, & confirmat distinct: 63. cap. In Synodo.

Synodi Durienses.

Carolus in villa Duria conventum celebravit, anno 775. & postea anno 779. (Regino libro 2,) qui fuit Caroli undecimus. In hac posteriori Synodo episcopi, abbates, viri illustres & Comites

præsto

præstò fuerunt in Mense Maio, & 24 decreta fecerunt, quorum quædam ad Ecclesiasticam, quædam ad politicam gubernationem pertinent.

Synodus Genuensis.

Carolus Roma revertens, Genuæ Synodum habet: cætera desiderantur. Regino libro 2.

Synodus Anglicana.

Bonifacij natalia canonizatus.

In Generali quadam Synodo Chutbertus & alij Sacerdotes, presbyteri & abbates, inter alia decreverunt, ut natalicius Bonifacij & eorum, qui cum ipso interfecti sunt, anniversario die solenniter celebretur, ob ejus apud Deum patrocinium & intercessionem. Epistolæ Chutberti ad Lullum.

Alia Synodus Anglicana.

Anno Domini 786, Caroli verò 18, quo Britones scribitur subegisse apud Sigebertum, Adrianus legatos suos in Angliam misit, Gregorium Ostiensem, & Theophylactum Tudertinæ Ecclesiæ Episcopum, ut eam insulam peragrarent, & visitarent, atq; ita jus Romani Pontificis olim per Augustinum illuc missum,

sum, acquisitum confirmarent, & ecclesias illas pontificio charactere deformarent. Instruxit autem eos literis ad Offam Merciorum Regem, & ad Aelfuuoldum Northanymbrorum Regem, & ad Archiepiscopos Cantuariensem & Eboracensem. Quid autem illi egerint sequentia statuta declarant.

1. *Admonent, ut sancta & inviolata fides Niceni Concilij, ab omnibus, qui sacro cultui mancipantur, fideliter ac firmiter teneatur.*

2. *Vt Baptismus secundum Canonica statuta exerceatur, & non alio tempore, nisi pro magna necessitate: & ut omnes generaliter Symbolum, & orationem Dominicam sciant.* *Symbolum & orationem dominicam omnes scire debent.*

3. *Vt omni anno secundùm Canonicas institutiones duo habeantur Concilia.*

4. *Vt Episcopi diligenti curâ provideant, quò omnes Canonici sui Canonicè viuant, & monachi seu monachæ regulariter conversentur, tam in cibis quàm in vestibus, ut discretio sit inter Canonicum & monachum vel secularem: & illo habitu vivant, quo Orientales monachi degunt.*

5. *Vt si Abbas aut abbatissa de hoc jure migraverint, tunc cum consilio Episcopi, cujus in Parochia ipsum monasterium situm est, probatæ vitæ & religiosi secundum Dominum ex ipsis eligantur pastores, qui sollicitè animarum sibi commissarum curam gerant.*

6. *Vt*

6. *Vt nullus Episcoporum presbyterum aut Diaconum ordinare præsumat, nisi probatæ vitæ fuerint, & officium suum ritè implere possint.*

7. *Vt omnes Ecclesiæ publicè Canonicis horis cursum suum cum reverentia habeant.*

8. *Vt privilegia antiqua, à sancta Romana sede delata Ecclesiis, omnibus modis conserventur.*

9. *Vt nullus ex Ecclesiasticis cibum in secreto sumere audeat, nisi præ nimia infirmitate: quia hypocrisis & Saracenorum est.*

10. *Vt ne quislibet ex ministris altaris, nudis cruribus ad missam celebrandam accedere audeat.*

11. *Vt Reges & principes regimen suum cum magna cautela & disciplina peragant, & cum justitia judicent, ut scriptum est: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus.*

Reges eligendi à sacerdotibus & senioribus populi.

12. *Vt in ordinatione Regum nullus permittat pravorum prævalere assensum: sed legitimè reges à sacerdotibus & senioribus populi eligantur.*

13. *Vt potentes & divites justa judicia statuant, nec personâ divitis accipiat, nec pauperes contemnant.*

14. *Fraus, violentia & rapina vetatur.*

15. *Interdicuntur omnibus injusta Connubia, & incestuosa, tàm cum ancillis Dei, vel alijs illicitis personis, quàm cum propinquis & consanguineis, vel alienigenis uxoribus.*

16. *Decreto abdicitur filijs meretricum legitima hæreditas.*

17. *De decimis dandis, sicut in lege scriptum est*

Decimam

Decimam partem ex omnibus fructibus tuis seu primitijs deferas in domum Domini Dei tui.

18. De voto Christianorum, ut impleant illud.

19. Ut omnis juvenis electus Christianus à cæteris viris exemplum accipiat: & si quid ex ritu paganorum remansit, avellatur, condemnatur, abjiciatur.

20. Ut omnes generaliter juxta Propheticam vocem agere decertent, quæ ait: Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem.

Sub Leone Cognomento.

Synodus ad Lippam.

Regino libro secundo annotat, Carolum in Saxonia ad fluvium Lippam celebrasse Synodum, anno Domini 780, & postea anno 782. sed tractatum esse de rebus tantum politicis videtur. *Anno C. 780.*

SYNODI SUB IRENE.

Synodus Padebrunensis.

Padebrunæ Carolus Synodum seu conventum habuit, anno Domini 785. Regino lib. 2.

Synodus Ingelheymensis.

Anno

Anno Domini 788, juxta Reginonem, Carolus Ingelheymiæ cogit Synodum. Conveniunt Pontifices majores, minores, sacerdotes, reguli, duces, tetrarchæ, præfecti, cives, oppidani. Carolus accusat Thessalonum perfidiæ, & testibus crimen probat. Pronunciatur sententia juxta legem Salicam, de capitali supplicio. Sed Thessalonus petit veniam, & cum filio in monasterium relegatur: & qui cum eo senserunt, in exilium abiguntur, & tota Bauaria Carolo subjicitur. Aventinus libro 3. Annalium. Videntur illæ Constitutiones, quæ anno 20, regni Caroli Magni in Aquisgranensi palatio factæ sunt, etiam in hac Synodo esse repetitæ & confirmatæ.

Thessalonus cum filio in monasterium migrat.

Synodus Constantinopolitana.

Cùm Paulus Patriarcha in monasterium se abdidisset, interrogatur ab Irene, cur id fecisset? respondet ille, propter dissidium, quod propter Imagines sit ortum, ob quod ea Ecclesia esset anathematizata ab aliis. Ac planè asserit nisi Synodus universalis fiat, & error ille corigatur non posse Constantinopolitanos salvari. Mortuo illo eligitur Tarasius, is negat se consensurum in vocationem,

Paulus patriarcha Constantinopolitan.

Tarasius patriarcha Constantin.

nem, nisi Imperatrix & Imperatores promittant Synodi universalis convocationem. Facta promissione res in actū deducitur. Anno sexto imperij Irenes, Domini 787. omnes convocantur Antistites. Adrianus Roma mittit Petrum Vicedonum, & Petrum Hegumenum. Antiochia venit Ioannes, & Alexandria Thomas, qui postea Thessalonicæ factus est Archiepiscopus.

Septima Idus Augusti indictione nona in templo Apostolorum, Archiepiscopi & episcopi & sacerdotes congrediuntur: adsunt etiam Imperatores & Catechumeni. Instituitur collatio & disputatio de Imaginum cultu, ex sacris literis: in utraq; sententiam disceptatur. Summus sacerdos, & episcopi & Abbates quidam & monachi, imaginum venerationem conantur tueri. Magna pars Episcoporum contrariam sententiam defendunt. Pontificij & alij videntes se parum posse promovere, alteram partem conantur excludere ex congressu & disputatione. Ea res præbet occasionem tumultui: qui tamen statim compescitur. Nam populus molestè ferebat eos, qui pro altera sententia pugnabant, excludi ex disputatione. Sed cum iterum admissi essent, turba quiescebat. Redeunt itaq; ad disputationem, & illa pars Episcoporum, quæ Imaginum cultum oppugnat, alteram ita Verbo Dei retundit, ut illa victoriam desperans, Synodum dissolvat, excogitatis

Disputatur de Imaginum cultu.

Imaginum cultores Verbo Dei vincuntur.

insidijs, quibus veritatis assertores opprimantur prius, quo postea errori locus esse possit. Paulus Diaconus lib. 23. rerum Romanarum.

Synodus Nicena secunda, quæ Septima Vniversalis à Græcis dicta est.

Anno C. 788.

Cum Irene eos, qui ἐικονομάχοι dicebantur, fraude armis privasset, & in exilium expulisset, & se munisset exercitu ad omnia parato & obedienti: juxta Consilia legatorum Romani Pontificis, quos apud se retinuerat: Mense Majo anno 7. imperij sui, legatis & literis indicit Niceæ Synodum. Paulus libro 23. rerum Romanarum.

Ad eam ergo urbem anno octavo Irenes, Domini vero 788, confluit illa prior multitudo Episcoporum, abbatum & monachorum, circiter 350, ut Sigebertus annotat.

Synodus habetur remota parte adversa.

Synodus ista incipit celebrari octavo Calendas Octobris indictione undecima, in templo Sophiæ, & durat usqi ad Novembrem: ut patet ex actis. Adeo facile fuit remotis contradicentibus consensionem in errore & superstitione institui.

In

In prima actione, cum Petrus Archipresbyter, & Petrus Monachus, monasterij Sabæ legati, & vicarij Apostolicæ sedis, & Tarasius archiepiscopus Constantinopolis, & Iohannes legatus Antiocheni archiepiscopi, & Thomas legatus Alexandrini, & Iohannes Monachus & presbyter Hierosolymitani, & alij Episcopi, quorum nomina extant in actis tomo secundo Conciliorum, consedissent unà cum Petronio glorioso proconsule & patricio, Theophylacto comite imperialis obsequij, Iohanne Regio estiario & quæstore ærarij militaris, & Nicephoro, qui erat Imperatori à secretis, præsentibus etiam abbatibus & monachis, ac propositi essent pro more sacri codices: patres rogant, ut Tarasius summus Rector & Præses, velit præfari & indicare, quæ & quo ordine sint tractanda. Is ergo narrat, quo modo anno superiori Synodus Constantinopoli sit per quosdam turbata: ac Deo & Imperatoribus gratias agit, quod nunc denuò sit convocata: & hortatur patres, ut ad veritatis inquisitionem animos adjiciant, ac censet eos, qui anno præterito contra Imaginum venerationem disputarint, primo loco esse admittendos & audiendos, ut agnoscatur an adhuc in illa sententia perstent, an verò ab ea recesserint. Interea autem Senatores offerunt scriptum Constantini & Irenes, in quo occasionem & causam ac finem Synodi convocatæ commemorant.

Hoc scripto recitato in medium

Imaginum veneratio asserta.

procedunt Basilius Ancyræ, Theodorus Myrorum, & Theodosius Amoriȝ, qui singuli seorsim suos afferunt libellos, in quibus damnant septimam Synodum sub Constantino celebratam, & approbant imaginum venerationem & adorationem: & statim a Synodo recipiuntur, & in cathedras suas sedere iubentur.

Gregorius Neocæsariensis accedit ad iconolatras.

Post biduum secundo coit Synodus, ac Gregorius Neocæsariensis productus asserit, se cum Synodo velle sentire: ac profitetur se errasse, & veniam precatur. Patres Cau æ eius cognitionem reȝciunt in alium conventum.

Somnia fabulosa Constantini de imaginum cultu.

Deinde literæ Adriani Pontificis Romani ad Constantinum & Irenen leguntur: ex quibus apparet impudentes esse fabulas de Constantini somniȝs, ad imaginum originem indicandam conflictas: illarum nos solummodò exordium hoc loco asscribemus.

Dominis pijssimis & sereniſſimis, victoribus, triumphatoribus, filijs in Deo & Domino nostro Ieſu Chriſto dilectis, Conſtantino & Irenæ Auguſtis, Adrianus ſervus ſervorum Dei.

Deus

Deus qui iussit è tenebris lucem splendescere, quiq; nos à potestate tenebrarum, per filij sui, veræ scilicet lucis, incarnationem liberavit, in quò cuncta divinitatis suæ specimina iussit conversari, per quem etiam universa renovavit: simul in illo per sanguinem crucis illius, cum ea quæ in Cœlis tum in terra existentia pacificans, per divitiarum bonitatis suæ plenitudinem in Ecclesiæ suæ faciem respiciens, pietatem vestram & prædestinatam serenitatem Imperatoriæ mansuetudinis, ad perfectionem fidei vocare non dedignatus est, quo omnem mendacij improbitatem per vos contegat, veritatemq; in lucem producat. Nam in regia vestra Civitate venerandarum imaginum causa iussistis retractari, quæ à retro Imperatoribus turpiter in eas commissa sunt. Hi enim non solùm eas subverterunt, sed & contumelia affecerunt, ridiculas eas existimantes: atq; utinam non computet illis peccatum hoc altissimus, &c.

Hadrianus Papa author iconolatriæ.

Tertiò recitantur literæ Adriani Papæ ad Tarasium, in quibus commendat Tarasij sententiam de Imaginibus: & hortatur eum, ut deinceps etiam venerandas Imagines (hæc sunt verba ejus) primùm juxta humanam figurationem Christi Dei nostri, secundum nos, & pro nobis, & per nos incarnati, deinde inviolatæ & veræ Deiparæ, postremò omnium sanctorum suorum colere, &

adorare pergat. Deinde commendat etiam eius studium in promovenda Synodi convocatione: ac omninò præcipit ei, ut efficiat, quo Synodus illa sub Constantino congregata, sine authoritate, consensu, & præsentia pontificis Romani, contra Imaginum cultum, damnetur.

Quartò, Patres ex ordine testantur singuli, se probare sententiam Adriani, & Imaginum picturas recipere, & desiderio suo adorare, ut in nomine Christi, & Mariæ Virginis, & sanctorum Angelorum, & omnium sanctorum factas: licet in unum verum Deum λατρείαν & fidem suam se referre & reponere simul asserant.

Verum porrò Imaginum usum ita damnarunt: *Qui dicunt sufficere usum Imaginum ad memoriam solum, non verò ad salutationem eas habendas: illud quidem recipientes hoc verò recusantes, semiprobi quadantenus & falsò veri, ut ita dicam, deprehenduntur.*

Anno C. 742.

De Synodis sub Constantino solo regnante.

Synodus Ratisponensis.

Anno Domini 742 Carolus Magnus Reginoburgi Synodum celebrat, iuxta anna-

annales Francorum. Occasionem præbuit ei nova opinio Felicis Orgellorũ Episcopi, qui voce & stylo asserebat, IESUM CHRISTUM in divina natura esse verum Deum, in humana verò nuncupativum. Item in divina natura esse eum verum Filium Dei, in humana verò adoptivum: unam personam Dei & hominis dividens in duas personas, scilicet veri filij & adoptivi. Sigebertus in Chronico: & Aventinus libro 4. Annalium pagina 335.

Carolus M. Reginoburgi Synodum convocat.

Felix Orgellorum episcopus de Christo perperam sentiens.

Conveniunt Episcopi ex omni Germania, Italia & Gallia: sed nomina eorum in historijs non sunt assignata. Tractatur de proposita controversia, & deprehensus error refutatur; ac expressè confirmatur, Christum non rectè dici adoptivum filium: quia adoptivus filius sit, qui aliquando non fuerit filius: at Christum semper fuisse filium Dei: ac quia Christus secundum humanitatem, non propter adoptionem, sed ob unitatem personæ in duabus naturis filius Dei dicatur.

Christus nõ est filius adoptivus.

Felix autem errorem agnoscens, palinodiam canit, & libri eius exuruntur: Romãq; ipse ad Adrianũ cum Engelberto Abbate mittitur. Avẽtino lib. 4. annalium.

lium. Annonius lib. 4. cap. 83. de Francorum gestis.

Synodus Romana.

Anno C. 793. Cum Felix Romam venisset, Adrianus collecta Synodo, anno Dom. 793, de eius hæresi disceptationem instituit: & acta Synodi Reginoburgensis examinat & approbat, & hæresin Felicianam damnat, Felicemq; ad Pœnitentiam & revocationem adigit. Sigebertus.

Synodus Francofordiana.

Anno C. 794. Anno Domini 794, juxta Reginonem libro secundo & Lupoldum apud Irenicum libro undecimo, Synodus Francofurti à Carolo convocatur.

Francofurtensis Synodus. Occasionem præbuit tum Felix, qui ad hæresin suam fuerat reversus, ut Adon ætate 6. indicat: tum Adrianus Pontifex, qui acta Nicenæ secundæ Synodi de Imaginum adoratione miserat approbanda. Conveniunt Episcopi, Sacerdotes, Abbates, & monachi, ex omnibus provincijs Caroli, nimirũ ex Gallijs, Italia & Germania. Adrianus misit etiam eò suos legatos, Theophylactum & Stephanum, interest cœtui patrum etiam ipse Carolus.

Ac

Ac primùm tractatur de Felicis & Elipandi opinione, num Christus rectè dicatur Filius Dei adoptivus secundum humanam naturam: & communi patrum sententia ea hæresis scripto libro refutatur, & damnatur subscriptione omnium Patrum.

Christum non esse filium adoptivum juxta humanitatem.

Quia autem prolixum foret refutationis scriptum asscribere, ideo generales saltem rationes adjicio, quibus Synodus probavit, Christum non rectè dici Filium Dei adoptivum.

I. Quia neq; Patriarchæ, neq; prophetæ, neq; Apostoli, neq; Patres sic docuerunt, sed omnes uno ore fatentur, IESVM CHRISTVM hominem, etiam filium Dei esse.

II. Quia vox ista, Adoptivus, revera nihil aliud potest denotare, quàm IEsum Christum non esse proprium Dei filium, ex virgine genitum, sed ex servo adoptatum.

III. Quia adoptatio est plurium filiorum, sed Dei filius unicus tantum est.

IV. Quia ad Nestorij hæresin damnatam res tandem venit, quod Deus pater habeat duos filios, alterum proprium, alterum adoptatum.

V. Quia asserere, virginem adoptivum vel servum genuisse, idem est, quod negare illam Deum genuisse.

VI. Si Deus generatus est, nequaquam adoptivus

est, sed filius: quia alia persona est proprij filij, alia adoptivi vel servi: contra sententiam Ecclesiæ, quod una sit Persona in Christo.

VII. Adoptio nihil aliud est, quàm charitatis copulatio: qua pater adoptione sibi copulat filium, quem proprium non habet.

VIII. Quia Christus ipse de se testatur, quod sit verus Dei filius: Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Et Pater de ipso de cœlo clamat, hic est filius meus dilectus. Et Centurio inquit: verè filius Dei fuit iste. Et dæmones eum filium Dei confessi sunt. Et Apostoli interrogati quis esset, responderunt. Tu es Christus filius Dei vivi. Et Paulus eum qui crucifixus est, Dei virtutem & sapientiam prædicat 1. Cor. 1. Esaias inquit: Filius datus est nobis.

IX. Quia omnia testimonia Patrum, quæ pro ea sententia adduxerunt, corruptè & truncatè & contra eorum animum citarunt.

X. Quia ista doctrina affert magnum scandalum gentibus, si asseritur, Deum Christianorum servum vel adoptivum esse.

Deinde offeruntur acta Synodi Nicenæ 2. quam Adrianus per suos vicarios rexerat, & postea etiam approbaverat, ut diximus supra: ac Pontificij legati postulant subscriptionem & comprobationem. Patres non statim assentiuntur, sed disceptationem de ijs, ut par erat, instituunt, & sententiam illam de Imagi-

nibus

nibus adorandis examinant, veritatemq; deprehendunt ex collatione utriusq; Synodi, nimirum illius, quæ sub Constantino Copronymo prorsus damnaverat & abiecerat Imagines, quasi nec eas liceat pingere aut habere, sive in templis, sive in alijs locis; & hujo, quæ sub Irene non modo habendas sed etiam adorandas & colendas, vestitu, suffitu, candelis, gesticulatione, &c. asseveraverat. Mediam autem sententiam amplectũtur: quòd imagines habere, in templis & alijs locis, impium quidem per se non sit: sed eas adorare & venerari prorsus sit alienum à fide Christiana, & cum superstitione gentilium congruat. Quare contra Adriani Pontificis & legatorum ejus sententiam decernunt, Imaginum cultum & adorationem esse impiam. Eginardus in vita Caroli Magni, apud Erphordiensem capite 69. Regino libro secundo. Adon ætate sexta. Annales Francorum. Annonius libro quarto cap: 85. de gestis Francorum: Blondus decadis secundæ libro primo: Aventinus libro quarto Annalium Boiorum: Mutius libro nono.

Imagines quidem licitum esse habere sed non venerari.

De hac Synodo Hincmarus Remorum episcopus capite 20. libri sui contra Iandu-

Iandunensem episcopum præclarè scribit: sed brevitas Compendij recensere ejus verba non patitur: potest autem ea studiosus petere ex Centuria octava historiæ Ecclesiasticæ cap: 9. fol. 639.

Nimis prolixum foret rationes asscribere, quibus adversariæ partis opinio est refutata: duas solummodò adijcere utile videtur, unam quæ iconolatris, alteram quæ Iconomachis fuit opposita.

Iconolatrarum argumentum ejusq; refutatio.

Adoratores Imaginum inter cætera hoc protulerunt argumentum: Salomon in templo fecit boves & Leones. Ergo Imagines sunt adorandæ.

Responsio Synodus: Hæc nihil ad rem. Salomon fecit boves & Leones, non ut adorari deberent, sed ut quædam mystica significarent: non ut errori favorent, sed ut mysteriorum arcana monstrarent. Et paulò post: Non igitur nos effigies, ob memoriam rerum gestatarū, et venustatem conditas basilicarum, quodammodo abdicamus: cum per Mosen & Salomonem quanquam in typicis figuris eas factas fuisse sciamus. Sed earum insolentissimam vel potius superstitiosissimam adorationem cohibemus, quam neq; per Patriarchas, neq; per Prophetas neq; per Apostolos uspiam institutam esse reperimus.

Argumentum verò eorum qui plani negabant Imagines licere facere aut habere

bere erat hujusmodi. Scriptura prohibet facere aut habere Idola. Sed Imagines sanctorum sunt Idola. Ergo scriptura prohibet eas facere aut habere. *Iconoclastarum argumentum præcipuum eiusq; refutatio.*

Respondet Synodus: *Non valet Consequentia à specie ad genus negative. Nam nesciunt Imaginem esse genus, Idolum verò speciem: & speciem ad genus, genus ad speciem referri non posse. Nam cum pene omne idolum imago sit, non omnis Imago Idolum: alterius & longè alterius definitionis est idolum, alterius Imago: cum videlicet istæ ad ornamentum, vel ad res gestas monstrandas fiant: illud autem nunquam nisi ad miserorum animas sacrilego ritu & vana superstitione illiciendas, & imago ad aliquid, idolum ad seipsum dicatur. Carolus magnus in præfatione libri primi Contra Synodum de Imaginibus.*

Synodus Aquisgrana.

Circiter Annum Domini 797. Carolus Aquisgrani Concilium habuit, cui interfuerũt 365 Episcopi juxta Ptolemæum Lucensem in Rudimento. Inter eos autem numerantur Leo Papa, Turpinus Archiepiscopus Remensis, Achilleus Alexandrinus, Theophilus Antiochenus, & alij Episcopi & abbates. Occasionem præbuit basilica extructa, & reliquiæ sive ab ipso Carolo Hierosolymis

Basilica Aquisgrani in Synodo dedicata & inaugurata.

mis allatæ, sive à Patriarcha per monachum missæ, sive à Constantino ipsi datæ: nam variant sententiæ authorum. In eo autem conventu Basilica est dedicata, & reliquiæ sunt exhibitæ populo spectandæ: & decretum factum est, ut quarta feria jeiuniorum quatuor temporum, in mense Junio, quotannis spectaculum illud celebretur. Erphordiensis capite sexagesimo nono. Regino & alij vetustiores non meminerunt. Commentitia & superstitiosa sunt, quæ Novitiorum Rudimentum de Indulgentijs à Leone Pontifice ad hanc rem concessis nugatur.

CAPVT IX.

DE SYNODIS INtra 800. & 900. annum à Christi nativitate celebratis.

SYNODI SVB CAROLO MAGNO.

Synodus Compostellensis.

Carolus Magnus rebus in Hispanijs utcunq; pacatis, Compostellæ Synodum celebrat, in qua Turpinus cum alijs nova-

vem Episcopis fuit, atq; cum Episcoporum ac presbyterorum assensu statuit, ut omnes Episcopi præsulesq; Hispani & Galitiani, præsidem Ecclesiæ Iacobi pro suo primate agnoscant. Vincentius lib. 24. cap. 17. ex Turpino.

Iacobitanæ ecclesiæ Compostellensis præsul omnium caput.

Synodus Parisiensis.

Carolus ex Hispanijs reversus, Parisijs in Synodo ordinat, ut omnes Reges Franciæ & Episcopi, præsentes & futuri, Episcopo ejus Ecclesiæ subsint & pareant, nec sine ejus consensu reges coronentur, aut Episcopi ordinentur. Deinde sancit, ut cujusq; domus domini annuatim de ea quatuor nummos per totam Galliam Dionysij templo solvant. Vincentius lib: 24. cap: 22. ex Turpino.

Parisiensi episcopo reges Franciæ & episcopi subjiciuntur.

Synodus Bavarica Salisburgensis.

Tempore Caroli Magni ob decimas opesq; sacras, inter monachos & sacerdotes in Bojaria litigatum est. Iussu vero Caroli Salisburgium Concilium indictum est, ad decimum septimum Calendas Decembris.

Decretum juxta legis Christianæ institutæ majorumq; Ecclesiæ placita, donaria

naria templorum, bona ecclesiastica in quatuor dividenda esse portiones, atq; unam sortiri Episcopos: alteram sacrificulos, quorum quidem munus accurati pascere oves esset, recipere: tertiam pauperum esse: quarta sacras ædes reficci, instaurarique oportere. Aventinus lib. 4. Annalium.

Synodus Hallensis.

Saxones tributo liberati.

Anno Domini 803. Carolus in palatio Saltz conventum celebrat: in quo Saxones antiqua libertate donat, eosq; pro fide catholica conservanda omni tributo liberat, exceptis decimis, quas sacerdotibus reddi jussit. Chronicon Quedelburgense.

Synodus Aquisgrana.

Anno Domini 809. mense Novembri Carolus Aquisgrani Episcopos & sacerdotes in cœtum vocat, inter quos erat Bernhardus Vvormacienſis, & Adelhardus Corbeienſis Abbas, eisq; quæ-

Quæstio de processione Spiritus sancti.

stionem proponit de processione Spiritus sancti, quam Iohannes Monachus Hierosolymitanus moverat.

Re diu disceptata recordantur sine Pontificis Romani assensu nihil esse definien-

finiendum: ideoq; duos istos Romam ablegant ad Leonem, ut ejus judicium & sententiam cognoscant.

Deliberatur etiam de emendatione ordinis Ecclesiastici: sed propter rei magnitudinem, quia difficulter sese corrigi patiebantur Pseudospirituales, nihil decernitur. Annales Francorum, Aventinus 4. Annalium: Annonius lib. 4 cap. 95. de Francis.

Synodus Moguntina.

Iussu Caroli Magni Moguntiæ Synodus est habita Anno Domini 813. quinto Idus Iunij. Sigebertus in Chronico.

Occasionem præbuerunt dissoluti mores tum ecclesiasticorum, tum plebejorum hominum, quos Carolus corrigi cupiebat, ut ex hac Vita discedens bene constitutas Ecclesias successori suo relinqueret. Convenerunt Episcopi 30. Abbates 25. & plures sacerdotes, monachi, comites & judices. Præsederunt autem Hildebaldus sacri Palatij Archiepiscopus, Ricolfus & Arno Archiepiscopi.

Cum triduo esset jeiunatum, & litanijs & publicis precibus Dei auxilium imploratum, patres operas inter se partiuntur,

tiuntur, & tres turmas constituunt. In prima confederunt Episcopi, cum quibusdam notarijs, legentes atq; tractantes S. Evangeliũ, nec non Epistolas & Acta Apostolorum, Canones quoq;, ac diversa sanctorum Patrum opuscula, pastoralemq; librum Gregorij, cum cæteris sacris dogmatibus, diligenti studio perquirentes, quibus modis statum Ecclesiæ Dei, & Christianæ plebis profectum, sana doctrina & exemplis justitiæ inconvulsum, largiente gratia Dei perficere & conservare possent. In alia verò turma confederunt Abbates & probati Monachi, regulam sancti Benedicti legentes, atq, tractantes diligenter, qualiter monachorum Vitam, in meliorem statum atq, augmentum, cum Dei gratia perducere possent. In tertia deniq; turma sederunt Comites & judices, in mundanis legibus decertantes, vulgi iustitias perquirentes, omniumq; advenientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant justitias terminantes.

Tres ordines Senatorum & Iudicum in concilio Moguntino.

tomo secundo Conciliorum.

Canones autem inter alios, hos condiderunt.

1. *De fide Catholica firmiter tenenda.*
2. *De Spe habenda in Deum.*
3. *De Charitate.*

4. De

4. De Sacramentis Ecclesiæ.
5. De Pace & Concordia.
6. De Orphanis & ex Iæ. ætatis subveniendo.
7. Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur.
8. De Potestate Episcoporum pro rebus Ecclesiasticis, ac de conventia Episcoporum cum laicis.
9. De Vita Canonicorum.
10. De Vita Clericorum.
11. De Vita Monachorum.
12. Ne monachi placita secularia facere audeant.
13. De sacris Virginibus. Cant.

Reliqui petantur ex Centuria IX. Historiæ Ecclesiasticæ, Cap. 9. fol. 367. Trigesimum secundum tamen, quemadmodum & quadragesimum septimum, & quadragesimum octavum, itemq; quinquagesimum quartum & quinquagesimum quintum Canones integros hoc loco adjicere visum est.

32. Litaniæ Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur Rogationes. Inter λιτανείας autem & ἐξομολογήσεις hoc differt, quod Exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: Litaniæ verò indicantur propter rogandum Deum, & implorandum in aliquo misericordiam ejus. Sed iam nunc utrunq; vocabulum sub una dignatione habetur. Litaniæ.

47. De Spiritualibus filiolis. Præcipimus, ut unusquisq; compater, vel proximi, spirituales filios patrum seu suos catholicè instruant. Spirituales susceptorum.

 offitium.

84. Canticum turpe atq; luxuriosum circa Ecclesias agere omninò contradicimus: quod ubiq; vitandum est.

Quartus gradus matrimonio probibitus.

54. Contradicimus quoq; ut in quarta generatione nullus conjugio amplius copuletur, & si post interdictum factum inventum fuerit, separentur.

55. Nullus proprium filium vel filiam de fonte Baptismatis sucipiat: nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem: nec illum cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit, ubi autem factum fuerit, separentur.

Synodus Remensis.

Anno C. 813.

Remensis Synodus coīt anno Domini 813, juxta Sigebertū. Præsedit Vulfarius Archiepiscopus. Condiderunt autem Canones 44, ex quibus hos paucos adjicere visum est.

1. Est de fidei ratione, ut unusquisq; juxta intellectum suæ capacitatis Domino largiente disceret & intelligeret, atq; operibus plenè observaret.

2. Vt orationem quam Dom. noster Iesus Christ9 discipulos suos orare docuit, disceret, & sensu benè intelligerent, quia illā ignorare nulli Christiano licet.

14. Vt Episcopi diligentius operam dent, lectioni q; divinæ incumbant, id est, Canonicis libris & opusculis Patrum; & verbum Dei omnibus prædicent.

15. Vt Episcopi sermones & homilias sanctorum Patrum, prout omnes intelligere possint, secundùm proprietatem linguæ prædicare studeant.

17.

17 Vt Episcopi & Abbates ante se ioca turpia facere non permittant: sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude Domini, secundum Apostolum, sive manducent, sive bibant, omnia in laudem Dei faciant. *Episcopi iocos non admittant.*

22. Vt à sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur: cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam quæ in Nicena Synodo permittitur: id est matrem aut sororem, vel eas tantū personas, à quibus omnes suspiciones effugiant. *Mulierum conversatio prohibita.*

Synodus Turonensis.

Anno Domini 813. juxta Sigebertum, Episcopi & abbates Turonis, iussu Caroli Magni convenerunt, & ad disciplinam Ecclesiasticam promovendam aliquot capita consignarunt, eaq; Imperatori exhibuerunt: inter quæ hæc quoq; reperiuntur.

2. Omnes Episcopi studiosè operam divinæ dent lectioni, sanctum Evangelium & Epistolas beati Pauli Apostoli, non solùm crebrò lectitent, sed etiam quantum possunt, memoriæ studeant accommodare: sanctorumq; patrum opuscula super eadem exposita, devotè frequentent. Similiter & de cæteris libris Canonicis faciant. *Lectio biblica episcopis commẽdata.*

4. Sollicitè studeat unusquisq; Episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione quid agere, quid ve vi- *Episcopi debẽt gregem pascere.*

ve vitare debeat, informare. Et ipse Episcopus vita, habitu, forma & conversatione sancta suis subiectis exemplum, ut juxta Dominicam vocem videant opera eius bona, & glorificent Patrem Deum qui in cœlis est.

Precio dignitates Ecclesiasticæ non comparandæ.

15. Quicunq; presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam ille contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dinoscitur, quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Item inter emendum videtur clericis sive laicis, ne quis audeat presbytero præsumat dare Ecclesiam, sine licentia & consensu episcopi sui.

Episcopi suas familias benè instituant.

17. Vtile est unanimitati nostræ, ut quilibet Episcopus habeat familias, commonentes necessarias admonitiones, quibus subiecti eruditantur: id est, de fide Catholica, pro qua capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum, de resurrectione quoq; futura, & ultimo iudicio: & quibus operibus possint promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut eadem homilias quoq; aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur.

Orandum flexis genibus.

37. Sciendum est, quòd exceptis diebus Dominicis, & illis solemnitatibus, quibus & universalis Ecclesia, ob recordationem Dominicæ Resurrectionis, solet stando orare, fixis in terram genibus, supplicter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumq; criminum indulgentiam deposcendum est: cuius rei in Evangelio ipse Dn. nobis dedit exemplum. Sed & Stephanum martyrem

martyr: & Apost: Paulum eadem feciſſe, liber Actuũ Apoſtolorum teſtis eſt. Ex quibus intelligi datur, oportere Chriſtianum humiliter ad terram proſterni, ne fortè illi dicatur: Quid ſuperbus terra & cinis? 38. Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad Eccleſiam conveniunt, ſine ſtrepitu ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam quamdiu orationis cauſa morantur, ne quaquam inter ſe inanes proferant confabulationes. Sed & tempore quo miſſarum ſolennia celebrantur, non ſolùm ab ocioſis & inutilibus Verbis, verùm etiam & à pernicioſis cogitationibus funditus abſtinendum eſt.

Modeſtia in templo præſtanda.

Ter in anno minimum communicãdum laicis.

50. Vt, ſi non ſæpiùs, vel ter laici homines in anno communicent, niſi fortè quis majoribus quibuſlibet crimmibus impediatur.

Synodus Cabilonenſis.

Iuſſu Caroli Magni, Epiſcopi & abbates ex Gallia Lugdunenſi Cabilonem convenerunt, anno Dn. 813. & capita 67. conſcripſerunt, ex quibus hæc ſequentia aſſcribimus.

Epiſcopi ad ſtudia & bonas literas.

1. Decrevimus juxta ſanctorum Canonum conſtitutionem, & cæterarum ſanctarum ſcripturarum doctrinam, ut Epiſcopi aſſiduè ſint in lectione, & ſcrutentur myſteria verborum Dei, quibus in Eccleſia doctrinæ fulgore ſplendeant, & verborum Dei alimentis animas ſibi ſubditas ſatiare non ceſſent, &

cum David quotidiè dicant: Revela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua: ita videlicet ut illas scripturas notissimas habeant, quæ catholicæ appellantur, & earum sensum per patrum tractatus inquiran. Canones quoq; intelligant, & librum B. Gregorij papæ de cura pastorali, & secundum formã ibidem constitutam & vivant & prædicent.

3. Oportet etiam, ut, sicut Dominus Imperator Carolus vir singularis mansuetudinis, prudentiæ, iustitiæ & temperantiæ præcepit, scholas constituant, in quibus & literaria solertia disciplinæ & sacræ scripturæ documenta discantur: & tales ibi eruditi

Monasteria olim scholæ pietatis fuerunt.

antur, quibus meritò dicatur à Domino: vos estis sal terræ: & quæ condimentum plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solũ diversis hæresibus, verùm etiam Antichristi monitis, & ipsi Antichristo resistatur, ut meritò de illis in laude Ecclesiæ dicatur: Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.

6. Imputatur quibusdã fratribus, eò quod avaritiæ causa hominibus persuadeant, ut abrenunciantes seculo res suas Ecclesiæ conferant: quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum enim salutem inquirere sacerdos, non lucra terrena debet: quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumveniendi. Oblatio namque spontanea esse debet, iuxta illud, quod ait scriptura: Voluntariè sacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus mente devota obtulerunt donaria Domino. Ecclesia verò sancta non solum fideles

Clerici non debent donaria exigere ab auditoribus.

spoliare

spoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre. ut debiles, pauperes, viduæ, orphani & cæteri necessitatem patientes, à sancta Ecclesia, ut puta à pia matre, & omnium gubernatrice subsidium accipiant: quia res Ecclesiæ, quibus Episcopi non ut proprijs sed ut commendatitijs uti debent, precia sunt peccatorũ, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viventium.

20. Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente Apostolo, Sequimini pacem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: multò magis inter Episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem, populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, ut alterutrum sibi, ad Dei servitium peragendum & ministerium suum explendum, non solum non noceant, quin potius adminiculo sint. Concordia inter politicos & ecclesiasticos.

39. Visum præterea nobis est, ut in omnibus missarum solennitatibus, pro defunctorum spiritibus, loco competenti Dominus rogetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qui non pro viventibus, & pro quibus libet necessitatibus Dominum Ecclesia deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solennibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem Ecclesia tenet, ut & in Missarum solennitatibus, & in alijs precibus, Domino spiritus quiescentium commendet, dicente beato Augustino: Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faci- Pro defunctorum spiritibus orandum.

eudas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, quos sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filij, aut quicunq; cognati vel amici, ab una eis exhibeatur matre communi.

Cœnæ Domini perceptio.

47. *In Cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est) percipienda sic, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis Dominici sacramenta, se reconciliant.*

Synodus Arelatensis.

Eodem studio & fine Arelatensis Synodus ad Caroli mandatum, anno Domini 813. juxta Sigebertum, sexto Idus Maias convenit in basilica Stephani, & capita 26. consignat offerenda Imperatori.

Synodus Triburiana.

Apud Triburiam 22. Episcopi Canones fecerunt de pœnitentia eorum, qui interfecissent Episcopum: ut patet ex decreto Caroli Magni in Synodo ad Villam Theodonis tomo 2. Conciliorum.

Syn-

Synodus ad villam Theodonis.

Cum Ioannes Episcopus in Vasconia esset interfectus, & passim tyranni in sacerdotes sævirent, Aistulphus Moguntinus, Hadabaldus Colonienſis, Hatto Trevirensis, Ebbo Rhemensis, & plures alij Galliæ & Germaniæ Episcopi, ad villam Theodonis, jussu Caroli Magni conveniunt, *& Canones condunt de pœnis ecclesiasticis & politicis, adversus eos, qui subdiaconos, diaconos, presbyteris & episcopis calumniam aut injuriam faciunt: quos Carolus Magnus, & Ludovicus, & Galliæ principes confirmant, edicto in eandem sententiam promulgato. tomo 2. Conciliorum.* *Vindicatio injuriarum ecclesiasticorum illatarum.*

De Synodis Sub Ludovico Pio.

Synodus Aquisgrana.

Anno Domini 816. imperij Ludovici tertio (Annales Francorum 819. & Sigebertus habent annum Domini 820.) Aquisgrani habita est Synodus, quæ ex Hieronymi, Augustini, Prosperi, Gregorij & Isidori scriptis, & ex Canonibus Conciliorum, duos libellos composuit: unum de vita, moribus & officijs homi- *Anno Ch. 816.*

hominum religiosorum, monachorum, clericorum & Canonicorum, qui extat tom. 2. Conciliorum. Chronicon Casinense lib. 1. cap. 18. dicit capitula 62. esse anno Ludovici quarto conscripta, de monachorum disciplina. Alterum de moribus & disciplina sanctimonialium.

De vita monachorum & monacharum.

Synodus Vuormaciensis.

Ludovicus Imperator cum omni Episcoporum consensu, in generali suo placito apud Vuormaciam habito, pet Lotharium filium suum, & Hiltuvinum Archicapellanum, de hac re, (scilicet omnibus ubiq; licere in universis Episcoporum parochijs non solum clericis & abbatibus, sed etiam laicis & vasallis Dominicis, Ecclesiæ titulos ad se pertinentes cum Episcopi consensu proprijs presbyteris commendare) iussit intimare. in epistol. Rabani & monachorum Fuldensium ad Orgarium archiepiscopum.

Omnibus licere cum consensu episcopi proprijs presbyteris titulos commendare.

Synodus Moguntina.

Anno Domini 829. Imperij Ludovici 16. mense Iunio Synodus Moguntiæ in claustro basilicæ Albani martyris celebratur.

Anno C. 829.

Interpellavit Rabanum abbatem Gotteschalcus filius Berni Comitis Saxonis, asserens se & invitum fuisse at-

consum

tonsum, & violenter ab eo monasticæ Vitæ mancipatum. *Habita ratione cum in conventu sacerdotum secundum divina humanaq; jura, diligenti studio causa discuteretur, inventus est is, qui interpellabat, autoritate canonica esse solvendus: ac per hoc eorum judicio paternæ restitutus est libertati: ea tamen ratione, ut si Abbati ita placeret, controversiæ eorum finis inter eos, istius ac propinquorū suorum esset juramentum, quod quidem si Abbas suscipere vellet, omnem ei injuriam, quam perpessus esset, secundum Legem componeret: si autem ille juramentum nollet exigere, nec iste compositionem suæ quæreret injuriæ, sed tantùm legitima frueretur libertate.* Epistola Rabani, & epistola Hattonis ad Otgarium. *Sed Rabanus cum Otgarij licentia appellavit ad Synodum, in qua præsto esset imperator, ut patet ex ejus Epistola ad Otgarium.*

Synodus Aquisgranensis.

Est & alia Synodus Aquisgrani celebrata, tempore Pipini filij Ludovici Pij, cui interfuit Aldricus Cænomanensis, & Herchinradus Parisiensis Episcopus. *Scripserunt autem tres libros, ad confirmanda sacrificia & bona Ecclesiæ contra eos, qui negabant peccatum esse res sacras Deo & Ecclesiæ donatas, ad alios usus conferre. extant in tomo 2. Conciliorum.*

Alia

Alia Synodus Aquisgrana.

Anno C. 830. Anno Domini 830, Aquisgrana Synodus celebrata est, cui præfecit Gregorius 4. juxta Mutium lib. 10. & Nauclerum generatione 29. *Constitutum autem inter alia est, ne Episcopi & clerici cujusvis gradus pretiosas & exquisitas vestes, utpote sericas, & coccini coloris, aut bracteatem: neve in digitis gemmas, nisi dum præsules sacrificant: ne in cingulis, calceis, aut crepidis aurum & argentum ferant.* Platina in Vita Greg. 4 *Et unaquæque Ecclesia habeat proventus ad communem victum clericorum sufficientes.* Nauclerus.

Vestes episcoporum.

Synodus Moguntina.

Excitato dissidio inter Ludovicum & filios ejus, Mogunti Synodus indicitur, ea conditione, ne quis cum armis eo veniat. *Cum autem Hildo & Vatasco Abbates cum armis venissent, excluſi sunt à congressu & tractata est causa Ludovici, & inquisitum in conjuratos & seditiosos: ac Theodulphus Abbas Sagiensis & alij seditionis faces relegati sunt.* Guaguinus lib. 4.

Armati Synodo excluſi.

Meminit Regino & Sigebertus Synodi, in qua Ebbo Remensis Episcopus & plures alij, qui conspiraverant in depositionem Ludovici Imperatoris, ab officijs

officijs remoti & exilijs affecti sunt, anno Domini 835.

Synodus Aquisgrana.

Anno Imperij Ludovici 24. Domini vero 838. juxta Sigebertum: licet acta habeant 833, Aquisgrani Synodus celebratur, jussu imperatoris, in qua renovantur *Canones, quales Episcopi & presbyteri esse debeant, qui præsint Ecclesiæ. Deinde quæ illos scire & facere oporteat. Tertiò, quæ Episcopi & Abbates in gubernatione suorum agere debeant. Quartò quæ ad Imperatoris officium pertineant, in juvanda gubernatione Ecclesiæ, & rectè administranda Republica.*

Synodus Lugdunensis.

Hylduinus Abbas Dionysij, & Vala Carbeiensis, Hugobertus Lugdunensis, & Bernhardus Viennensis, & plures alij Episcopi, Ludovicum ob Iudithæ uxoris ejus libidines & tyrannidem excommunicant, & ab imperio removent, filiosq; ejus contra ipsum concitant. Aventinus 4. Annalium.

Ludovicus ob uxoris libidines excommunicatur.

De Synodis Sub Lothario.

Syn-

Synodus Meldensis.

Carolus Iunior cum ad regnum Francorum venisset, Synodum apud Meldensem urbem congregavit, in qua inter cæteros hi quoque Canones scribuntur facti.

1. *De incæstuosis.*
2. *Quales ministros Episcopi in civitatibus relinquant.*
4. *Qualem minstrum Episcopus juxta se habere debeat.*
5. *Vt nullus presbyter propter chrisma aliquod munus det.*
6. *Vt presbyteri nullatenus ubicunq; hospitari sinantur.*
14. *Ne fœnum vel annona in Ecclesiam mittatur.*
18. *De filijs non legitimis.*
23. *De secularibus viduis & sanctimonialibus.*
27. *Quod à Rege postulandum sit, ut Episcopi tempore oportuno ad ministerium sibi commissum vacare possint.*
28. *Ne Episcopi propter suam quietem negligant plebem sibi commissam.*

Moguntina Synodus.

Raba-

Rabanus Archiepiscopus Moguntinus, iussu Lotharij Imperatoris, seu Ludovici Regis, Mogunti Synodum indicit, anno Domini 848.

Occasionem præbuit Godescalcus presbyter, qui de libero arbitrio, de prædestinatione, & de sanguine Christi male docuisse scribitur. Disputavit cum eo Lupus Servatus presbyter, Rabanus & alij, ac in sententia perseverantem damnarunt. Et posteà ad utilitatem decoremq; Ecclesiæ Leges condiderunt. Sigebertus, Lupoldus Bebenburgensis, Chronicon Hirsaugiense, Quedlburgense, & Schassnaburgense.

De prædestinatione, libero arbitrio, & sanguine Christi.

Synodus Constantinopolis.

Tempore Ioannis octavi, Constantinopoli Synodus habita est. Ad quam 383, Episcopi convenerunt. Romani pontificis vicem ibi sustinuerunt Petrus presbyter Cardinalis, Paulus Antiochenus Episcopus, & Eugenius Hostiensis. Actum est de coniunctione Ecclesiarum Orientis & Occidentis, quo animis & viribus associati, ad Saracenorũ impetus sustinendos & propulsandos paratiores essent. Martinus in Chronico, Flores temporum, Ioannes de Oppido, Schedelius ætate sexta.

Coniunctio ecclesiarum Orientis & Occidentis.

Synodus Romana.

Leo quartus consilio & voluntate Lotharij Imperatoris, & Ludovici Regis, Romæ Synodum coëgit Episcoporum 47. Agitur de disciplina Ecclesiastica. Canones 44. promulgantur, qui extant apud Luitprandum in vita Leonis: inter quos & hi præ cæteris observatione digni reperiuntur.

Episcoporũ vita, doctrina, officiũ.

3. Vt bono opere Episcopus existat, & benè speculetur, qualiter populum verbo prædicationis instruere debeat.

4. Vt si Episcopus inveniatur indoctus à Metropolitano proprio admoneatur: & presbyteri, diaconi & sub diaconi à suo Episcopo, ut doceri possint, admoneantur: & interim tales presbyteri & clerici, celebrare divina mysteria & officia suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium pervenire.

Episcopus à clero & populo legendus.

5. Confirmavit, quod Cœlestinus & Magnus Leo de Episcopis instituerant, videlicet ut non conveniat episcopum consecrari, nisi à clericis & populo fuerit postulatus.

27. Vt abbates tales constituantur, qui suæ vocationis ministerium Deo possint indubitanter supplere, ita docti, ut quæcunq; fratrum negligentiæ acciderint, omnino cognoscere possint & emendare.

33. Statuit, ut sicut hi, qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur: ita hi qui invi-

viti

viti sine justæ offensionis crimine monasterijs sunt invromssi non volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non observant. *Vota monastica libera.*

34. Vt Magistri & Doctores in singulis locis, in quibus necessitas occurrit, constituantur, qui liberales artes assiduè doceant: & si tales non inveniuntur, tamen divinæ scripturæ Magistri & institutores ecclesiastici officij nullatenus desint. *Scholarum constitutio.*

36. Vt nulli liceat, excepta causa fornicationis, uxorem relinquere, & aliam sibi copulare: aliquin transgressorem convenit sociari priori conjugio. Si autem vir & uxor solummodò pro religiosa vita divortire (divortium facere) inter se consenserint, nullatenus sine conscientia Episcopi fiat, ut ab eo singulariter provisò constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, pro tali re matrimonium non solvatur.

Deinde Anastasius presbyter Cardinalis Marcelli, multis criminibus convictus damnatur, & ab Ecclesia rejicitur, eoquod parochiam suam per annos quinq; contra Canonum instituta, deseruisset. Luitprandus, Liber Pontificalis, Platina in Leone 4.

Synodus Remensis.

Ebbo ab Episcopatu suo dejectus per Ludovicum, septem annos pœnitentiam

egit. Cum autem Lotharius ad imperium veniſſet, & ſedes Remenſis adhuc vacaret, per Synodum provincialem, cui interfuerunt Reucericus Cameracenſis, & Rothardus Sueſſionenſis, Hildemannus Belvacenſis, Ragenarius Ambianenſis, cum aliis tribus epiſcopis, reſtitutus eſt: eo quod tempus pœnitentiæ eſſet abſolutum: & quod exempla vetera teſtarentur, licere Epiſcopum depoſitum poſt pœnitentiam cum conſenſu Epiſcoporum, regis & plebis revocare: ut ipſe teſtatur in actis iſtius Synodi.

Sub Ludovico secundo.

Synodus Ticinenſis.

Anno C. 855. Ticini Synodum indixit Ludovicus ſecundus, circiter annum Domini 855, ut patet ex actis tom. 2. Conciliorum. Cum autem conveniſſent Patres, Imperator per Angilbertum Archiepiſcopum & Andream Patriarcham ac Ioſephum archicapellanum inquit: *De converſatione epiſcoporum, presbyterorum & cæterorum clericorum, de doctrina ac prædicatione in populo, de conſcriptione librorum, de reſtauratione Eccleſiarum, de ordinatione plebium & Xenodochiorum.*

Officium clericorum.

orum, de monasterijs virorum seu fœminarum, quæ secundum Regulam sancti Benedicti, vel ea quæ secundum Canonicam auctoritatem disputata esse debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem est, aut per negligentiam præpositorum, aut per desidiam subditorum, vehementer cupio scire, & secundum Dei voluntatem, vestrumq; sanctum consilium sic emendare desidero, ut in conspectu Dei nec ego reprobus sim, neq; vos & populus in commissa iram suæ indignationis incurrat.

Et ad reliqua quidem quid episcopi responderint, è secundo tomo Conciliorum peti potest; de concionum verò negligentia hoc Regi indicarunt, quod illorum verbis subjicimus.

Negligentia episcoporum & clericorum in concionando.

Doctrina verò & prædicatio in populum, partim episcoporum & vel quorum sacerdotum, partim verò populi negligentiâ, non sicut necessarium est, procuratur; & sacerdotum quidem incuria nullatenus est excusanda. Quidam verò laici, & maximè potentes ac nobiles, quos studiosius ad prædicationem devenire oportebat, juxta domos suas basilicas habent, in quibus divinum audientes officium, ad majores ecclesias rarius venire consueverunt. Et dum job afflicti & pauperes veniunt, quid aliud quàm aut mala patienter ferant, illis prædicandum est? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere soliti sunt, venire non renuerint, admoneri utiq; possent, ut eleemosynis peccata sua redimerent, ut à fluxu re-

rum temporalium se abstinerent. Admonendi sunt igitur potentes, ut ad majores Ecclesias, ubi prædicationem audire possint, conveniant: & quantum dono omnipotentis Dei, divitijs & honoribus cæteros antecedunt, tanto ad audiendum præcepta conditoris sui alacrius festinent.

Synodus Metensis.

Lotharius Imperator Thietbergæ uxori infensus, cum Gunthero Coloniensi episcopo consilium init de ea repudianda: ac promittit ipsi, quod neptem ejus velit ducere uxorem, si modo efficiat, ut in Synodo episcoporum pronuncietur ab illa liber. *Gunthero promissis captus, Thietgaudum Trevirensem episcopum, hominem levem & indoctum sibi adjungit. Synodus in Metensi urbe indicitur. Regina vocata coram est, accusatur de multis criminibus: ac testes producuntur, qui affumant eam confessam esse, quòd cum fratre suo incæstam habuerit consuetudinem. Patres statim juxta Canones sententiam proferunt, eamq; ab omni maritali copula arcent, & pœnitentiæ subjiciunt. Anno Domini 864.*

Synodus divortium inter legitimos coniuges ex sola adij causa decernit.

Synodus Aquisgrana.

Eodem anno Aquisgrani episcopi coëunt, jussu Lotharij Imperator coram patribus

patribus testatur, se non posse sine uxore vivere. Quare cùm Thietberga a se sit separata, postulat sibi jus fieri alterius ducendæ. *Synodus pronunciat, Thietbergam non fuisse ejus legitimam uxorem: ideoq; ei licere aliam ducere, juxta indulgentiam Pauli: melius est nubere quàm uri. Hoc decreto ille fretus, Valtradam pellicem suam uxorem ducit: & neptem Guntheri stupratam, cum ludibrio ad avunculum suum remittit. Regino lib. 2.*

Synodus Romana.

Thietgandus & Guntherus archiepiscopi, à Nicolao pontifice Romam evocati ad dicendam causam, cur Lothario divortium & alteras nuptias concessissent: proponunt acta Synodi Metensis & Aquisgranæ. *Pontifex vero Synodo Romæ indictâ, scripta illa examinat, & pro suâ authoritate damnat, ipsosq; depositos omni ecclesiastica dignitate privat. De qua re illi ad Ludovicum queruntur, quòd novo & inaudito modo, sine principis & aliorum metropolitanorum præsentia, iniustissimè sint ignominiâ & contumeliâ affecti. Anno Domini 865.*

Synodus Francica.

Arsenius pontificius legatus, in Francia Synodum convocat: & juxta papæ præscriptum, Lotharium jubet sub pœ-

na excommunicationis, cum uxore legitima reconciliari, & à consortio VValdradæ pellicis discedere. Quod cùm se facturum recepisset, VValdradæ præcipitur, ut Romam eat, & pro se rationem reddat.

Synodus Romana.

Ioannes Ravennas improbat pontificiam dominationem.

Nicolaus pontifex Romæ indicit Synodum, ad cognitionem & judicium causæ Ioannis Ravennatis. Conveniunt episcopi & sacerdotes ex pluribus provincijs. *Accusatur Ioannes de criminibus, quòd nimirum Pontificum Romanorum principatum damnaverat, appellationem ad sedem Romanam prohibuerat, peregrinationes Romam religionis ergò vituperaverat, prædia aliaq; bona, quæ à Pontifice occupata erant, imperio vel ecclesijs restituerat.*

Alia Synodus Romana.

Photius è laico fit episcopus Constantinop.

Cum Ignatius Constantinopoli esset depositus ab officio, & Photius ex laico substitutus episcopus, ac ea de re aliij aliter judicarent, Michael Imperator petijt, à Pontifice Rom. ut legatos suos ad disidij compositionem mitteret. *Pontifex ergo convocat suos in cœtum: & re deliberatâ Rodvaldum Portuensem episcopum, & Zachariam Anagninum selegit, eisq; literas & mandata tradit, ut isthic tantùm rem cognoscant. & à Photij*

communione abstineat, cultumq; imaginum sacrarum restituant: ut patet ex epistola Nicolai pontificis tomo 2. Conciliorum.

Synodus Constantinopolitana.

Cùm Romani legati Constantinopolim veniſſent, in conſeſſu epiſcoporum & ſacerdotum tractatur de Ignatij depoſitione, Photij ordinatione, & de cultu imaginum, rebusq; diu diſceptatis, tandem imaginum cultus approbatur: *& in aede apoſtolorum promulgatur, quod Ignatius juſtè amotus, & Photius ritè ſurrogatus eſſet. Zonaras tomo 3. in vita Michaelis. Liber Pontificalis.* Epiſtola Nicolai, tomo Conciliorum ſecundo.

Imaginum cultus decernitur.

Synodus Romana.

Pontificijs legatis reverſis, acta Synodi Conſtantinopolis ab Imperatore mittuntur, & petitur approbatio per literas, in quibus quædam contra principatum Romani Pontificis erant obiter ſcripta. *Pontifex autem obnixè cavens, ne quid de ſua authoritate & principatu imminuatur, Synodum colligit, & ſuos legatos accuſat de male adminiſtrato munere legationis, & acta illa omnia reſcindit: ſuosq; legatos, ut qui extra metas delegati muneris exceſſiſſent, eccleſiaſtica communione*

Pontifex ſuorum legatorum acta reſcindit.

privat, & literis generalibus ad omnes Asiæ & Lybiæ episcopos, & alijs ad Michaelem, alijs item ad Photium ac Bardam, alijs ad Ignatium, matrem & uxorem Imperatoris, & alijs ad senatores Constantinopoleos, testatur, se nullo modo probare Ignatij depositionem, Photijq; ordinationem. Epistola Nicolai & liber pontificalis.

Synodus Constantinopoleos.

Photius contra tyrannidem Rom. præsulis.

Cùm Photius intelligeret Romani Pontificis adversus se furorem, scripsit librum contra Romani Pontificis tyrannidem; eumq; à pluribus comprovincialibus episcopis subinde in urbem venientibus, ut in Synodo approbari, & subscriptione confirmari curavit, & in Bibliothecam inter acta Synodorum reposuit. Liber pontificalis, Damaso annexus.

Alia Synodus Constantinopoleos.

Anno C. 870.

Basilius, cùm interfecto patre suo adoptivo Michaële, Orientis imperium adeptus esset, Constantinopoli Synodum celebrat, circa annum Domini 870. Occasionem præbuit Photij in administrandis clavibus libertas. *Photius Imperatorem homicidam à communione arcet.* Nam ipsum Imperatorem parricidam, à communione prohibuit. Quod ille indignè ferens, de ultione cogitabat. Conveniunt episcopi provinciales. Imperator in disceptationem

curas

cuma deduci, an Photius potuisset jure, Ignatio injuste pulso succedere? Proferuntur etiam Nicolai pontificis scripta ad Michaelem & alios, quibus planè contra Canones esse asseritur. Patres Imperatori magis æqui quàm Photio, pronunciant eum injuste sedem invasisse, ideoq; repellendum, & Ignatium restituendum esse. Quod si nollet huic sententiæ acquiescere, licere ei coram Romano pontifice contra Ignatium instituere actionē, Zonaras tomo 3. in vita Basilij: & Liber pontificalis in vita Adriani secundi.

Synodus Romana.

Romæ Synodum habuit Adrianus secundus, circiter annum Domini 871. Occasionem præbuit Photius & Ignatius. Uterq; enim eo miserat suos legatos, qui causam coram illo agerent. Oratores Photij, præter unum monachum, omnes maris tempestate perierant: sed Ignatij incolumes advenerant omnes. Monachus autem ille causam Photij constanter agit: sed apud judicem alteri parti nimis deditum, aliud nihil obtinet, quam ut perfidiæ crimine notatus excōmunicetur, ut patet ex actione 7. Concilij octavi Constantinopolitani.

Synodus Constantinopoleos octava, Generalis appellata.

Cùm

Cùm legati Adriani Constantinopolim venissent, advocantur Orientis patriarchæ, metropolitani, & Episcopi ad Synodum. Excogitaverat autem Romanus ad suam tyrannidem stabiliendam hoc artificium. *Libellum legatis suis dederat, quo omnes ad subjectionem, obedientiam & reverentiam Romanæ sedis obligabantur, qui vellent in Synodo illa esse. Istum libellum porrigunt singulis ad consessum accedere cupientibus. Illi qui subscriptione probabant intromittuntur: qui verò id facere recusant, cum ignominia foris relinquuntur. Cum hoc modo mancipia Rom. pontificis essent collecta, & optimi quique exclusi, decem sessionibus Conciliabulum illud absolvitur.*

Pontifex primum aliquot assessores concilij sibi devincire conatus est.

In primo consessu legati sedis Romanæ literas exhibuerunt, Adriani papæ ad Basilium Imperatorem, quibus eos ille Cæsari commendat, fidemq; haberi rogat, & omnia exemplaria libri à Photio contra Papam editi comburi postulat. Deinde libellum Romani item papæ produxerunt, continentem anathematum fulmina, in Iconmachos & Photium directa. Hæc à Synodo approbantur, & definitio episcoporum Orientis super depositione Ignatij legitur.

Acta Synodi octavæ Constantinopolitanæ.

In secunda actione Photij assectæ palinodâ cantata in gratiam sunt recepti.

In tertia lecta epistola Basilij Imperatoris & Ignatij patriarchæ & Adriani papæ super damnatione Photij.

In quarta legiuntur epistolæ Nicolai, una ad Michaelem Imperatorem, altera ad Photium, tertia ad Imperatorem ejusdem argumenti, quoniam primum Photius contra Canonum statuta è laica conditione ad episcopatum evectus esset, quod ex impuris Tharasij & Ambrosij. qui & ipsi è laicis facti sunt episcopi, suum institutum tueri non posset.

In quinta Photius coram patribus Synodi astans plane obmutuit, juxtaq; sententiam Nicolai & Adriani paparum condemnatus est.

In sexta episcopi Photij à Basilio Imperatore ad resipiscentiam admoniti sunt, ijsq; dies septem indulti, quibus secum deliberarent.

In septima baculus, signum dignitatis pastoralis, Photio ademtus, lectaq; epistola Nicolai Papæ, & recitatis gestis Synodi ab Adriano habitæ, Stephanus diaconus fecit anathematismum Photij & sequentium & cooperatorum ejus.

In conventu octavo tractatum est de abolendis chirographis injustis, & universis actis Conciliabulorum, quæ à Photio contra papam Nicolaum, & patriarcham Ignatium celebrata sunt. Quæ universa præcepto Imperatoris & Synodi combusta sunt.

Deinde venerunt ad Synodum aliqui sacerdotes Iconomachi: & monitis sanctæ Synodi & Imperatoris conversi, recepti sunt, cum jolà manus impositione.

Postremò Stephanus diaconus è suggestu anathematizavit Iconomachos & Photium in hac forma:

formi: Concilio, quod adhuc fremit contra venerandas imagines, anathema.

Actione nona nunciatur Synodo venisse Josephi vicarium Alexandrinæ sedis. Hujus, hortante Synodo, epistola commendatitia legitur: & ipse receptus, quæ sunt in octo actionibus prædictis, approbat.

In decima sessione canones recitantur 27, quorum summas Carranza recitat.

1. De observatione Canonum universalium & locarum Synodorum.
2. Ut serventur definitiones Nicolai & Adriani papæ.
3. Ut veneretur imagines.
5. Nullus ex laico ordine assumatur episcopus.
6. Anathematizatur Photius.
7. De non admittendis hostibus imaginum.
8. & 9. Chirographa Photio data abolentur.
10. Ne quis audeat superiorem præjudem ante sententiam.
11. Quod una sit hominis anima.
12. Ne quis potentiâ principum fretus, assumat dignitatem episcopi.
13. Ex minoribus ordinibus assumantur ad majores.
14. In quanto honore habendi sint episcopi à principibus secularibus.
15. In quem usum ecclesiæ possessiones servari debeant.
16. Colligere licet, solennem fuisse in aulis prin-

& primo

ciptum, statis quibusdam diebus, componere aliquem Aulica il-
ludicum insignibus episcopalibus, qui & tonsura & lusio mini-
cæteris ornamentis personatum episcopum ageret. sterij ec-
& creasse etiam ridiculum patriarcham, quo se ob- clesiastici.
lectarent. Quæ omnia ut in dedecus Ecclesiæ acces-
sita prohibentur sub gravibus censuris.

17. Canon tria continet, primum de potestate metropolitanorum in cæteros episcopos: alterum, quod episcopi non debent à principibus impediri, quò minus ad Synodos veniant: Tertium est: Illud autem tanquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absq; principali præsentia celebrari, eum nusquam sacri Canones convenire seculares principes in Concilijs sanxerint, sed solos antistites. Vnde nec interfuisse illos Synodis, exceptis Concilijs universalibus, invenimus. Nec enim fas est, seculares principes spectatores fieri rerum, quæ Sacerdotibus DEI nonnunquam eveniunt. Principes à Synodis excluſi.

18. Vt in Ecclesijs antiqua conserventur privilegia.

19. Ne metropolitanus gravet subjectos episcopos.

20. Canone sancitum est, ut possessiones in emphyteusin datas ab Ecclesia, non liceat emphyteutam spoliare, prætextu non servati pacti.

21. Quanta reverentia agendum sit contra episcopum Romanum, ita ut nemo adversus eum hiscere audeat.

22. Ne princeps secularis se immisceat promotioni episcoporum.

23. Ne

23. *Ne quid præsumat agere episcopus in aliena ecclesia.*

24. *Ne metropolitæ exerceant ministeria episcopalia per subjectos episcopos.*

25. *Vt deponantur clerici, qui defecerunt ad Photium.*

26. *De ordine appellationis.*

27. *Qualiter oporteat uti pallio, ut scilicet episcopi non ultra statà tempora & loca eo utantur, ne signum sit superbiæ vel arrogantiæ.*

Græci conqueruntur de fraudulentia Rom. Pontificis.

Subscriptione tandem peractâ, quidam ex Græcorum episcopis Imperatorem adeunt, & queruntur libellis illis, quos initio scribere juxta formam pontificis coacti fuissent, ut dictum est, Constantinopolitanam ecclesiam planè in potestatem Romani pontificis esse redactam, nec posse unquam libertatem pristinam recuperari, nisi libelli pontificiis exto queantur, & sibi reddantur. Agitur ea de re magna contentione cum pontificijs, ac ægerrimè impetratur restitutio.

Bulgari interrogant an Romanæ vel Constantinopolitanæ sedi subesse debeant.

Tertio die pòst, Petrus legatus Bulgarum in consessum patrum admissus interrogavit, utri sedi Bulgarorum ecclesiæ subesse deberent, Romanæne an Constantinopolitanæ, quæ res magna contentione disceptata est inter legatos Rom.

Rom. præsulis & vicarios Orientalium patriarcharum. Postremò Ignatius patriarcha Constantinopolitanus victus clamoribus & minis legatorum pontificis Rom. respondit: *Absit à me, ut ego hic præsumtionibus contra decorum sedis Apostolicæ implicer: qui nec ita juveniliter ago, ut mihi subripi valeat: nec ita senililer deliro, ut quod in alijs reprehendere debeo, ipse admittam.*

Pontificios domum euntes, Sclavi capiunt, & bonis omnibus atq; authentico exemplari, in quo omnium subscriptiones erant, privant, qui Imperialibus & Apostolicis literis vix liberati, sine authentico actorum libro revertuntur. Liber Pontificalis in vita Adriani secundi, & Platina. Annonius lib. 5. cap. 28. de Francis narrat, in hac Synodo Græcos, in favorem Romani Pontificis, adorationem imaginum & alia quædam, contra suos antiquos Canones approbasse.

Sclavi Pontificios legatos in itinere spoliant.

Synodus Colonienſis.

Anno Domini 871. Ludovicus Coloniæ Synodum cogit, ad sextum Calendas Octobris. Interfuere archiepiscopi, Luitpertus Moguntinus, Bertulphus

Anno C. 871.

tulphus Trevirorum, VVillebertus Agrippinensis, Adeluinus Ivvanensis, cũ episcopis, sacrificulis, sacerdotibus, monachis suis. *Divi Pauli ad Timotheum Titumq́ de libro epistolæ recitatæ sunt. Sacerdotes, episcopi avari, Veneri ventriq́ dediti, ignominiâ notati tribuq́ moti sunt. Cæteri jussi sunt vivere juxta Christi servatoris nostri placita. Imperatum mystis, ut literis sacris operam darent, ut oves pascerent: & caverent, ne gregem à Deo creditum malis exemplis trucidarent: nève lac consumerent, de lanis se contegerent. Ante omnia, ut curam pauperum agerent episcopi, parochiq́.* Aventinus lib. 4. Sigebertus narrat, etiam ab ista Synodo Ecclesiam Petri consecratam esse, cum magna miserorum cacodæmonum querela.

Clericorum officium.

Episcoporũ regula Coloniæ condita.

Sub Carolo Calvo.

Synodus VVermeriæ, & apud Acciniacum, hoc tempore habitæ nihil ἀξιόλογον continent.

Synodus Pontigonensis.

Carolus Calvus acceptis legatis à Pontifice Synodum apud Pontigonem indixit, in cuius actione prima discepta-tum est de primatu Ansegisi Senensis episcopi: *in secunda lectæ epistolæ à Domino apo-stolico*

Primatus Senensis episcopi disceptatus.

stolico laicis missæ, & lecta electio Domini Imperatoris ab episcopis & cæteris Italici regni firmata: in tertia contenderunt de presbyteris ex diversis parochijs: In quarta Imperator in Synodo residens audivit oratores fratris Ludovici regis: In sexta adfuerunt legati pontificis cum salutationibus Apostolicis ad Imperatorem & Imperatricem. Tota denique Synodus comitijs imperialibus similior quàm ecclesiastico concilio fuit.

SUB CAROLO CRASSO.

Synodus Trecanensis.

Anno C. 878.

Ioannes nonus pontifex, cum consensu Ludovici Balbi regis Francorum, ad urbem Trecas Synodum ex episcopis Belgicis collegit, circiter annum Domini 878. Adon Viennensis. *Pontifex, præsidem isthic agens, narrat, se Lambertum & Helbardum comites Italiæ, ob occupata loca Romanæ ecclesiæ excommunicasse: & postulat ab episcopis approbationem & subscriptionem, quam facilè impetrat. Deinde Frotarius, qui ex Burdegala Pictaviam, & inde ad Bituriges inconsulto pontifice transierat, juxta canones revocatur. Tertiò Hincmarus Lauduni episcopus, qui effossis oculis officio dejectus erat, restituitur. Quartò, ad fidem pertinentia quædam decreta sunt.*

Hincmaro episcopo oculi effossi.

Quintò, Ludovicus Imperij diademate coronatur, & Augustus appellatur: pro quo officio Ioannes papa postulat sibi abbatiam Dionysij, à Carolo Imperatore Romanæ Ecclesiæ donatam, tradi: apud Annonium. Adon ætate 6. Robertus Ganguinus lib. 5. Platina in Ioanne 9. Nauclerus, Mutius, & alij. Et excommunicatur Hugo Lotharij filius cum socijs suis. Antonius lib. 5. cap. 37. de Francis.

Synodus Colonienſis.

Anno Domini 887. jussu Caroli Crasi, Synodus Agrippinæ habita est. Interfuerunt Luitpertus Moguntinus, VVilibertus Colonienſis, Franco Tungrenſis, &c.

Anno C. 887.

Agitur autem primùm de ordinando episcopo Mimydonenſibus, ac Drungo presbyter illi ecclesiæ præficitur, decreto Synodi.

Deinde in Schismaticos & raptores, in ecclesia Tungrensi statuitur pœna.

Tertiò, bonorum ecclesiasticorum abalienatio inscio episcopo prohibetur.

Quartò, incæstas consuetudines, & virginum sacrarum connubia vetant, repetitis veterum canonum decretis. tom. 2. Conciliorum.

Synodus Macrenſis.

Anno Domini 881. celebrata est Synodus apud martyrium Macræ, in finibus

bus diœcesis Remensis. Patres qui convenerunt, egregiè inter regis & sacerdotis officium distinguunt: *Duo sunt quibus principaliter hic mundus regitur, authoritas sacra pontificum, & regia potestas. Solus enim Dominus noster Iesus Christus, verè fieri potuit rex & sacerdos post incarnationem, & resurrectionem, atq; ascensionem suam in cœlum. Nec rex pontificis dignitatem, nec pontifex regiam potestatem sibi usurpare præsumsit: sic actionibus proprijs dignitatibusq; ab eo distinctis, ut & Christiani reges pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium rerum cursu regum dispositionibus uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus, & ideò militans Domino, minimè se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus. Et tantò est dignitas pontificum maior, quàm regum, quia reges in culmen regium sacrantur à pontificibus, pontifices autem à regibus consecrari non possunt: & tantò gravius est pondus sacerdotum quàm regum, quantò etiam pro ipsis regibus in divino reddituri sunt examine rationem.*

Papistica distinctio inter ordinē politicum & ecclesiasticum, juxta illud 2. Thess. 2.

Officium magistratq; est carnalis incursus.

Pontificalis dignitas longe supra regiam emi-net.

Deinde ex Gregorij homilia, quam de Evangelio tractavit tempore Synodi episcoporum, recitant dictum, quo sacerdotum πολυπραγμοσύνη taxatur, quod adscribimus. *Quoniam ad exteriora ne-*

gotia partim necessitate barbarici clamoris, partim negligentia nostri temporis dilapsi sumus, & aliud ex honore susceptimus, at q; aliud officio actionis exhibemus: ministerium prædicationis relinquimus, & ad pœnam nostram, ut video, episcopi vocantur, qui honoris nomen, non virtutem tenemus. Relinquunt namq; Dominum hi, qui nobis commissi sunt, & tacemus, cum in pravis actibus jacent, & correctionis manum non tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt, & eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo nos vitam corrigere valeamus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim secularibus intenti, tanto insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea, quæ foris sunt, studiosiores videmus. Usu quippe terrenæ curæ à cœlesti desiderio obdurescit animus, & cum ipso suo usu durus efficiatur, per actionem seculi Adæ emolliri non valet, in his, quæ pertinent ad charitatem Domini: quia dū extraneis actionibus implicamur, ministerij actionis nostræ negligimus: Domini causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur, &c.

Querela Gregorij de episcoporum polypragmosyne.

Ludovico fidi & probi consiliarij dandi.

Deniq; Ludovicum regem adhuc in immatura ætate constitutum monent, ut sibi fidos & prudentes consiliarios adjungat, eosq; benignè audiat, & omnia prudenti consilio agat: & ut exactiones nimias imminuat, & à Normannis paganis subditos liberet.

VB

SVB ARNVLPHO.

Synodus Moguntina.

Anno C. 888.

Arnulphus anno primo regni sui, circiter annum Domini 888. Mogunti Synodum indixit. Conveniunt Luitpertus Moguntinus, & VVilbertus Colonienſis, & Rathbodus Trevirenſis archiepiſcopi, cum epiſcopis, ſacerdotibus & abbatibus ſibi ſubditis ac vicinis. In initio deplorant miſerias eccleſiæ, quæ à paganis & malis Chriſtianis graviſsimè & afflicta & dilacerata erat: ac fatentur, id non modò ob vulgi, verùm etiam ob ſacerdotum epiſcoporumque delicta juſto Dei judicio accidiſſe: & à Deo veniam precantur, ac ſeſe invicem ad emendationem cohortantur. Deinde canones viginti ſex conſtituunt, inter quos ſunt notæ Antichriſti plurimæ, (ut ex paucis ſubiectis patebit) quibus dum iram Dei præpoſterè conantur lenire, magis eam exaſperant. *In primo bene quidem decernunt, ut pro rege Arnulpho & conjuge eius, ac pro tota Eccleſia preces fiant. In 2. Virtutes regum ex verbo Dei deſcribunt. In 3. recenſent officia regum. In 5. vetant, ne presbyteri ſine conſenſu epiſcoporum conſtituantur, aut rejiciantur. In 6. ut nullus eccleſiaſticas res invadere præſumat.*

Non modò vulgi ſed etiam prælatorum peccata in cauſa ſunt devaſtationis eccleſiæ.

In 7. Sacerdotum vexatores anathemate feriunt. In 9, missus celebrandis locis sacris, & in casu necessitatis capellas, ut vocant, seu sacella destinant. In 12, cavetur, ne episcopus absq; 72. presbyter absq; 44, diaconus absq; 26, subdiaconus, acoluthus, exorcista, lector, ostiarius absq; septem testibus damnetur. In 18, quidam Altmannus, ob duetam commatrem spiritualem, separatur à conjuge, & excommunicatur. In 19, damnatur conjugium presbyterorum, æquè ut fornicatio, &c.

Conjugium presbyterorum fornicationi æquiparatur.

Synodus VVormacienſis.

VVormacienſis Synodus celebrata eſt ſub Stephano quinto Pontifice. Occaſionem præbuit Adalgarius Hamburgenſis epiſcopus, & Hermannus Colonienſis, qui de Bremenſi Eccleſia litigabant. Pontifex ea de lite appellatus, Remenſi epiſcopo mandavit, ut cauſam illam ſuo loco cognoſceret. Luitprandus in vita Stephani quinti, & Crantzius in Metropoli lib. 2. cap. 19.

Adalgarius Hamburgenſis epiſcopus.

Extant in ſecundo tomo Conciliorum canones 30. VVormacienſis Synodi, de rebus monaſticis, & ſimilibus, ad eam, quam tunc temporis colebant, diſciplinam pertinentibus.

Inter alia decreta hæc quoq; continentur:

Ut epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi abſtineant à conjugibus. cap. 9.

Ut

Missa purgat sacrificulos à quibus vis sceleribus.

Vt episcopi & presbyteri accusati de cæde, aut adulterio, aut furto, aut maleficio, purgent sese pro singulis, missæ celebratione & communione. capite 10.

Vt sacerdotes de fornicatione accusati, jurejurando sese purgent, cap. 12.

Missa ad inveniendum furtum adhibita.

Vt si in monasterio aliquid furto sit sublatum, abbas missam celebret, & communione sese singuli purgent, cap. 15.

Vt parricidæ & fratricidæ biennium pœniteant. cap. 30.

Placuit etiam, ut quicunq; odio aut longa inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari divinâ intentione nequiverint, à civitatis primitus sacerdotibus arguntur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissimâ excommunicatione pellantur. cap. 41.

Quatuor portiones reddituum ecclesiasticorum.

Quatuor autem tam de reditibus quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter decretum est) convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricis applicanda. cap. 47.

Infantes, quorum baptismus incertus, baptizandi.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, nec ipsi per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei sunt respondere, absq; scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati

Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt, cap. 70.

Synodus Triburiensis.

Triburiæ Synodus est celebrata sub Arnulpho, regni sui octavo anno, Domini 895. juxta Reginonem lib. 2. & acta in tom. 2. Conciliorum. Aut anno Domini 899. juxta Sigebertum: nisi quis geminam diversis annis existimet habitam.

Convenerunt episcopi viginti duo, ut acta habent: nimirum Hatto Moguntinus, Hermannus Agrippinensis, Rathbodus Trevirensis, Vvaldo Frisingensis, Erchanbaldus Eistatensis, Tuto Radasbonensis, Adalpero Augustensis, Salomon Constantiensis, &c. Crantzius in metropoli lib. 2. cap. 19.

Occasionem præbuerunt politici viri, qui authoritatem episcoporum imminuere conabantur: ut Regino lib. 2. & Sigebertus annotant.

Finis erat, ut eradicarent hæreses, schismata componerent, clericorum vitia corrigerent, scandala vulgi averterent, ac mores clericorum & laicorum rectius instituerent, teste Gratiano.

Inter alia quæ isthic facta sunt, etiam de lite ob

Bremensem

Bremensem Ecclesiam Hermanni Colonienſis, & Bremensis Adalgarij Hamburgensis episcopi tractatum est, & ecclesia Coloniensi subjecta, & Hamburgensi erepta. Crantzius in metropoli lib. 2. cap: 19.

Deinde Rex assensu Synodi leges sancit de puniendis iis, qui clericos injuria affecissent, aut stricto gladio in atrium ecclesiæ ingressi essent, quiq; res ecclesiæ rapuissent, vel baunum ab episcopis impositum contemsissent.

Tertiò canones 49. condunt ad disciplinam Ecclesiæ pertinentes, qui extant tomo Secundo Conciliorum.

CAPVT X.

DE SYNODIS CENturiæ Decimæ.

SVB LVDOVICO.

Ravennatensis Synodus.

Anno Domini 903 ut Sigebertus & Vincentius tradunt, sub Ioanne decimo, (Martinus Polonus & alij nonnulli Nonum vocant) Ravennæ Synodus instituitur. Anno C. 903.

tur. Convenerunt Episcopi septuaginta quatuor. Interest & Francorum rex una cum archiepiscopis Galliæ, ut Sigebertus scribit.

Materia quæ ventilatur in hoc conventu, sunt acta Formosi Pontificis. Decretum verò est ejusmodi: Perperam à Stephano factum esse, qui censuit, eos, qui à Formoso ad sacros ordines cooptati essent, denuo ordinandos esse. In hujus rei confirmationem, acta Stephani publicè omnibus spectantibus concremata sunt. Platina adjungit, hoc quidem tum accidisse, quia Pontifices à Petri vestigijs discesserint (ô petras Ecclesiæ, & ô miseras ecclesias Christi talibus petris affixas) & quia Principes fuerint ignavi, neq; petulantes istorum pastorum mores sua autoritate & gladio correxerint: ac minatur ipsis ultionem divinam.

Stephani Pontificis acta Vulcano tradita.

Pontifices à Petri vestigijs discesserunt.

Gallicanæ Synodi duæ, de bonis Ecclesiasticis, & de Fulcone occiso.

Carolus Simplex concilium patrum jubet convenire, fortè in urbe Remensi, verum loci non fit mentio. *Causa erat, quia profani proceres Ecclesiastica bona occupârant beneficio regum, qui de alieno plus æquo sunt liberales. Ac nominatim Æmilius commemorat, eos cœnobiorum bona tenuisse: deinde tantùm Monachis*

nachis præbuisse demensum quoddam, reliquos reditus sibi reservasse: tertiò nomen abbatum, tanquam singularem dignitatem, monachis in universum abstuliſſe, sibiq; adscripsisse: tantùm verò superiores monachos appellasse Decuriones: Quarto insuper jura episcoporum invasisse. Hæc, cum alia ratione non posset Carolus, ob nimiam potentiam suorum satellitum, saltem Concilij authoritate sperabat sese in pristinum statum revocaturum & redacturum esse. Bona ecclesiastica à profanis proceribus directa.

Statutum autem est in hac Synodo, bona episcoporum sancta esse oportere, quæ nefas sit politicis Dominis abalienare, atq; in prophanum usum convertere. Bona ecclesiastica sunt sacra & non abalienanda.

Cæterum monachorum bona, hoc quidem tempore, ad libertatem pristinam retrahi non potuere. Ratio fuit: quia clavam è manu Herculis extorquere perdifficile est. Prædatoriæ istius factionis, quæ bona Ecclesiastica per vim invaserat, caput fuit Robertus magister equitum, & Hugo fratres, qui militem istis reditibus alebant, sub titulo conservandæ pacis regnum Franciæ occupare conantes.

Certatum in conventu est acriter, sed armis inæqualibo. Nam aulicæ Harpyiæ bolum tam opimum è faucibus sibi eripi nullo modo patiebantur, & insuper episcoporum non paucos largitionibus ex alieno corruperant, eorumque vota coëmerant.

Fulco

Fulco archiepiscopus Remorum, & Vinemaro quodam bonorum ecclesiasticorum prædone, interfectus est, qua cæde territi cæteri concilium deseruerunt.

Refert Paulus Æmilius in vita Caroli Simplicis: & acciderunt hæc circa annum Domini 905.

SUB CVNRADO.

In Althaim Synodus.

Anno C. 916. Anno Domini 916. duodecimo calendas Octobris, regni Conradi quinto, Synodus est celebrata in Althaim, pago Rhetiæ. Præsto autem fuit Ottonensis episcopus, legatus Iohannis 10. pontificis Romani. Decreta hæc annotantur.

Primo: Quisquis regi fidem non servaverit, aut eidem rebellare conatus fuerit, diris devotus esto. Deinde Erchingerus ob rebellionem & perfidiam in Regem ad monasterium damnatur.

Tandem Richvinus Argentoratensis ædis occupator, & episcopi Saxonum cum Erchingero, Bercholdo, Burckhardo, Arnulpho excommunicantur.

Commemorat Aventinus libro 4. Annalium Boiorum.

SUB

SVB HENRICO. I.

In Dingelfing Bavariæ Synodus.

Arnulphus Bavariæ Dux, transactis rebus cum Henrico Imperatore, & accepta potestate Ecclesiasticarum rerum, mandat ut Episcopi in sua ditione conveniant in Dingelfing, quod est oppidum inferioris Bavariæ, in ripa Isaræ situm.

Præest autem deliberationi ipse Arnulphus dux, & simul cum patribus decreta edit.

Prædia Ecclesiasticorum, quæ partim Vngari depopulati erant, partim alij occuparant, episcopis ac monachis restituit.

Templis & sacris ædibus reditus constituit, quibus reparari queant.

Fruximensi bona, quæ abrepta fuerant, reddit. Episcopos, monachos, sacerdotes, rursum intra metas disciplinæ retrahit: quia nimis populariter in istis rerum omnium turbationibus vivere didicerant. Aventinus lib: 4. Annalium Boiorum.

DVISBVRGENSIS Synodus.

Meten-

Benno episcopus excæcatus.

Metenses excœcarant episcopum suum Bennonem, vulgo Benedictum nominatum: quæ verò tanti facinoris causa fuerit, non annotatur. Duisburgi igitur Synodus congregatur anno Domini 927, in qua autores cædis, anathematis fulmine feriuntur: & substituitur Adalberus episcopus, ut refert Reginonis Continuator.

Erfurdensis Synodus.

Magnam episcoporum & abbatum Synodum Erfurdiæ in Thuringia celebratam esse, Schafnaburgensis, Tritemius in Chronico Hirsaugiensi, Continuater Reginonis, & alij scribunt: verum quæ causa, quæve ibi decreta sint sancita, nemo refert, tanta fuit historicorum inertia & socordia. Annum autem signant nongentesimum trigesimum quintum.

SUB OTTONE I.

Bonnensis Synodus.

Celebrem fuisse Synodum Bonnæ, in qua viginti duo Episcopi convenerunt, circa annum Domini 943. Continuator

nuator Reginonis, & Schafnaburgensis referunt: sed neq; causam neq; eventum eius indicant.

Ingelheymensis Synodus.

In Ingelheym Synodus à triginta quatuor episcopis habetur, anno Domini 948. Adsunt autem Ludovicus & Otthoreges: præsidet verò, ut Continuator Reginonis notat, Martinus episcopi Romani legatus.

Primùm autem quædam, ad utilitatem Ecclesiasticarum rerum pertinentia, sunt statuta. Deinde Hugonis filij Heriberti causa ventilatur. Namis Artaldo archiepiscopo, è Remensi Ecclesia expulso, sibi eam excellentiam arrogaverat: communi igitur Synodi iudicio, ob hoc facinus damnatur. Continuator Reginonis. Hermannus Contractus, Schafnaburgensis, Otthoni Phrysingensis.

Augustana Synodus.

Anno 951. Augustæ Synodus viginti quinq; Episcoporum colligitur, iussu Otthonis: verùm quæ nam fuerit causa, non recitatur. Hermannus Contractus.

Ravennatensis Synodus, de causa Heroldi.

Indignè ferebat Heroldus Salisburgensis episcopus, Gerhardum Batavienſem pallij dignitate à pontificibus Romanis ei conceſſa, uti: idcirco quod honeſtis rationibus non poterat consequi, fraude & vi conatur extorquere. *Vngaros enim contra Bavaros excitat, atq; cruentam hominum lanienam efficit. Propter hanc pertinaciam & perfidiam, Iohannes XII. pontifex Romanus conventum quinquaginta quinq; patrum instituit, qui uno ore Heroldum, propter tam crudele facinus anathematizant, atq; omnem ei archiepiscopi & ſacerdotis dignitatem derogant. Aventinus libro quarto Annalium Bojorum.*

Heroldus Salisburgenſis episcopus anathematizatur.

In Ingelheym alia Synodus.

Anno 958, in Ingelheym conſenſu Heroldi Synodus ſedecim episcoporum habetur, præſente Imperatore: ibi Fridericus Viennenſis Archiepiſcopus ordinatur, praterea nihil adſcribitur à Continuatore Reginonis.

Roma-

Romana Synodus, de Iohanne duodecimo.

Pacata Italia ab Otthone primo, quem Iohannes duodecimus invitarat precibus, ut Berengarium & Albertum expelleret: priusquam domum reverteretur, iuramentum Otthonis à pontifice accipit, quod Berengarij & Alberti partes nunquam esset foturus.

Iohannis XII. papæ perfidia in Cæsarem.

Sed Imperatore in Germaniam reverso illico papa fidem juramenti violans, Albertum in urbem recipit. Deinde neglecta prorsus cura pastorali, libidinibus fœdis, & omnium scelerum genere, omnia polluit; adeò ut etiam Romani nonnulli Imperatorem hortarentur, ut reversus, ruinæ totius Ecclesiæ & politiæ subveniret. Redit igitur ad urbem optimus Imperator, monet Pontificem sui officij, dum adhuc est in itinere: verùm lapidi verba fiunt, quod dicitur.

Cum autem viderent scelerum socij, Imperatorem ingenti exercitu urbem cingere, malè conscij papa & Albertus, fuga sibi consulunt: atque ad Hernicos Iohannem aufugisse, & in Sylvis more ferarum aliquandiu delitusse Platina commemorat. Cives istis ducibus dissipatis, Othoni portas aperiunt.

Hisce igitur ad eum modum elapsis, Imperator nihil tyrannice, nihil præcipitanter

tanter agendum ratus, consiliū de Synodo celebranda iniit: in qua controversia de Iohanne duodecimo, tàm periuro tamque impuro pontifice, publica episcoporum deliberatione discuteretur. Huc accesserunt reliquorum Romanorum episcoporum, adeoq; totius populi preces. Fuerat enim insanis pontificis, & libido in conspurcandis matronis & virginibus, toti populo gravis.

Locus concilio designatur ecclesia S. Petri Romæ: & quanta potest celeritate, ex universa Italia, Francia, Saxonia, aliisq; locis, episcopos & eruditos viros evocat Imperator. Idq; factum esse ait Sigebertus anno Domini 963. Tritenhemius 964. annotat. Strada nongentesimum sexagesimum secundum.

Ipsi igitur concilio præsidet Imperator Ottho. I. Adest etiam populus Romanus, episcoporum autem Catalogum recenset Luitprandus lib. 6. cap. 6.

Quomodo verò res ipsæ in hoc concilio sint tractatæ, Luitprandus fide dignissimus testis, pulchrè exponit cap. 7. in eodem libro: quæ huc adscribimus.

His itaq; residentibus, silentiumq; summum tenentibus, ita sanctus est Imperator exorsus: Quoniam

niam decorum esset, tam claro sanctoq; Dominum papam Iohannem interesse Concilio, cui tantum declinaverit cœtum, vos ô sancti patres consulimus: quibus communis labor ecclesiasticus, ac commune negotium existit? Tunc Romani pontifices ac Cardinales, presbyteri ac diaconi cum universa plebe dixerunt: Miramur sanctissimam prudentiam vestram, nos hoc velle percontari, quodnec Hibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet. Nam hic iam de illis est, qui veniunt in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces: ita apertè sævit, ita apertè diabolica pertractat negotia, ut nulla circuitione utatur. Imperator respondit: Iustum nobis videtur, ut accusationes nominatim exprimantur: Deinde quod agendum est, communi consilio pertractetur.

Iohannis XII. Scelera toti orbi notissima.

Tunc consurgens Petrus cardinalis presbyter, se vidisse illum Missam celebrasse, & non communicasse, testatus est. Iohannes episcopus Narniensis & Iohannes cardinalis diaconus, se vidisse illum diaconum ordinasse in equorum stabulo, non certis temporibus, sunt professi. Benedictus cum cæteris condiaconis & presbyteris dixit, se scire, quod ordinationes episcoporum precio faceret, & quod annorum decem episcopum in Tudertina civitate ordinaret. De sacrilegio non esse necesse percontari, dixit: quia plus videndo quàm audiendo scire potuissemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant.

Diaconus ordinatus in equorum stabulo.

Episcopus decem annorum.

Iohannis XII. Scortationes & libidines in aestæ.

derant, sed pro certo scirent, viduam Raineri & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte sua abuium esse, & sanctum palatium lupanar & prostibulum feciſſe: venationem dixerunt publice exercuisse: Benedictum spiritualem patrem suum lumine privasse, & mox mortuum esse: Iohannem cardinalem subdiaconum virilibus amputatis occidisse, incendia feciſſe: ense accinctum, galea & lorica indutum fuisse, testati sunt. Diaboli in amorem vinum bibisse, omnes tam clerici quàm Laici acclamarunt. In ludo aleæ, Iovis, Veneris, cæterorumq; dæmonũ auxilium popoſcisse dixerunt. Matutinas & canonicas horas eum non celebrasse, nec signo crucis se munivisse, professi sunt.

Hisce criminibus adjiciantur & illa, quæ Luitprandus præcedenti capite enumerat: quod iuramentum Imperatori, supra ipsum corpus Petri præstitum non servarit: quòd aureas cruces & calices sancti Petri scortis distribuerit: quod Zachæum virum reprobatum, divinarum atq; humanarum literarum insciũ consecrarit episcopum, & Vngaris destinarit, ut suis concionibus ipsos contra Imperatorem instigaret. Nunc porrò quæ Luitprandus narrat, audiamus.

His, inquit, auditis, Imperator quia Romani eius loquelam propriam, id est Saxonicam intelligere nequibant, Luithbrando Cremonensi episcopo præcepit, ut latino sermone hæc Romanis omnibus quæ ſequuntur exprimeret. Surgens itaq; sic cœpit.

Per-

Persæpe contigit & nobis expertis credimus, ut in dignitatibus constituti, invidorum infamia maculentur. Displicet bonis malus, quemadmodum & malis bonus. Atq; hoc rei est, quòd hanc in papam accusationem, quam modò Benedictus cardinalis diaconus legit, & vobiscum fecit, amphibolam retinemus: incerti utrum è Zelo iustitiæ, an impietatis livore proruperit. Vnde secundum dignitatis autoritatem mihi indigno concessam, omnes obtestor per Deum (quem fallere, etsi vult, nemo potest) sanctāq; eius genitricem intemeratam virginem Mariam, perq; preciosissimum Apostolorum principis corpus, in cuius hæc recitantur Ecclesia, ut nulla in Dominum papam iaculentur convitia, quæ non sint ab ipso patrata, atq; à viris probatissimis visa. Tunc Episcopi, diaconi, clerus & cunctus Romanorum populus quasi vir unus dixerunt: Si non, & quæ per Benedictum diaconum lecta sunt, hisq; turpiora & ampliora Iohannes papa indigna commisit facinora, non nos à peccatorum vinculis absolvat Apostolorum princeps beatus Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, iustis aperit. Simus anathematis vinculo innodati, atq; in die novissima in sinistra parte positi, cum eis, qui dixerunt Domino Deo, Recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Quod si fidem nobis non adhibetis, exercitui domini Imperatoru saltem debetis credere, cui ante quinq; dies ense accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit: solus

Iohannes XII. ense & armis accinctus.

solus Tyberis qui interfluxit, ne sic ornatus ab exercitu raperetur, impedivit. Mox sanctus Imperator dixit: Tot sunt huius rei tystes, quot sunt nostro in exercitu bellatores. Sancta Synodus dixit. Si placet sancto Imperatori, mittantur literæ domino papæ, ut adveniat, seq; ex his omnibus purget. Tunc eidem sunt literæ tales destinatæ.

Summo pontifici & universali papæ, Domino Iohanni, Otho divinæ respectu clementiæ Imperator Augustus: cum Archiepiscopis Liguriæ, Tousciæ, Saxoniæ, Franciæ, in Domino S. Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros Romanos, scilicet Episcopos, Cardinales, presbyteros, diaconos & universam plebem de vestra absentia percontaremur, & quid causæ esset, quod nos ecclesiæ vestræ vestriq; defensores videre noluissetis: talia de vobis tanquam obscœna protulerunt, ut si de histrionibus dicerentur vobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem vestram omnia lateant, quædam vobis sub brevitate describimus. Nam si cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non sufficeret unus. Noveritis itaq; non à paucis, sed ob omnibus, tam vestri quàm alterius ordinis, vos homicidij, periurij, sacrilegij, & ex propria cognatione atq; ex duabus sororibus incæsti esse accusates. Dicunt & aliud auditu ipso horridum, diaboli vos in amorem vinum bibisse: in ludo aleæ, Iovis, Veneris, cæterorumq; dæmonum auxilium poposcisse.

Otto Imperator citat Pontificem ad dicendam causam coram Synodo.

Iohannes XII. in honorem diaboli Vinum bibit.

Oramus.

Oramus itaq; paternitatem vestram obnixè, venire atq; ex his omnibus vos purgare non dissimuletis. Si fortè vim temerariæ multitudinis formidatis juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter sanctorum Canonum sanctionem. Data VIII. Idus Novembris.

Hanc epistolam cum legisset, hujusmodi apologeticum scripsit: Iohannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis: *Nos audimus dicere, quod vos vultis alium papam facere: si hoc facitis, excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam, ullum ordinare, & Missam celebrare.* *Insolens & sceleratum responsum Iohannis*

Cum hæc epistola in sancta Synodo legeretur, advenerunt qui prius defuerant religiosi: à Lotharingia Henricus Trevirensis archiepiscopus: ab Æmilia & Liguria Vuido Muzienſis, Gezo Tertonensis, Sigulfus Placentinus: quorum consilio domino papæ ita rescribunt: *XII. ad citationem Imperatoris.*

Summo Pontifici & universali papæ domino Iohanni, Otho divinæ respectu clementiæ Imperator Augustus: sed & sancta Synodus Romæ ob servitium Dei congregata in Domino, salutem. Præterita Synodo, quæ celebrata est VIII. Idus Novembris literas vobis direximus, in quibus accusatorum vestrorum verba atq; accusationis causæ con-

tinebantur. Rogavimus etiam magnitudinem vestram, quemadmodum justum est. A vobis non quales temporis qualitas, sed inconsultorum vanitas expoſcit hominum, literas accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis esse excusatio debuit. Sed & præsentes magnitudinis vestræ debuerunt nuncij interesse, qui aut ægritudinis, aut certe difficultatis causæ satisfacerent, sanctam vos Synodum declinasse. Est & aliud vestris in literis scriptum, quod non episcopum, sed puerilem ineptiam scribere deceret. Excommunicatis enim omnes, ut non habeamus licentiam emendi Missas, ordinandi Ecclesiasticas dispositiones, si alium Romanæ sedi constitueremus episcopum. Ita enim scriptum erat: non habeatis licentiam ullum ordinare. Nunc usq; putavimus, imo credimus, duo negativa facere dedicativum: nisi vestra autoritas priscorum sententiæ infirmaret autorum. Nos verò intentioni vestræ, non verbis respondeamus, si ad Synodum venire, & objecta purgare non differtis, autoritati vestræ proculdubio obediemus. Sed si, quod absit, venire, & objecta vobis capitalia crimina purgare dissimulatis, cum præsertim vos venire nihil impediat, non maris navigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo, tunc excommunicationem vestram parvipendemus: eam potius in vos retorquebimus, quoniam quidem justè facere possumus.

Synodus insolentiſſimas Papæ Iohan: XII. literas graviter reprehendit.

Papam cum Iuda comparat Synodus.

Iudas Domini nostri Iesu Christi proditer, imò venditor, cum cæteris prius ligandi ac solvendi potestatem

testatem à Magistro in hæc verba acceperat: Amen dico vobis, quæcunq; ligaveritis super terrã &c.

Quam diu enim bonus inter discipulos fuit, ligare atq; solvere valuit, postquam verò cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit, quem postea ligatum solvere, atq; solutum ligare potuit, nisi se ipsum, quem infelicissimo laqueo strangulavit? Data X. Calend. Decembris: & missa per Adrianum cardinalem presbyterum, & Benedictum cardinalem Diaconum. Qui cum ad Tyberim perveniissent, eum non invenerunt. Pharetratus enim in campestria iam abierat. Nec quisquam erat qui his, ubi ipse esset, indicare posset. Cumq; eum invenire non possent, cum eisdem literis ad sanctam Synodum, quæ tunc tertiò est habita, sunt reversi. *Ioh: XII. pharetratus fugit Synodum.*

Mox Imperator ait: Expectavimus adventum eius, ut præsente eo, quod nobis egerit, quereremur: verùm quoniam eum non affuturum certò scimus, quàm perfidè nobiscum egerit, ut diligenter agnoscatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque facimus vobis archiepiscopis, presbyteris, diaconis, reliquoque clero, nec non & comitibus, judicibus, omniq; plebi: quod idem Iohannes papa oppressus à Berengario atque Adalberto rebelli-

rebellibus nostris, misit nobis in Saxoniam nuncios, rogans ut pro amore Dei in Italiam veniremus, & ecclesiam sancti Petri ac seipsum ex faucibus eorum liberaremus, Nos verò adjuvante Deo, quantum fecerimus, non est necesse dicere ut in præsentiarum videtis. Ereptus vero mea opera ex eorum manibus & honori debito restitutus, oblitus juramenti & fidelitatis, quam mihi supra corpus sancti Petri promisit: eundem Adalbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, seditiones fecit: & videntibus nostris militibus, dux belli factus, lorica & galea est indutus. Quid super hoc sancta Synodus decernat, edicat.

Imperator Otto accusat Iohan. XII. coram Synodo.

Ad hæc Romani Pontifices, reliquusq; clerus, & cunctus populus dixerunt: Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum. Si corruptis moribus sibi soli, & non cunctis obesset quoquo modo tolerandus esset. Quot prius casti, hujus facti sunt imitatione incæsti? Quot probi, hujus exemplo conversationis sunt reprobi? petimus itaq; magnitudinem imperij vestri, monstrum illud nulla virtute redemptum à vitijs, à sancta Ecclesia Romana pelli, aliumq; loco ejus constitui, qui nobis exemplo bonæ conversationis præesse valeat, & prodesse sibi: rectè

Clerus Rom. ab Imperatore petit Iohn: XII. depositionem.

vivas

vivat ac bene vivendi nobis exemplum præbeat. Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis, nihil gratius nobis, quàm ut talis, qui huic sanctæ & universali sedi præponatur, inveniri possit.

His dictis omnes una voce dixerunt: Leonem venerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ protoscriniarium, virum approbatum, ad summum sacerdotij gradum nobis in pastorem eligimus, ut sit summus & universalis Papa Romanæ Ecclesiæ, reprobato ob improbos mores Iohanne apostata. Cum hoc omnes tertio dixissent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranense palatium, secundum consuetudinem, cum laudibus ducunt: & certo tempore in Ecclesia S. Petri ad summum sacerdotium sancta consecratione attollunt: & fideles se ei affuturos jurejurando promittunt. Luitprandus, Sigebertus, Platina, Tritenheimius in Chronico Hirsaug. Crantzius, Strada, & alij. Pueriliter igitur Ottho Phrysingensis conatur isti historiæ fidem derogare, quasi Teutonici tantum de sceleribus istius Iohannis scripsissent.

Leo in locum Iohannis XII. constituitur Pont. sex.

Iohannes duodecimus in Synodo ob gravissimas causas legitimè depositus suffectoque in ipsius locum Leone

octavo,

octavo, viro spectatæ fidei, minime fu-
Iohannes XII. proceres Romanos instigat ut Imperatorem è medio tollant.
bi quiescendum putabat. Sed simul ac intelligebat per suos observatores, Otthonem præsidium, quod penes se in urbe fuerat, dimisisse, ne populum Romanum nimium gravaret: mox proceres Romanos, quorum inconstantiam & avaritiam probè sibi perspectam habebat, clandestinis literis sollicitat, ut Imperatorem, atque ipsum quoque Leonem de medio tollant, ut jugum Cæsareum excuterent, ut qui parva hominum manu stipatus esset. Deinde largissimè promittit, se ipsis omnes Ecclesiæ thesauros spontè traditurum & concessurum esse. Hac ampla spe inescati perfidi Romani remota seditione, quam primum aggrediuntur, verum Imperatorem potenti dexterâ suâ Deus protegebat. Milites enim Imperatoris summa alacritate arma capiunt, atque tantam stragem in seditiosorum cohorte edunt, ut ipse Imperator misericordia erga sceleratos affectus, receptui caneret vindictamque militum cohercerct. Ejusmodi igitur dissidium & tam cruentam pugnam, ipse præsul Romanus concitavit.

Non

Non diu pòst aliam viam tentat hic filius diaboli: quia prior non ex voto succesſerat. Habebat Romæ ſuas meretrices Iohannes complures, easq; genere non ignobiles: cum hiſce per internuncios cõſuſurrat. Meretrices igitur Ioannis papæ apud primates urbis hoc efficiunt, ut Leonem comprehenſum de medio tollere, atq; præclarum ſcilicet virum Iohannem, in urbem atq; ſolium pontificale revocare, ſummis viribus conentur. Leo Herodiadum iſtarum aſtutis conſiliis comprehenſus, mirabiliter tamen evaſit carnificum manus, atq; ad Imperatorem confugit. Ioannes ſanctiſsimus ſcortorũ leno, votis potitus, publica ſolennitate caput Romanæ Eccleſiæ conſtituitur. Sede occupata cũ Biblica doctrina nihil prorſus habet negotij: ſed Ioanni diacono cardinali manũ amputat: Azoni ſcriniario linguã præcidit, duos digitos amputat, & nares ei mutilat. O Apoſtolici Apoſtolica prorſus facinora.

Iohannes XII. per meretrices Leonem VIII. tollere.

Crudelia facinora Iohann. XII. ite. non invadentis Papalem thronum.

Iohannes XII in adulterio deprehensus ad necem tunditur.

Imperator iſtis ſceleribus modum conſtituturus Romam iter ſuscipit. Interea verò Iohannes animam ſuam impuram exhalat, idque tali ratione ut Tritenhemius recenſet. Dum ſe cum

viri

viri cuiusdam uxore suaviter oblectat, diabolus (fortè is fuit maritus uxoris deprehendens hunc sanctissimum Petri vicarium in ipso scelere, sicut Platina scribit apertè, eum confossum esse) tam gravem ictum ipsi in tempora impingit, ut octavo die pòst absq; viatico corporis & sanguinis Domini (quia isti columnæ ecclesiæ Romanæ iste cibus non conveniebat) mortuus sit, & collectus ad Patres suos, ubi adulteri honoribus debitis afficiuntur.

ALIA ROMANA SYNODVS Iohannis XII. contra Leonem octavum.

Iohannes fraude & vi recuperato suo atrio, angelicam faciem assumens, more sui spiritus, è vestigio concilium contra Leonem congregat, in quo meras audies condemnationes.

Visum autem est actionem unam, sicut è veteri quodam libro exscriptam Centuria X. Magdeburg. recitat, adjicere.

Iohannes pñissimus ac mitissimus sanctæ

sanctæ Romanæ ecclesiæ papa dixit: *Scitis dilectissimi fratres, me fuisse expulsum imperiali vi à propria sede per duos menses, quapropter vos plurimum rogo, si aici potest regulariter Synodus, illa quæ habita est me absente, in ecclesia mea, quarto videlicet Decembris, ab Ottbone Imperatore, suis archiepiscopis atq; episcopis, an non?* Sanctum concilium respondit: *Regulariter Synodus dici non potest, quia sanctorum patrum decreta omninò prohibent. Piissimus ac mitissimus papa dixit: Quo nomine ritè vocari potest?* Sanctum concilium respondit: *Prostibulum favens adulteris. Piissimus ac mitissimus papa dixit: Ergo damnanda est à nobis?* Sanctum concilium respondit: *authoritate sanctorum patrum damnanda. Tunc piissimus ac mitissimus papa damnavit eam in perpetuum, cum eorum consona responsione. Posthæc autem interrogavit idem papa sanctum concilium dicens: dicite dilectissimi fratres, Si episcopi à nobis ordinati in nostro patriarchio ordinationem facere potuerunt, an non?* Sanctum concilium respondit, *minimè. Piissimus ac mitissimus papa dixit: quid censetis de Sicone episcopo, à nobis dudum consecrato, qui in nostro patriarchio Leonem curialem, & Neophytum atq; perjurum nostrum ostiarium, lectorem, acoluthum, subdiaconum, diaconum, atq; subitò presbyterum ordinavit: eumq; sine aliqua probatione, contra cuncta sanctorum patrũ statuta, in nostra apostolica sede consecrare non formidavit?* Sanctum concilium

Iohã: XII. conqueritur de iniuria ab Imperatore sibi illata.

respondit: deponatur ipse & qui ab ipso est ordinatus. Piissimq; ac mitiss: papa dixit: Nescitur ubi latet. S. concilium respondit: Requiratur diligenter. si placet, usq; ad tertium conventum. Quòd si minime repertus fuerit, canonica feriatur sententia. Piissimus ac mitissimus papa dixit: Placet. Tunc consuluit concilium, dicens: Quid igitur, reverendissimi fratres, sanctis de istis duobus episcopis à nobis ordinatis, Benedicto scilicet Portuensi, & Gregorio Albanensi, qui super præfectum curialem & Neophytum atque periurum nostrum orationes dederunt? Sanctum concilium respondit: Simili pœna multentur, sed vestræ interim relinquantur potestati, usq; ad tertium conventum. Piissimus ac mitissimus papa dixit. Quid ergò de illo curiali & Neophyto, periuro atq; invasore nostræ sedis censetis? Sanctum concilium respondit: omninò damnetur, ut nullus deinceps curialium, aut Neophytorum, aut iudicum, aut pœnitentum, ad summum ecclesiæ gradum aspirare præsumat. Tunc piissimus ac mitissimus papa dixit: Sit Leo curialis & Neophytus, ac periurus noster, Domin omnipotentis & beatorum Apostolorum principum Petri ac Pauli, & omnium simul sanctorum atque venerandorum & universalium conciliorum authoritate, nec non & spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus: ita, ut si post hanc constitutionem, divina inspiratione depromptam, & unanimitate atque

Leo VIII. à Iohanne damnatus.

atque concordia sancti concilij promulgatam, tentaverit in Apostolico throno residere: aut si ulteriùs ausus fuerit, aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, iuxta præcedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis: sed anathematis vinculis innodatus maneat, unà cum socijs suis atque fautoribus perpetuo, Dei per nostram mediocritatem iudicio ac sententia. & sacrum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non nisi vicino mortis periculo omninò percipiat. Quicunq; autem prædicto curiali & Neophyto, atque invasori sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, consilium aut adiutorium dederit, ad recipiendum ecclesiasticum honorem, quo regulariter expoliatus est, anathema sit. Pijssimus ac mitissimus papa dixit: Quid sentitis de his, qui ab his ordinati sunt? Sanctum concilium respondit: Priventur honore, quem ab ipso acceperunt. Tunc idem benignissimus papa præcipit ingredi eos in Concilium vestimentis, planetis, atque stolis, & unum quemq; eorum in chartula scribere fecit huiusmodi verba: Pater meus sibi nihil habuit, nihil mihi dedit. Et sic eos privavit honore, quem dederat eis ipse invasor, & Neophytus atque curialis: & revocavit illos in pristinum gradum.

In actione secunda & tertia, gradu suo deiecti sunt episcopi & reliqui abbates, ac clerici excommunicati, qui Synodo, de qua proximè diximus, interfuerant & Leonē fecerant papam. Alte-

Altera Romana Synodus, contra Johannem duodecimum.

Iohanne, scortorum patrono, è rebus humanis sublato, nihilominus Romani adhuc pristinam libertatem spirant: cumq; iam Imperatorem armatum & irritatum in conspectu haberent, attamen prodigioso planè furore, Benedictum quendam propria authoritate in sublimitatem summi Sacerdotij evehunt, Leone, qui in exercitu Cæsaris erat, prorsus posthabito. Hac perfidia & contumelia graviter offensus Imperator, primum obsessam & duriter pressam civitatem cogit facere deditionem, atq; de perjuris suppliciũ sumit: Postea Synodum Romæ absq; mora cogit, multis episcopis, abbatibus, sacerdotibus, clericis, monachis, & præcipuis ex populo præsentibus. Facta hæc esse anno 963. Schafnaburgensis scribit. Huius autem Synodi summam itidem exponit Luitprandus lib. 6. cap. 11.

Romani rebelles Otthoni.

Residentibus, inquit, Domino Leone, summo & universali papa, in ecclesia Lateranensi, nec non & Imperatore sanctissimo Otthone, & episcopis Romanis, Italicis, à Lotharingia & Saxonia, archiepiscopis, & presbyteris, diaconis, omnique Romanorum

norum plebè, quorum nomina superius adscribuntur: advenit Benedictus apostolicæ sedis invasor, eorum qui se elegerant manibus adductus, pontificalibus vestibus indutus; Quem Benedictus cardinalis archidiaconus, tali sermone est aggressus: Qua tibi authoritate, quave lege, ô invasor, hæc pontificalia indumenta usurpasti, superstite hoc præsente Domino nostro, venerabili papa Leone, quem tu nobiscum, accusato ac reprobato Iohanne, ad Apostolatus culmen elegisti? num inficiari potes, manæ sedis præsenti domino Imperatori juramento promisisse, unquam te cum cæteris Romanum papam electurum aut ordinaturum, absq; illius, filijq; sui regis Ottho nis consensu? Benedictus respondit: Si quid peccavi, miseremini mei. Tunc Imperator effusis lachrymis, quàm misericors esset ostendens, rogavit Synodum, ne Benedicto præiudicium fieret. Si vellet & posset, ad interrogata responderet: quod si non posset aut nollet, ac se culpabilem redderet, tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad domini Leonis papæ pedes, ipsius q; Imperatoris, idem Benedictus concite procidens, se peccasse, seq; sanctæ Romanæ sedis invasorem esse acclamavit. Posthæc pallium sibi abstulit, quod simul cum pontificali ferula quam manu gestabat, domino papæ Leoni reddidit. Quam ferulam idem papa fregit, & fractam populo ostendit. Deinde Benedictum in terra sedere præcepit. Cui casulam quam planetam vocant cum stola pariter abstulit.

Benedictus invasor Romanæ sedis deponitur.

pòst autem omnibus episcopis dixit: Benedictum sanctæ & Apostolicæ sedis Romanæ invasorem omni pōtificatus & presbyteratus honore privamus: ob eleemosynam verò Domini Imperatoris Otthonis, cuius sumus opera in sedem debitam restituti, diaconatus eum ordinem habere permittimus: & non iam Romæ sed in exilium destinamus.

Fuit autem ablegatus Benedictus Hamburgum, ubi in exilio vitam finivit, ut præclarè docet Crantzius in Metropoli.

Leo restituit Imperatori bona ad ipsum pertinentia in Italia.

Porrò in hoc concilio & de jure eligendi pontificem, deque bonis Imperatoris in Italia, actum est, Pontifex enim non solum gratitudinis, sed etiam iustitiæ gratia restituit, aut potius confirmat, quæ ad Imperatorem pertinebant.

Hac de re Leonis diplomata, ad posteritatem conservata, è centuria decima adscribemus, utpote dignissima lectu, & ad præsens negotium utilissima, nisi angustia præsentis epitomes excluderemur.

SUB OTTHONE II.

Alia Romana Synodus.

Iohan-

Iohannes decimus tertius Romanus pontifex, Leoni octavo substitutus, accepta sede, mox cristas erigens, atq; insolentius, quàm par erat, se erga proceres Romanorum exhibens, in exilium missus, in Campania custodiæ mancipatur. Hunc Ottho secundus, sumptis supplicijs à secitiosis armata manu restituit.

Confestim & Synodus celebratur, in qua Imperator urbem Romam, & Hexarchatum Ravennæ, papæ reddit. Deinde Ecclesiastica quædam reformantur & constituuntur.

Continuator Reginonis Ravennæ id concilium habitum esse affirmat, anno Domini 967. Verum Strada scribit Romæ celebratum, pontifice in sedem repositio, id quod vero similius est.

Alia in Ingelheym Synodus.

Anno Domini 972. Synodus propter Adalberonem S. Vdalrici nepotem, in Ingelheym colligitur: aliud verò nihil addit Hermannus Contractus.

VVintonienſis Synodus.

In Anglia magnum certamen inter clerum & Sacerdotes exortum est, in

Cantvarienſi eccleſia, tali occaſione: Elferus Merciorum princeps, pro coniugatis ſacerdotibus, cum impuris monachis bellum gerens, profligatis Sibaritis monachis ſacerdotes conjugatos eccleſijs reſtituit, præſertim Alfritha regina iſti negocio favente. *Verùm monachi (ut eſt id hominum genus lividum & crudele) nihil non moliebantur, ut oppreſsis & expulſis Sacerdotibus, piè in conjugio viventibus, ipſi ſoli rerum potirentur: ac ſub vaniſſimo caſtitatis prætextu impunè ſcortarentur, utpote non uni ſaltem conjugi alligati, verùm in plures licentiam habentes. Primum igitur ſuis vociferationibus ad populum invidiam conantur pertrahere ſacerdotum vitam conjugalem, tanquam ab omni pietate alienam: quia nimirum Canonibus eſſet contraria. Ac fuit inprimis audax monachus Ethelwoldus, qui ſine fronte conjugium ſacerdotum inſectabatur. Deinde aulam regiam irrepunt monachi, ac non tantum criminationibus portentoſis, verum etiam arte magica, incentore ſuo Spiritu, eius artis præſide, hominum voluntates faſcinant, absque ullo timore DEI.*

Elferus Merciorum princeps in Anglia profugat conjugium ſacerdotum.

Monachi in Anglia defendent impurum cælibatum.

Tertiò Dunſtanus, ſcortationis monaſticæ inſignis patronus, non contentus ſua magia, Romam proficiſcitur: atq; inde ab Iohanne duodecimo, monſtro Romano horrendo & ingenti (quod omnes hiſtorici veteres execrantur & deteſtantur) non modò pallium

pallium emit, verùm etiam sævum diploma contra Sacerdotum legitima coniugia impetrat. Hanc Gorgonem reversus domum, tum politicis viris, tum etiam Ecclesiasticis omnibus objcit. Synodus igitur Vvintoniæ indicitur: hic Sacerdotes ex verbo Dei dilucide demonstrant & evincunt, coniugium non modo permissum, verum etiam mandatum esse sacerdotibus. Proferunt insuper exempla primitivæ Ecclesiæ plurima. Dunstanus verò cum suis asseclis, omisso verbo Dei, tantum sonat canones seu traditiones humanas, & exotici, hoc est Romani præsulis truculentam membranam. Denig cum à juventute cum Diabolo habuisset commertia Dunstanus: & magicis artibus nihil non attentavet atq; obtineret, ad hasce artes veluti ad asylum sese recipit.

Dunstanus Pseudoepiscopus præstigiator.

Nam cum videretur sacerdotum causa, ex luculento Dei verbo & observatione primitivæ Ecclesiæ, superior futura: Diabolus in auxilium vocatus, vocem edit, non aliter atq; ex imagine crucifixi Christi, quæ à pariete suspensa erat, ea vox proferretur, veram Dunstani viam esse, ut Ranulphus refert: seu vt Mamelburiensis habet, clericos, eorumq; fautores confusos esse. Polydorus ait hanc fuisse vocem: Non bene sentiunt qui presbyteris favent. His verbis palam auditis, multi quidem expaverunt, atq; de fervore certaminis

Diabolus è crucifixi, imagine loquens cælibatum tuetur.

remiserunt: verùm nonnulli, non ignari istarum technarum, protestantur, sese propter hanc vocem nequaquam impio decreto assentiri posse. Norant enim Deum nequaquam ferre sententiam, contra suum expressum verbum: diaboli vero hoc esse opus proprium, ut contra Dei voluntatem pronunciet. Monachorum tamen plausibus & clamoribus Synodus dissolvitur. Hæc circa annum Domini nongentesimum septuagesimum quintum facta videntur.

Anno C. 975.

Alia Synodus Anglica.

Nondum igitur sedatis animis (ut Mamelburiensis & Ranulphus loquuntur) in Calve regio vicu alia Synodus congregatur. Evocat autem Elfredus è Scotia episcopum, insigni doctrina, fide, eloquio, & authoritate præstantem, qui conjugia sacerdotum ex verbo Dei, & non hypocrisin & tyrannidem monachorum assereret. Hunc alij Fathodum alij verò Ethelredum (ut Balæus scribit) nominant. *Hic iterum tam validis argumentis sacerdotum coniugium astruitur, ut Monachi, veluti divina luce occæcati, non haberent, quod solidè op-*

ponere

ponere possent. *In eiusmodi igitur angustias, cum denuò redacti essent libidinosi & crudeles monachi, ad extremam anchoram rursum confugiunt, qua se servant.* Quænam verò ea est? Audi. Dunstanus quidem eius tragœdiæ choragus, dicebat se confectum senio & laboribus Ecclesiæ, ut studijs incumbere ulterius nequeat, nec velle se eiusmodi colloquijs deinceps molestari. Ac licet (inquit) videamini victoriam habere, ea tamen non gaudebitis, nec velle vestrum in ea parte sequetur. Magicus igitur præstigijs & diabolica sævitia Dunstanus efficit, ut subitò cœnaculum illud corruat: & nonnullis occisis, alijs verò miserabiliter læsis, solus Dunstanus in trabe stans incolumis maneat. alij ferunt, rasum agmen unà cum impostore, ab isto periculo immune fuisse. Sic non verbo Dei ista controversia dirimitur, sed diabolica sævitia, quia est homicida: ac tandem eruenta cæde plurimorum sanctorum virorum, rectèq; sentientium, vincit Dunstanus antistes Cantvarienſium, atque dominium in scelerata causa obtinet. Mamelburienſis libro secundo: Ranulph9 libro sexto, capite undecimo. Polydorus libro sexto. Capgravius &alij.

Conjugium sacerdotum è scriptura demonstratur.

Dunstanus adjutore diabolo ruina cœnaculi Synodum opprimit.

ALIA ROMANA SYNODVS.

In quadam Romana Synodo, decretum

tum fuisse commemorat Bonfinius, ut unusquisq; pastor sibi commissum gregem pascat, neq; sine maximo scelere eum deserat. Occasio fuit, quòd multi, suis locis relictis, in alias regiones sese conferrent, alij alijs de causis. Adelberto tamen Pragensi episcopo, à pontificibus Romanis ait libertatem esse concessam, ut si propriæ oviculæ eum audire nollent, liceret ad vicinas gentes excurrere, atque Evangelium Christi quàm latè posset propagare. libro primo decadis secundæ. Vero simile igitur est, circa annum nongentesimum septuagesimum octavum, hoc decretum esse factum.

Episcopi jubentur oviculas sibi commissas pascere.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODVS.

Sacerdotum atq; senatorum duntaxat, in Constantinopolitana civitate, Synodus à Nicephoro Phoca est coacta: causa fuit ejusmodi.

Nicephorus imperio Orientis potitus, antecessoris sui Romani conjugem ducit in uxorem. Ea verò res cum improbaretur patriarchæ Polyeucto, non dubitavit Nicephorum à sacro loco tanquam pollutum arcere. Causas verò prætendit duas: Vnam quod secundas

secundas nuptias celebrasset: alteram, quòd Theophanonis imperatricis liberos è sacro fonte sublevasset. Res à Nicephoro ad sacerdotes & senatum principum rejecta est, qui discussa controversia responderunt: Canonem à Copronymo homine impio sancitum, valere non debere: atq; scriptis rationibus, matrimonium Imperatoris confirmarunt. Patriarcha obsusceptionem autem cum rationibus nihil posset, pertinacia tantum obstitit, donec pater imperatoris Bardas jurando asseverasset, non esse liberos Theophanonis ni è fonte à Nicephoro è sacro fonte susceptos: & autor istius baptismi rumoris Stylianus, in conventu publico juraret, sibi anathemata de re nihil constare. Tantum scilicet scelus erat, te feriur. in scirpo nodum quærere.

Nicephorus Imperator ob secundas nuptias Theophanonis imperatricis liberos è sacro fonte susceptos.

Nam Deus in suo verbo nusquam vetuit, matrimonium inire cum susceptis ex Baptismo, aut cum patrinis. Zonaras tomo tertio de Nicephoro.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Basilius Scamandrenus, patriarcha Constantinopoleos, enormibus suis peccatis causam convocandi Synodum præbuit: cum quadriennium jam munere suo functus esset, autoritate ejus cœtus depositus, atq; Antonius Studites in ipsius locum suffectus est: idq; accidit sub Iohanne Zimisce. Zonaras tomo tertio.

SIB

SVB OTTHONE III.

SYLVANECTENSIS SYNodus: est q; de causa Arnulphi Remensis archiepiscopi prima Synodus.

Carolus dux, mortuo Ludovico, regnum paterna & avita successione postulat. erat enim Lotharij frater. Verùm Hugo Capetq ex alio stemmate oriundq regnum obtinet. Anno Domini 990. Carolus Remin civitatem occupat: idque proditionibus Arnulphi, sui nepotis, qui ibi erat archiepiscopus. Remensi igitur civitate prodita atq; occupata, & archiepiscopo sive verè sive in speciem capto, coëunt episcopi diœcesani Sylvanectis, in medium consilia conferentes, quomodo his tantis turbationibus occurrendum esset.

Anno C. 990.

Contra invasores Sylvanectensis civitatis.

Componunt autem & promulgant, tum invectivam, tum atrocem excommunicationem erga omnes invasores & direptores eius civitatis: ac nominatim in Adelgerum proditorem totis habenis, quod dicitur, feruntur. In hac quidem Synodo ab Arnulphi publica damnatione patres abstinent. Hæc patent ex 14. cap. actorum Synodi Remensis, quam paulò pòst subjiciemus.

REMEN-

Remensis Synodvs:
Est 9. de causa Arnulphi secunda Synodus.

Hugo vicissim victoria potitus, omnem movet lapidem, ut Arnulphum iterum deiiciat atque amoliatur: causas hasce exaggerans, non decere, ut ex concubina natus, tam sublimi Eccl. siæ munere fungatur. Re autem vera odium eum extimulabat, quod Lotharij regis progeniem exterminare cuperet, ne regno suo ullum periculum crearet.

Hugo igitur episcopos Galliæ convocavit, ut de Arnulpho decernerent. Acta Synodi de vetusto codice adscripta è centuria X. (fol: 457) peti possunt.

Altera Remensis sive Mosomensis Synodus:
est 9. de causa Arnulphi, tertia Synodus.

Huic tertiæ Synodo de controversia Arnulphi causam præbuit dissensio patrũ in præcedenti concilio. Etsi enim crimina Arnulphi notoria & manifesta erant, tamen

tamen pœnæ asperitatem erga pœnitentem improbant nonnulli. *Volebant enim authoritati & famæ episcoporum pœnæ moderatione consuli, ne politici viri hoc sublime genus vitæ tam fœdè pedibus suis conculcarent. Perlatis igitur actis Synodi Remensis Romam, per eos qui à pontifice pendebant, Iohannes (ut plerique scribunt) decimus tertius, Martinus Benedictum septimum nominat, ingenti ira exardescit: & protinus suum fulmen vibrans, omnibus episcopis Galliæ, qui Arnulphum dejecerant, aliumq; suffecerant, omnibus sacris interdicit, executionem scilicet cognitioni more Romano anteponens. Hisce plus quam panicis terroribus præmissis, Leonem abbatem, circumdatum Romanæ sedis authoritate, ablegat in Gallias, qui novam indicat & convocet Synodum in urbe Remensi, ut habet Annonius, & Martinus, iubeatq; Siguinum vice Romani præsulis, eius Synodi gubernationem suscipere.*

Arnulphi depositores à Papa anathemate percutiuntur.

Conveniunt iterum Episcopi, præsertim cum Hugo quoq; rex tonitruis Romanis nonnihil terreretur: & existimaret, suo regno periculosum fore, si tot sacerdotibus conspirantibus sese opponeret. Cessit igitur tempori, & Synodo isti non restitit.

Porro in Synodo redintegratur controversia non tam de Arnulphi criminibus, quàm de ipsius contumeliosa & violen-

violenta depositione atq; incarceratione. Narrat Ammonius in gestis Remorum episcoporum extare altercationem Gerberti & Leonis valde utilem, quam prodesset in lucem emitti.

CAPVT XI.

DE SYNODIS, SVB HENRICO SECVNDO.

FRANCOFORDIANA.

Heinricus secundus Imperator, qui obeximium religionis studium, Pij nomen sortitus est, illustre suæ pietatis edi- turus specimen, consilio & opera Chunegundis coniugis Bambergæ episcopatum erigere statuit. Celebri itaq;, sexto Calendarum Novembris anni 1007, Francofurti habita episcoporum Synodo, cui & ipse Imperator interfuit, partem V Vurzburgensis agri, ab Heinrico eius loci antistite, legitima & æqua commutatione, novo episcopatui impetravit: consentientibus, & subscriptione approbantibus V Villegiso Moguntino, cæterisq; tum præsentibus archiepiscopis & episcopis. Chronicon Bambergense.

Anno C. 1007.

Concilium de erigendo episcopatu Bambergensi.

AQVISGRANI.

Conventum Aquisgrani indixit Henricus secundus, circa Annum Domini millesimum decimum sextum, ubi episcopis & principibus congregatis, de republica quædam tractata sunt. Postea cum videret Cæsar pœnas divinas undiq; ingruere, de ratione his tantis malis occurrendi, iramq; Dei placandi, cum episcopis consultat.

Aderat autem inter alios Bernhardus Hildesheimensis episcopus, qui præcipuæ erat auctoritatis.

Papistica ratio avertendi pœnas divinitus inflictas.

Decernitur igitur, eleemosynis, jeiunijs, & sacris actionibus, hisce tantis malis occurrendum esse. Nam vera doctrina, de interiori & salutari pœnitentia, seu conversione ad Deum, ut de consideratione peccatorum contra decalogum perpetratorum, de fide in Christum, de emendatione vitæ vera & seria, erat penitq; obscurata, imò sepulta traditionibq; humanis atq; externis cultibus. Sacerdotibus itaq; Missæ, populo jeiunia, principibus solennes eleemosynæ imperantur, publica Synodi authoritate.

Sigebertus, Cranzius in Saxo. lib. 4. cap. 4. Metropolis, Tremoniæ eam Synodum coactam scribit.

NOVIOMAGI.

Non

Non multo post Noviomagi idem Imperator & politicorum & Ecclesiasticorum coëgit senatum: ubi inter cætera de restauranda religione, quæ iam ad interitum inclinabat, deliberatum fuit.

In eo conventu, ut in Cosmidromio annotatur, statutum fuit, ut corpus Dominicum ad sinistram, & calix ad dextram Sacerdotis poneretur in Missa Anno 1017. Calend. Aprilis.

Corpus Domini ad sinistram, calix ad dextram ponendus in Missa.

GANDERSHEIMENSIS.

Sophia Otthonis tertij soror, sacro velamine in cœnobio Gandersheimensi induenda, Moguntinum accersivit antistitem, Hildesiano, ad quem potius partes illæ spectassent, cum ipsius sit dictionis monasterium, nescio quibus de causis neglecto. Ea occasione Moguntinus deinceps eius cœnobij jus sibi arrogavit. Quæ quidem res inter duos illos episcopos, dissensionis materia fuit. Imperator itaq; in idem cœnobium Germaniæ episcopos convocat. Horum igitur iudicio Moguntinus decedere, & Hildesiano suum ius salvum relinquere coactus fuit, petita simul illatæ iniuriæ condonatione.

Gandersheimensi de cœnobio duo vultures, Moguntinus & Hildesianus concertant.

Anno milleſimo vigeſimo ſecundo. Chronicon Magdeburgenſe.

Saligunſtadenſis Synodus.

Narrationem huius Synodi ex Burchardi monumentis collectam, qui ei interfuit, viſum eſt huc apponere.

Anno C. 1023.

In Dei nomine, ego Aribo Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, quamvis indignus, cum cæteris fratribus noſtris, &c. Synodum in Saligunſtat condiximus Anno Dominicæ incarnationis M. XXIII. indictione quinta, ſecundo Idus Auguſti: Anno autem Domini Heinrici ſecundi regnantis vigeſimo primo, imperij verò ſexto: quatenus cum communi fratrum prædictorum conſilio, atq; conſultu, multimoda divinorum officiorum atque Synodalium legum componeretur diſſenſio, &c.

Ideoq; propter illas lamentabiles diſſenſiones, communi decreto concilij hæc capitula ſancita ſunt.

Caput I.

De 14. dierum ieiunio ante feſtum S. Iohan.

Caput II.

De ieiunio quatuor temporum.

Caput III.

De tempore celebrandarum vel differendarum nuptiarum.

Caput IV.

Decretum eſt etiam in eodem concilio, ut presbyter

ter aliquis, qui post galli cantum æstivis noctibus biberit, proximo die Missam non celebret: hyemalibus similiter, nisi necessitas cogat. Presbyter post galli cantum non bibat.

Caput V.

Item decretum est, ut unusquisq; presbyter, in die non amplius quàm tres Missas celebrare præsumat.

Caput VI.

Conquestum est etiam in sancto Concilio, de stultissimis quibusdam presbyteris: ut quando incendium videant, corporale dominico corpore consecratum, ad extinguendum incendium temeraria præsumptione in ignem projiciant. Ideoq; decretum est sub anathematis interdictione, ne ulterius fiat. Vasa missalia ad restinguendum ignem adhibita.

Caput VII.

De adulteris.

Caput VIII.

Decretum est etiam in eodem concilio, ut nemo gladium in Ecclesia portet, regali tantum excepto. Gladiorum gestatio prohibita.

Caput IX.

De colloquijs in Ecclesijs seu templis vitandis.

Caput X.

Prohibet quotidiè audire Evangelium S. Iohannis, & missam de S. Trinitate.

Caput XI.

Negat fratrem & sororem constituere primum gradum, in genealogiarum numeratione.

Caput XVI.

Decrevit quoq; sancta Synodus, ut nullus Ro-

mam eat, nisi cum licentia episcopi, vel eius vicarij.

Caput XVIII.

Indulgentiæ Romæ non temerè quærendæ.

Quia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, ut in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam à Sacerdotibus suis accipere nolint: in hoc maximè consisi, ut Romam euntibus Apostolicus omnia sibi dimittat peccata: sancto visum est concilio, ut talis indulgentia illis non prosit: sed prius iuxta modum delicti pœnitentiam sibi datam à suis sacerdotibus adimpleant: & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ad Apostolicum ex ijsdem rebus deferendas accipiant.

SUB CUNRADO.

FRANCOFORDIANA ALIA.

Primo anno Cunradi Imperatoris, Aribo Moguntinus Francofurti Synodum indixit. Convenerunt eò Imperator & episcopi tres & viginti.

De Gandersheimensi cœnobio disceptatio.

His ordine consedentibus, Aribo Hildesiano Gotbardo iterum de Gandersheimensi cœnobio (digna certè tanto magnatum conventu causa) litem intentavit, quod ille suæ iurisdictioni subjectum manibus pedibusq; contendebat. Sed Hildesianus, prolato testimonio septem episcoporum de pactione Gandersheimensi, superior fuit.

TRI-

TRIBVRIÆ.

Anno C. 1030.

Triburiæ Imperatore Cunrado conventum Imperij agente, Anno Domini milleſimo trigeſimo, & Synodus quorundam epiſcoporum, præſente Imperatore, ſimul celebrata eſt, qua de ieiuniorum obſervatione eſt actum.

Epiſtolas cœlitus delatas de facienda pace impoſtor fingit.

Hoc tempore geſtum videtur, quod Antonius refert ſecunda parte, titulo decimo ſexto, capite quarto, & ſecundo. Quidam enim aſſerebat, ſibi cœlitus oblatas epiſtolas de pace in terris renovanda, quas teneretur alijs epiſcopis perſcribere, ut populi haſce novas leges obſervarent, nempe:

Arma nullus ferret.

Ablata nemo repeteret.

Sui ſanguinis, vel cuiuslibet proximi ultor nemo exiſteret.

Percuſſoribus cogeretur indulgere.

Ieiunium pane & aqua omni ſexta feria obſervaret.

Solo hoc ieiunio contenti, in omnium peccatorum remiſſione, nullam amplius pœnitentiam adjicerent.

Ad hæc obſervanda, ſacramento ſe obſtringerent. Qui verò hæc detrectaret præſtare, ab Eccleſia ſepararetur, ægrotans non viſitaretur, neq; mortuus ſepulturæ traderetur.

Has portentosas constitutiones nonnulli amplexi sunt Alij verò, graviori iudicio præditi, restiterunt. In primis autem Gerhardus Cameracensis episcopus eiusmodi oracula tanquam à spiritu non bono prolata refutabat.

SUB HEINRICO TERTIO, SUTRII.

Tumultuabantur Romæ tres simul corvi, quæstuoso & glorioso pontificatui inhiantes: proculdubio de reticulo Petri humido, & sordibus marinis pleno, nequaquam digladiaturi. Deiecto enim Benedicto nono, Sylvestrum tertium evehunt in altum; hoc rursus ad ima devoluto, Gregorius sextus in pinnam Romani templi emergit. Eam verò ambitiosam contentionem Henricus ægrè ferens, Papiæ primùm Synodum celebrat. Inde exercitum ducit ad urbem. *Sutrij autem, iussu Imperatoris Patres ex Italia passim & vicinis locis congregantur. Anno Domini millesimo quadragesimo sexto: ubi causis certaminum legitimè ventilatis, consensu Imperatoris & patrum, tria illa ambitionis monstra profligantur: Solus tamen Gregorius sextus in Germaniam ablegatur, atque deligitur & constituitur Pontifex Papa.*

Tres simul de Pontificatu contendunt.

Bambergensis episcopus

Pontifex

Pontifex unus Sindegerus, Bambergensis episcopus, idq; præter suam voluntatem, & appellatur Clemens secundus. Præterea iureiurando obstringuntur Romani, ut à Pontificum electione in posterum omninò abstineant. Contractus, Vrspergensis, Platina: Cranzius de Saxonia libro 4. capite 41. Aeneas Sylvius. Chronicum Bambergense.

MOGVNTINA.

Controversiæ in eo conventu tractatæ non extant, nisi quod Tritenhemius & Cranzius referunt, Spirensem Episcopum Sibiconem de adulterio accusatum, communione se purgasse, præterea sacerdotum coniugia ibi damnata fuisse, Cranzius ibidem monet: verum quibus utatur autorihus, non constat. Magdeburgense Chronicon ait: *Simoniam & Sacerdotum coniugia prohibita esse. Apparet tamen præcipuam fuisse causam istius conventus, ut Gallia sævis discordijs ardens, restitueretur pristinæ tranquillitati. Annũ alij in millesimum quadragesimũ nonum, alij verò in 1050. alij in 1051. referunt.*

MARSBVRGENSIS.

Anno Domini millesimo quadragesimo octavo, Heinricus conventum habuit Marsburgi: ubi cum regni statibus

deliberationes habuit, de electione papæ, & collatione episcopatuum in Germania, deq; alijs controversijs, quæ tum inciderant. Chronicon Marsburgense li: 1. cap: 11.

ROMANA.

Romæ Synodum in hebdomada post albas, cum episcopis Italiæ Leo nonus celebrat: & in Pentecostes hebdomada mox aliam congregat. ut Contractus attingit, circa annum Domini millesimũ quadragesimum nonum. De causa autem istorum conventuum, verbum nullum.

ROMANA ALIA (ut apparet) prima contra Berengarium.

Berengarij hæresis invoteſcit.

In hac Synodo existimamus primum hæresin Berengarij innotuisse.

REMENSIS.

In autumno Leo papa Synodum Gallicorum episcoporum Remis congregat. Anno Domini millesimo quadragesimo nono. Contractus. Causa fuisse videtur, quia cum episcopis consultavit, quanam ratione motus à Balduino & Godefrido concitati, sedari possint, & Gallia tranquillitati restitui. Sigebertꝰ.

VER-

VERCELLENSIS EST-que secunda Synodus adversus Berengarium.

Eodem anno, hoc est Septembri proxima, ab eodem Leone nono, Vercellis Synodus indicta est: cui interfuit Pontifex, & Lanfrancus quidem tam diu apud Pontificem commoratus est. Berengarius autem vocatus comparere, sine dubio periculum metuens recusavit. Duos tamen clericos suo nomine eò ablegavit, qui suam causam agerent. Capita verò sic assignat in libro de Eucharistiæ Sacramento Lanfrancus.

Berengarius ad Synodum venire recusat.

Ioannis Scoti liber de Eucharistia, lectus & damnatus est.

Sententia Berengarij exposita & damnata est. Duo clerici qui se legatos Berengarij dixerunt, volentes ipsum defendere, in primo statim aditu defecerunt & capti sunt.

Postea & in diversis provinciis, per suos legatos, de hac controversia Synodos instituit Leo. Verùm Berengarius in sua sententia perstitit, & quantis potuit viribus eam, suffragantibus, plurimis, disseminavit.

ROMANA ALIA.

Idem Leo præsul Anno Domini millesimo quinquagesimo primo, aliam Synodum

Gregorius Vercellensis episc. adulter.

Synodum Romæ indicit: in qua Gregorium Vercellensem episcopum propter adulterium cum vidua quadam, avunculi sui sponsa, commissum, & propter manifesta quædam perjuria, absentem & nescientem excommunicat. Verùm paulo post eâdem, qua damnaverat levitate, eum promittentem satisfactionem, suo priori loco restituit. Contractus.

VVORMACIENSIS.

Gerhardus in numerum sanctorum adscribitur.

Habita Synodo Vvormaciæ, uti putatur, Anno Domini millesimo secundo, Leo papa Gerhardum Leucorum, quintum supra se episcopum, ob vitæ sanctimoniam mirabilem, pro authoritate Romana, in numerum sanctorum adscribi, atque in Ecclesiæ solennitatibus celebrari jussit. Sigebertus.

FLORENTINA.

Disciplinæ collapsæ reparatio.

Florentiæ Synodum magnam Victor, eius nominis secundus, præsente Cæsare, ut Hermannus Contractus annotat, celebrat Anno Domini 1055. *Causa fuit disciplina Ecclesiastica, à qua plerique exorbitabant. Multos igitur episcopos, tum Simo-*

nia-

niæ, tum fornicationis causa, functionibus suis privat, clerumq; ad leges Canonicas ritè observandas gravi proposita pœna adstringit. Platina, in vita Victoris.

THVRONENSIS.

Estq; tertia Synodus contra Berengarium.

Summi pontificis decretis & fulminibus Berengarius sopiri non potuit. Thuronense igitur concilium Victoris tempore colligitur, ac legati sedis Romanæ eò mittuntur. *Quidam Hildebrandum partes pontificis obijsse scribunt. Ibi verò Berengario permissa est potestas suum dogma publicè defendendi: Verum cum in eam harenam descendere vereretur, pronunciavit, se communem Ecclesiæ doctrinam de hac parte amplecti, nec velle contendere. Hac ratione impetus aliorum fregit, & concilium eluſit. Non enim abiecit sententiam: sed perinde ut prius fecerat, apud suos adstipulatores eam ornare & propagare conatus est. Lanfrancus de Eucharistiæ Sacramento. Quidam ad annum Christi referunt milleſimum quinquageſimum quintum.*

Anno C. 1055.

Berengarius coram concilio simulat se abiecturum suam opinionem.

SVB HEINRICO Quarto.

MAN-

MANTVANA.

Ius eligendi Pontificem à solis Cardinalibus usurpari cœptum.

Anno Domini millesimo quinquagesimo octavo, sub Nicolao secundo, Mantuæ, Synodus est celebrata: qua decernitur â solis Cardinalibus Papam esse eligendum. Sic scilicet jus Ecclesiæ & senatus Romani, imò etiam Imperatoris Romani, ad se solos pertrahunt.

ROMANA ALIA.

Estq; quarta Synodus adversus Berengarium.

Tandem serpente Berengarij error latius in dies, Nicolaus secundus, magnum præ se ferens Zelum, Synodum Romæ conscribit. Adsunt centum tredecim episcopi, ad imperata Romani præsulis. Adest & ipse Berengarius.

Controversia in Synodo ventilatur, at q; sententia Berengarij, omnium suffragijs condemnatur. Rationes verò quibus collocutores ad convincendam Berengarij sententiam usi sunt, non extant.

Berengarij opinio in Synodo Romana damnatur.

Berengarius quoque simulat sese à sententia sua discedere, & Ecclesiæ doctrinam amplecti. Componitur & Revocationis formula ab Humberto quodam.

dam, sive Burgundo, sive Lotharingio, jussu & approbatione Synodi, quam Berengarius accipit & exequitur, abjurans sua dogmata, atque consentiens & obedientiam humili voce ac gestibus promittens. Hujus autem revocationis exemplar cum Lanfrancus in suo de Eucharistia scripto recitet, atq; in decreta sit relatum, de consecratione distinctione secunda, non visum est huc adscribere.

Acta hujus Synodi promulgata atq; ad Italiæ, Galliæ, & Germaniæ Ecclesias missa sunt. Verùm Berengarius paulò post ad ingenium rediens, scriptum sparsit contra Synodi istius decreta, & suam revocationem. *Berengarius redit ad ingenium.*

Huic autem Berengarij libello sese Lanfrancus, eo, qui etiamnum de Sacramento Eucharistiæ extat, tractatu opponit, & quantis potest verborum ponderibus eum retundere nititur.

An porrò in hoc conventu, vel paulo antè ea sint definita quæ in decretis, distinctione 33. C. in nomine, Nicolao papæ adscribuntur, non satis constat. Annus quidem ibi annotatur millesimus quinquagesimus nonus.

Visum

Visum est autem ex epistola Nicolai papæ hoc unum de electione papæ subjicere:

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis catholicis, cunctoq; clero & populo, salutem charissimam & benedictionem Apostolicam.

Electio Pontificis ad solos cardinales traducta.

Primo namq; inspectore Deo est statutum, ut electio Romani pontificis in potestate cardinalium episcoporum sit, ita ut si quis Apostolicæ sedis, sine præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum & laicorum consensu, inthronizatur, non papa vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur.

Hinc apparet, quàm citò illa, quæ Leo Papa Romano Imperatori literis & diplomate pollicitus fuerat, in Romana curia mutata sint.

HALBERSTADIANA.

Abbati Herveldensi diuturnæ intercedebant lites, cum episcopo Halberstadiensi Burchardo, propter decimationes quasdam in Saxonia, spectantes ad cœnobium Herveldense. *Eludebat autem omnes hac de re susceptas actiones episcopus: quia ubi lucri bonus odor affulget, omnis pietas (ut dici solet) è paxillo suspendenda est. Non forenses, non Ecclesiasticas leges verebatur. Tandem Meginherus abbas*

abbas animadvertens, sese contra potentiam & fraudes episcopi rapacis obtinere nihil posse, ipsi per Fridericum Palatinum denunciari iubet: Licet in hoc mundo impar ipsi viribus sit, non tamen procul abesse, quin coram tribunali Dei de hac rapina sibi rationem cogeretur reddere. Ac paulò pòst Meginherus quidem fatis concessit. At episcopus Halberstadensis epiboc tam acri abbate defuncto, Synodum indicit scopus rahuius rei gratia. Verum eò cum accedere vel- ptor è cabal let, caballo quo vehebatur, deiectus est gravissimè. lo dejicitur Antequam tamen animam efflaret, vocatis ad se & paulò testibus Magdeburgensi & Hildesheimensi episco- pòst expipis, tristi voce hoc peccatum confitetur: atque obsecrat, ut illæ decimæ, quas, avaritia deceptus, ratfuratus hactenus esset, cœnobio restituerentur. Paulò igitur pòst ex hac ruina mortuus est. Synodus igitur tali pacto est impedita. Porrò Halberstadij Synodum hanc indictam esse ponimus, quia alius locus non est annotatus. Acciderunt autem ista Anno Domini 1059. Sckafnaburgensis.

MEDIOLANENSIS Synodus.

Adderemus Petri Damiani narrationem de sua Synodo, quam Mediolani, nomine Nicolai II. Romani præsulis superciliosè & insolenter celebravit, nisi

compendij angustia id prohiberet. Breviter ex illa narratione voces diabolicæ doctrinæ, ut Paulus vocat 1. Tim. 4. notari debent, *quod impurus ille Damianus aulæ Romanæ gnatho non dubitat episcoporum coniugium criminari, Nicolaitarum hæresin, & Romanam Ecclesiam omnium dominam pronunciare, sed possunt hæc è Centuriæ XI. fol. 462, 463. & sequent: peti.*

Damianus vocat coniugium Nicolaitarum hæresin.

ALIA MEDIOLANENSIS.

Sicut etiam alterius Mediolanensis narratione supersedemus, quam Iohannes S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis presbyter, atq; eiusdem legatus habuit; cum eiusdem sit ingenij, fastus & arrogantiæ.

MANTVANA ALIA.

Mantuæ Heinricus Imperator concilium indicit, Anno Domini millesimo sexagesimo sexto, ad quod causam præbebat pugna aliquot corvorum, inhiantium uni prædæ. *nam Alexander, & alij plures de sede Petri, non linguis, non calamis, sed cruentis hastis atq; gladijs decertant. Sic scilitet itur ad apostolatum: non quidem illum Christi miserum & la-*

Alexander, Honorius & alij de Pontificatu digladiantur.

& laboriosum, sed Romanum. Alexander enim Romæ coactus suis manipularibus, Synodo decernit, & condemnat Honoriū ambitus & homicidij, atque diris eum devovet. Honorius vicissim Parmæ suos asseclas congregat, Alexandrum simili ratione condemnat: quod absque Cæsaris consensu pontificatum invasisset, eumq; à Normannis precio emisset. Istis igitur furoribus, & sævis lanienis vulturum Ecclesiæ Romanæ, modum constituturus Imperator, iubet ipsos in Synodo adesse Quinquagenalibus feriis.

Quam pulchrè verò, quàmq; decenter Honorius & Alexander, de pingui bolo Romani præsulatus, in hoc conventu decertarint, narrat Aventinus lib. 5. Annalium, unde peti potest.

ROMANA ALIA.

Romæ post paschalia more solenni Synodum coegit Alexander secundus: ubi Tridentinus Pontifex, qui direptores sui templi, sub Leone nono occiderat, homicidioq; pollutus hactenus ab aris motus fuerat, universis deprecantibus ovili restituitur. Florentinus Pontifex, Ottho Treverensis archimysta, ambitus, hæreseosq;, quam Simoniam vocant, postulantur: ille convictus,

Aliquot episcopi magnorum scelerum agunt rei.

classe pontificum extruditur, hic jureiurando absolutus est. Aventinus.

MOGVNTINA ALIA.

Imperator Heinricus exosam habebat reginam suam: quia in enormi vitæ licentia educatus, ab ipsis penè unguiculis, quod dicitur, vagas libidines potius, quàm coniugalem thorum sectabatur. *Tractat igitur secretò, cum Moguntino episcopo, ut sibi operam in divellenda à se coniuge navet, & quidem duo ipsi promittit. Primùm, se deinceps in ipsius potestate omni cum reverentia futurum esse: Deinde se non modò authoritate, sed armis quoq; Thuringos coacturum, ut ipsi decimas, quas corvus ille Moguntinus per fas nefasq; rapere molliebatur, persolverent. Nihil autem criminis Heinricus legitimæ coniugi impingebat, nisi quod animus suus ab ipsa abhorreret, nec posset cum ea in societate coniugali vivere. Intactam hactenus eam à se manisse, sicuti virgo sibi tradita esset. Placet rapaci episcopo conditio. Synodum ad libitum Imperatoris, pro sua dignitate indicit.*

Heinricus Imperator divortium cum episcopo Moguntino & in concilio tractat.

Ibi verò Petrus Damianus à Pontifice ad hanc Synodum ablegatus, incipit hoc divortium summis viribus dissuadere.

Principes amplexi consilium & authoritatem papæ Imperatori hortatores pariter omnes sunt, ut à consiliis divortij de-

tij desistat, animumq; ad reginam adiungat. Objiciunt ei, atq; exaggerant potissimum hanc politicam causam, qua ipsius animum percelli omnium maximè sciebant: Cavendum esse, ne isto divortio parentibus reginæ causa defectionis præberetur, gravissimumq; incendium seditionis ac funesti belli exoriretur.

MOGVNTINA ALIA.

Donaverat Heinricus Imperator Carolum quendam sibi familiarē Constantiensi episcopatu: verùm canonici & Simoniæ & furti ipsum reum asserentes, prorsus eum repudiabant. Res itaq; ad Romanum deferturPontificem, is Moguntino, ut causam in Synodo cognoscat, iniungit: ubi canonicorum importunitate victus Imperator, baculum à Carolo recepit: facta ipsi spe, quacunq; oblata occasione, ipsius habitum iri rationem. Lambertus Schafnaburgensis.

ERFVRDENSIS.

Celebravit Synodum Heinricus quar-

tus Erfurdiæ, in qua de exigendis vel potius extorquendis decimis à Thuringis, quas Heinricus Imperator cum archiepiscopo Moguntino partiretur, actum est, ut Schafnaburgensis commemorat.

GALLIÆ CONCILIVM.

Hildebrandus Cardinalis, qui postea Romanus factus papa Gregorij septimi nomen accepit, cum ad Gallos ab antecessore suo, ut apparet, missus esset, Concilium ibi contra Simoniacos egit: in quos graviter pro authoritate pontificia, qua tunc fungebatur, animadvertit.

Simoniacus episcopus non potest δοξολογίαν Spiritus sancti pronunciare.

Ac cum in quendam maximè insignem Simoniacum incidisset episcopum, qui, corruptis multo ære testibus, per quos prius ad legatum pontificium delatus fuerat, cum factum negaret: Cesset (inquit legatus ad reliquum episcoporum astantium vulgus) humanum iudicium, & producatur in medium divinitatis oraculum. Spiritus enim sancti donum est episcopalis gratia: & quicunque auro mercatur episcopatum, contra Spiritum sanctum facit. Moxque oratione ad accusatum conversa ait: Si tu contra Spiritum sanctum non feciſti, dic, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Tunc ille intrepidè incipiens, cum Gloria Patri & Filio dixisset, nullatenus Spiritui sancto dicere potuit, licet sæpius cona-

conaretur. Sicq; episcopatu indignus iudicatus, loco motus est. Martinus in Chronico.

ROMANA ALIA.

Ad Pontificiam dignitatem evectus Hildebrandus in Synodo Romæ, coacta presbyteris, diaconis, universoq; clero, coniugio interdixit: Et, ut Sigebertus ait: Simoniæ reos anathematizavit, Anno milleſimo ſeptuageſimo quarto, iuxta Schafnaburgenſem & Marianum Scotum.

ALIA ERFVRDENSIS, De Coniugio ſacerdotum.

Hildebrandus militi turbulento magis quàm paſtori ſimilis, & infauſto veluti ſydere natus, ad vexandum Eccleſiam & rempublicam Romanam, Romæ promulgat legem (ſanctus Apoſtolus Paulus apertè vocat doctrinam dæmoniorum. 1. Tim. 4.) *ut presbyteri uxores ſuas legitimas, quas habebant, aut dimitterent, aut ſacerdotio ſe abdicarent.* *Hildebrandus Papa miles.*

Quomodo autem ſeſe pij ac graves Sacerdotes oppoſuerint, audi Lambertũ

Clerici se opponunt Hildebrando pro Coniugio.

Schafnaburgensem, qui sic scribit: *Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem planè hæreticum & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait, non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere capiat, & Apostoli, qui se non continet nubat, melius enim est nubere quàm uri: violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum: Et dum consuetum cu sum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium, quam coniugium deserere: & tan visurum eũ, cui homines soli derent, unae gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset.*

Hildebrandus iubetur angelos quæ rere episcopos, qui à coniugio ab stineant.

Nihilominus ille instabat, & assiduis legationibus episcopos omnes socordiæ ac desidiæ arguebat, & nisi ocyus iniunctum sibi negotium exequerentur, Apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Hæc ille.

Moguntinus itaque archiepiscopus, licet difficultatem tantorum conatuum in conspectu haberet: tamen istius Arctolyci latratibus perterritus, ne ipse aliquo gravi damno afficeretur, passim suos vicinos commonefacit, ut sponte sua postulationibus Romani pontificis obsecundarent potius, quàm coacti: quia non fas esset ipsius authoritatem detre-

detrectare. Concedit autem deliberandi spacium sex menses: tandem vero Synodum indicit Erfurdiæ in Octobri. Anno Domini milleſimo ſeptuageſimo quarto. *Anno C. 1074.*

In Synodo Moguntinus poſtulata Romani pontificis proponit, cuius hæc erat ſententia: ut ſacerdotes aut conjugium abjurarent, aut altaris miniſterio ſe abdicarent. Recitantur & tonitrua papæ, de excommunicatione ſecutura in inobedientes.

Sacerdotes unanimi voce ex verbo Dei proferunt illuſtria dicta, confirmantia Sacerdotum coniugia. Deinde Exempla Eccleſiæ Chriſti. Tertiò rationes plurimas & conſuetudinem veterem atque diuturnam. Poſtremò & ſupplices preces addunt, ne ſeſe à complexu honeſtarum coniugum, & dulcium liberorum avellerent. Verùm ille fundamenta omnia, & lachrymabiles preces unica autoritate & voluntate Romani pontificis delere conatur: ſic ſcilicet Romanum Hildebrandum velle, ideo aliter fieri non poſſe. Synodo egreſſi Sacerdotes conferunt conſilia inter ſe. Variè autem afficiuntur ſacerdotes mariti: conſiderant honeſtas uxores, quibus pia conſcientia diu convixerant, mente tot liberos in honeſto coniugio ſuſceptos intuentur: proſpiciunt inſuper carnis imbecillitatem, & pericula ingentia, ſi extra coniugium vivendum eſſet. In eam itaq; ſententiam eunt, ſe non reverſuros in Synodum, ſed do- *Episcopi Germani nolunt absq; vxoribus vivere.*

mum ituros, ne in tam impia decreta, artibus Simonijs aut tyrannica aliqua vi, pertrahantur. Alij vociferantur inconditis clamoribus: Melius sibi videri, ut regressi in Synodum, hunc tam impium episcopum sede sua deturbarent, atque interficerent, prius quàm hanc diabolicam (ut Paulus priore ad Tim: quarto nominat) legem de prohibitione conjugij promulgaret, ut tali facinore edito, æternum monumentum publicè extaret, ne quis posthac talem (ut Schafnaburgensis loquitur) sacerdotali nomini calumniam struere tentaret.

Moguntinus episcopus ob prohibitionem coniugij in periculo.

Episcopus celeriter de hisce consilijs à suis gnathonibus certior factus, absq; mora vulpinam caudam prætendit. Foras enim mittit, ac placidè rogat, ne detrectent in Synodum venire: se prima quaq; occasione Romam esse missurum, ipsorumq; causam summa fide acturum, ut Romanus præsul istam severitatem mitiget, ipsosq; patiatur in honesto & pio coniugio tranquillè vivere. Hac astutia ardorem Sacerdotum, hac quidem vice nonnihil restinxit.

Moguntinus decimas à Thuringis exigit.

Altero die instituit actionem vehementem contra Thuringos, de retentione diuturna decimarum: ac significat se non conquieturum, donec eas recipiat. Hæc agit omnia tanto impetu ac fastu, ac si nihil propterea hactenus effusum esset sanguinis, nihil in Gerstingunsi pacificatione hac de re actum esset.

Hoc

Hoc pacto Synodus impuri & avari Episcopi in tumultum exivit. Nam cuncti assessores Synodi, metu perculsi, qua quisq; poterat, fuga salutem sibi quæritabat.

MOGVNTINA alia.

Anno millesimo septuagesimo quinto mense Octobri Moguntiæ Synodus coacta est, cui inter cæteros Episcopos Curiensis interfuit, qui Moguntino, pro authoritate Hildebrandi Romani pontificis, cujus vices tum agebat, ejusq; literis & mandatis instructus erat, injunxit, ut universis presbyteris sibi parentibus, aut conjugio aut sacris ordinibus interdicat, ni ipse sua dignitate exui velit.

Hoc fulmine territus Moguntinus Pontifici morem gerere summis conatur viribus. Sed clerici in Synodum acciti, & verbis pontifici os obstruxerunt, & manibus totiusq; corporis commotione adeò in eum debacchati sunt, ut ægrè Synodo excesserit vivus. Sic tandem rei difficultate superatus hoc conatu deinceps supersedendum statuit Moguntinus, ipsiq; papæ relinquendam executionem. Lambertus.

Clerici Germani animosè defendunt conjugium.

VVORMACIENSIS alia.

Romam

Romam ad Synodum in Quadragesima celebrandam ab Hildebrando vocatur Imperator, ut de obiectis criminibus respondeat: sin verò comparere detrectet, mox de Ecclesiæ corpore eum abscindendum minantur legati. Imperator igitur sibi non stertendum ratus, mox cunctos sui regni episcopos (numero viginti quatuor fuisse Marianus Scotus, & Sigebertus indicant) & abbates Vvormaciam in Dominica septuagesimæ coire jubet. Ac cum & suam totiusque imperij salutem in eo cardine verti videret, si is non esset pontifex, statim cum episcopis congregatis de Hildebrando deponendo consilia tractare cœpit. *His itaq; considentibus, Hugo Blancus cardinalis Romanus supervenit, cum literis eorum, quos in urbe Roma pontifex habebat adversarios. Illæ in frequente senatu lectæ sunt, in quibus Hildebrandum perjurij & ambitus accusant: eundemq; pleraq; avarè, superbè facere conqueruntur, hocq; reiecto alium pastorem postulant. Fit patrum consultum hujuscemodi: Hildebrandus qui se Gregorium nuncupat, primus sine consensu nostro, adversus Imperatoris Romani rerum Domini à Deo constitutæ voluntatem contra morem maiorum, contra leges, contra auspicia, pontificatum maximum, quem pridem ambivit, & judicio convictus perpe-*

Hildebrandi scelera.

tuò

tuò abjuravit, invasit: monachus desertor est, novis dogmatibus sacrosanctam Philosophiam adulterat, divinas literas falsò interpretando suæ causæ servire cogit, concordiam Collegij scindit, sacra, prophana, divina, humana commiscet: utrumq; juxta polluit. Diabolis, hoc est, acerbissimorum hostium spurcissimis criminationibus, iniquorum maledictis aurem commodat & credit. Testis, judex, accusator, inimicus idem est. Maritos ab uxoribus separat: scorta pudicis coniugibus, stupra, incestus, adulteria casto præfert connubio: populares adversus sacerdotes, vulgum adversum episcopos concitat. Neminem initiatum ritè esse docet, nisi qui ab eo sacerdotium emendicarit, atq; ab eius aurijugis mercatus fuerit: vili plebeculæ gratificari studet, vulgi imperiti auram captat, simulata religione decipit, defraudat, circumvenit: in senatulo mulierculatum de sacratissimis religionis mysterijs pertractat: supremi numinis legem, qua se idem quoque ligavit, solvit: utrumq;, & Imperium & pontificatum, sicuti Decij & falsorum Deorum cultores factitare consueverunt, usurpat. Hasce ob causas, sanctissimus Imperator, pontifices, senatus, populusq; Christianus illum Hildebrandum abdicandum, sibi eundem non placere, neque oves lupo committendas censent.

Hildebrandus damnatur in Synodo Vormaciensi.

Damnationi Pontificis haud gravatim omnes, qui tunc aderant, episcopi, subscripserunt, præter Adelberonem Herbipo-

Herbipolensem & Hermannum Mediomatricum episcopos: minus id convenire, & Canones violari asserentes, quibus episcopus quivis, sine generali concilio, sine legitimis & probatis accusationibus & testibus, necdum probatis quæ objicerentur criminibus, condemnari prohiberetur: multò magis Romanus Pontifex, adversus quem nec episcopi, nec archiepiscopi quicquam haberet ponderis accusatio. Verùm Trajectensis præsul Vvilhelmus, monendo eos ut vel damnationi pontificis subscriberent, vel fidei regis, quam sancta attestatione promisissent, renunciarent, utrosq, tandem in reliquorum pertraxit sententiam. Lambertus.

ALII CONVENTVS.

Post hasce Synodos congressus alij, cum principum tum episcoporum, utpote Ticinensis, Oppenheimensis, Triburiensis, ab Aventino & Schafnaburgensi commemorantur, quos hic referre supervacaneum est.

ROMANA ALIA.

Diem Imperatori Romanus Pontifex,

tifex, quo in concilio Romæ sub initium Quadragesimæ celebrando compareret, dixerat. Constituto itaq; die, conveniunt sacerdotes, equitatus, plebs, & senatus. Ibi Guibertum Ravennatem & Centium cum Hugone anathemate ferit Pontifex. Pòst Romanos blando admodum sermone compellat: *Caput mundi* (inquiens) *Romani rerum Domini, victor gentium populus & imperium, & pontificatum, in quos liberit, transferre potest: sicuti ante ducentos & septuaginta quinq; annos, à Græcis in Germaniam transtulit. Quemadmodum militem ignavum exautorare potest Imperator, ita militi ducem injustum deserere licet. Vestrum munus est, Quirites, vestrum est beneficium, vestro sanguine & sudore partum, tantum imperium: quod bonum, faustum felixq; sit, mecum filij charissimi decernetis, quinam Romæ post hac regnarit, nec me superstite, Rex libero populo, quem non crearit, imponetur. Posthæc quindecies talentorum millia viritim, & opes Ecclesiasticas Centauris & Cyclopibus militiæ peritis distribuit. Hoc speciosò libertatis nomine & splendida talentorum distributione ineseatos Romanos facile in suam pertraxit sententiam.*

Hildebrandus diem dicit Imperatori.

Hildebrandus Romano populo tribuit ius eligendi Imperatorem.

Hildebrandi largitio.

Rulandus Hildebrandum episcopatu cedere jubet.

Dum hæc aguntur Rulandus Parmensis sacerdos concilij Vvormacensis decretum deferens, templũ ingreditur, & absq; omni salutationis honore: *Tibi* (ad Hildebrandum inquit) *Cæsar noster Christianissimus*

mus, sanctißimi Galliæ, & Germaniæ episcopi, sacer ordo Christianus præcipiunt, ut te munere, quod astu pecunia, gratia occupasti, confestim abdices. Nec enim fas est, invitis illis te adversus authoritatem Imperatoris, contra Christianæ Ecclesiæ decretum oculi Dei ultra incubare. Deinde ad cæteros versus: Pientißimi (inquit) fratres, pastorem iure vestro diligite: deinde sacratißimus consul, tribunus & princeps vester more maiorum autor fiat.

Iste enim Hildebrandus neq; pastor, neq; pater, neq; pontifex, sed fur est, lupus, latro atq; tyrannus. Vix hæc fatus erat, & Iohannes Portuensis prosilit: Capiatur, capiatur ingeminat. Fit tumultus. Vrbis præfectus & cæteri Parmensem gladijs strictis circumsistunt, in temploq; confodere parant. Ille vix ope Gregorij evasit.

Hildebrandus excommunicat Imperatorem.

Synodi scripto exasperatus pontifex, clandestinisq; quorundam Germaniæ episcoporum literis, fidem & operam in re tanta ipsi addicentium, munitus, ut Nauclerus ait, in hoc suo concilio Imperatorem excommunicat, proscribit, Cæsarea dignitate exuit, idque per omnem terram omnibus Christianis atrocissimis bullis denunciat: ut Aventinus ex quodam Paulo Bernried arnotat. Hoc anathematis fulmine Sigfri-

Sigfridum Moguntinum, VVilhelmum Traiectensem, & Rubertum Bambergensem, similiter percussos, scribit Lambert.

BRIXIANA.

Cum Anno salutis millesimo octuagesimo, triginta episcopi, multiq; regni proceres, ex Germanis & Italis Imperatori addictis, ipsius iussu Brixiæ Noricæ conveniissent, serio de Hildebrando pontificia sede excludendo agitatũ est. Ac ut deponatur ab omnibus denique comprobatum fuit, VVigberto Ravennatensi simul nominato successore. Huius concilij decretum apud Vrspergensem tale extat.

Decretum Brixense de Hildebrando deponendo.

Quia (inquiunt) illum constat non à Deo electũ, sed à seipso, in fraude ac pecunia impudentissimè obiectum, qui Ecclesiasticum subvertit ordinem, qui Christiani imperij pertubavit regnum, qui Regi Catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui periturum defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges divortia, & quicquid quietè inter piè viventes stare videbatur, concussit: nos authore Deo congregati in unum, legatis ac literis freti decem & novem episcoporũ, die sancto præteritæ Pentecostes Moguntiæ congregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacri-

legia ac incendia prædicantem periuria & homicidia defendentem, catholicam & apostolicam fidem de corpore & sanguine Domini in quæstionem ponentē, hæretici Berengarij antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem, manifestum necromanticum, Pythonico spiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantē, iudicam9 canonicè deponendū & expellendum: & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum contemnandum. Facta sunt autem hæc 7. Calend. Iulij feria 5. Indict. 3. Idem testantur & reliquum historicorum vulgus.

ROMANA ALIA.

Heinricus extremum tandem remedium Imperij malis adhibiturus, Romam armis oppugnat, eaq; potitur. Verum Hildebrandus, nebulonū & luporum in ovile Dn. grassantium facilè princeps, fugam arripuerat. Imperator mox inter ipsa arma concilium indicit, rogatu senatus Romani, ad Cal. Novem. ubi Hildebrandus fugitivus comparere, & administratæ provinciæ rationem reddere iubetur. Verum aufugit. Depositio igitur tanquam prophano, sceleſto, discordiæ amatore, viro sanguinario, & sedis apostolicæ per magiam invasore, communi cùm senatus, tùm episcoporū suffragio sua dignitate Hildebrando, VVigbertus locum eius accepit, Anno millesimo

Hildebrandus deponitur.

VVigebertus Hildebrando substituitur.

simo octuagesimo primo : ut habent Marianus Scotus, Vrspergensis, & Helmoldus, Aventinus lib. 5. Annalium.

SYNODVS A COLONIENSI & Moguntino episcopis celebrata.

Missus fuerat in Germaniam ab Hildebrando, belli quod hoc seculo gestum est funestissimi fax & tuba, Ottho Hostiensis episcopus, ut igni oleum (quod vulgo dicitur) infunderet, nimirum animum addendo ijs, qui Pontificijs contra Heinricum studebant partibus. Hic in Saxonia dum longius aberat, in opprobrium Segevini Agrippinensis, & VVezilonis Moguntini archimystæ, contra institutta maiorum, alienam temerè ditionem usurpans : superstitibus adhuc veris pastoribus Constantiæ, Bambergæ, Mindæ, Augustæ, Gebhardum, Heinricum, Reginardum, VVigoldum novos episcopos nuncupat. Is tamen ab archiepiscopis superioribus de more atq; ritu priscæ religionis, celebri collegarum conventu, cum exulibus pontificulis ab eo creatis, in numero impiorum sceleratorumq; computatur. Aventinus lib. 5. Annalium.

Otto Hostiensis episcopus tuba seditionis adversus Heinricum Imperatorem.

Hanc Synodum Moguntiæ coactam fuisse ex Vrspergensi haud obscure colligi potest, Anno millesimo octuagesimo quinto.

IN BERCHACH.

Eodem Anno, cum de Imperatoris anathemate variarent Magnatum sententiæ (alij enim Imperatori faventes, iniuriam ipsi fieri asserebant; alij contra, iustè eum excommunicatum contendebant) de voluntate partis utriusq; conventus indicitur in Berchach Thuringiæ oppido. Delecti fuere ad hoc colloquium ij potissimum, qui cæteris eruditione & sapientia præstare videbantur: quos inter principem tenuere locũ VVezilo Moguntinus & Gebhardus Salisburgensis, quorum ille Imperatoris, hic vero Hildebrandi pontificis strenuè tutabatur partes. Sed re infectâ tandem, cum neuter vellet de sua discedere sententia, inde discessum est. Vrspergensis, Crantzius libro quinto, capite undecimo Saxoniæ.

BENEVENTANA.

Victor tertius paulo ante suum obitum, cum Apuliæ Calabriæq; episcopis in Be-

in Beneventana urbe mense Augusto Synodum habuit. Inque ea Hildebrandi nefaria scelera non modo excusavit, sed etiam tanquã sanctissima opera defendit. Guibertum ab Imperatore creatum pontificem excommunicavit, cumq; eo Hugonem Lugdunensem Episcopum, & Richardum Massilienſem abbatem, ipsumque adeo Cæsarem, & omnes qui Guiberto communicarent, hæreticos Simoniacos ab Ecclesiaq; alienos pronunciavit, adducta Ambrosij sententia suum institutum comprobans, quem scribere perhibet. QUI SE A ROMANA ECCLESIA SEGREGAT, VERE EST HABENDUS HÆRETICUS. Chronicon Casinense lib. 3, cap. 71.

Victor tertius vindicat Hildebrandum.

GARSTVNGI.

Sublatis Gregorio & Victore perniciosæ dissensionis capitibus, fessoq; tot cladibus orbe Christiano, placuit utriusq; partis episcopis, iure atq; literis, non armis atq; ferro more barbarorum disceptandum esse. Fit igitur conventus Garstungi, tertiodecimo Calendas Februarij. Conveniunt episcopi Germaniæ, Galliæ utriusq; partis.

Vbi consedere, Conradus Episcopus Traiectensis ita

verba fecit: *Ad pacem, quam nobis, Patres consulti, Servator noster abiturus reliquit, stabiliendam convenimus: vim, temeritatem, violentiam, errores pestiferos eorum, qui cœleste domum contaminare non erubescunt, gladio duplici, ense ancipiti ad vivum resecare, utriusq; instrumenti testimonijs iuxta præceptum Christi refellere, operæ precium duximus.*

Conradi Traiectensis episcopi oratio pro Heinrico Imperat.

Qui iuramentum contemnit, fœdus spernit, pactum solvit, fidem frangit, illum aespicit per quem iuravit: illi facit iniuriam, cuius nomini adversarius credidit. Vivo ego, dicit Dominus, iuramentum quod sprevit, fœdus, quod prævaricatus est, ponam in caput eius. Num quid solvens pactum effugiet? Non considerandum cui, sed per quem iuraveris: Multo enim fidelior est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit, quam tu, qui occasione divinæ maiestatis, hosti tuo, imò iam amico, moliris insidias. De Tiberio & Nerone, non solum levissimis Tyrannis, sed impurissimis quoq; monstris, præceptum leginus: Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt: & Deum timete, regem honorate. Principibus, qui non sine causa gladium portant, etiamsi mali fuerint, non modo dicto audientes estote, verum pro ijsce supremum Deum deprecamini, quo tranquillam in quietam q; vitam agamus. Omnis enim potestas à Deo est, qui potestati resistit, divinæ providentiæ repugnat. Idcirco ambitiosi & superbi sunt, qui illud Domini Deiq; nostri elogium (quodcunq; solveris super terram, erit & solutum in cœlis: & quodcunq; liga-

Principib9 licet impijs honor & obœdiantia præstanda.

ris super terram erit & ligatum, in cœlis) perfricta fronte interpretando adulterant, suæ libidini servire cogunt, & nobis ceu pueris atq; omnium rerum imperitis astu illudere studeant, &c.

Hanc ob causam aperuit discipulis mentem cœlestis doctor, ut intelligerent scripturas, Mosen, Prophetas & Psalmos: iussitq; eos in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum prædicare, apud omnes gentes, testesq; horum esse. Has ergo ob causas Hildebrandus ambitione præceps abivit: cum potestatem immortalis Dei, cuius nuncius dumtaxat est, sibi usurpavit. Ita mores, ita tempora, ita homines sunt. Malè consuluisset rebus humanis suprema illa maiestas, si ita gladium in manum mortalis cuiusquam traderet. Quis concupiscentiæ humanæ finem statueret? ut quis moderaretur? Ne sapientissimus quidem æquo animo tantum onus tulerit. Non necesse habemus, ut quispiam nos doceat, quo nam pacto spirituali potestate, vel (ut verio dicam) dispensatione atq; procuratione divini pecunioraculorũ.n. cœlestium promi atq; condi duntaxat sumus) Petrus eiusq; Collegæ usi fuerint. Clario luce in libro, quem de gestis legatorum Christi Lucas medicus scripsit, liquet: arma nostræ militiæ, spiritus, non ferrum, neq; rapinæ, cædes, homicidia, periuria sunt. Nimirum lorica, thorax, galea, baltheus, ensis, scutum, sunt pax, amor, iustitia, spes salutis, veritas, sermo Dei, fides. Quæ munera divina sæpius Imperator noster Christianissimus ultrò Hildebrando obtulit, sed ipse recipere recusavit. Post-

Arma episcoporum non carnalia, sed spiritualia.

Orator Hildebrandi obmutescit.

Postquam hæc ita dicta factaq; sunt, Gebhardus Salisburgensis Boiorum primarius episcopus, ætate, eloquentia, scientia, egregie præter cæteros Hildebrandinos venerabilis, cui socij respondendi provinciam demandarant, omnino obmutuit, ac nec hiscere quidem potuit. Aventinus lib. 5. Annalium.

QVEDLINBVRGAE.

Quædelburga olim Quindelburga.

Hildebrandini, qui Garstungi post Cæsarianorum discessum substitierunt, inducti apud Moguntiam Concilij tempus antecapere festinantes, Quintelburgi (sic .n. eam, quã nunc Quedlinburgam appellamus, scripserunt) mense Aprili conveniunt, ad prætextũ mutatæ voluntatis dictũ quoddã VVezilonis Moguntini, ipso hæresiarcha nominato, calumniantur. Deniq; se Ecclesiam sacram esse causati, Otthonem sibi imponunt. Aventin. ibid. Vrspergensis Cæsarianos etiã huic conventui interfuisse narrat.

MOGVNTINA ALIA.

Mense autem Maio, uti constitutum fuerat, Imperator, proceres, duces frequentes Mogunti coëunt. Item Petrus Portuensis episcopus, duo flamines Romani, legati Clementis tertij pontificis maximi, archimystæ hi, atque minores

Ponti-

pontifices Galliæ: Germaniæ Vvezilo Moguntinus, Angelbertus Trevirensis, &c: communi omnium consensu, Hildebrandi secta pietati Christianæ repugnans, explosa atq; exibilata est. Otonem (qui & Vrbanus) sacrilegij & irreligiositatis ijdem accusant, convincunt, & in numerum impiorum computant, senatusq; consultum perscribitur tale: *Devota capita quæ numeravimus velut contagio ab omnibus vitentur Christianis: quandoquidem à nobis secessionem fecerunt, non nos ab illis: ad concionem sacram quemadmodum promisere, venire detrectant; pietatem Christianam polluunt, concordiam contaminant, ovibus desertis ad hostes Reipublicæ profugiunt: ad bella, incendia, homicidia, parricidia, latrocinia, rapinas, non solum cohortantur, verùm etiam duces sunt. Crebrò benignè vocati, reverti noluerunt: versutos, obscuros, veteratores, vafros sese esse factis produnt, & nos experimentis sentimus. Egregij sanè pastores, quibus gregem tuum crederes. Nemo oves persequitur, nullo viso lupo tamen fugiunt. Quidnam designassent, si eos fortuna ad tempora Domitiani Decij, servasset? Aventinus lib: 5. Annalium Boiorum.*

Hildebrandi secta exploditur.

Ad Melphim.

Cum Pontificium conscendisset thronum Vrbanus, ac Romanis, semper no-

vis ſtudentibus rebus, diffideret: ad Melphim urbem ſe contulit, ibiq; Synodum celebravit. de qua Nauclerus.

TROIANA, PLACENTINA TVRONENSIS.

Expedita ad Melphim Synodo, Troiam, quæ Apuliæ urbs eſt, contendit, ac Synodum ibi convocavit. Poſt Placentiam abijt, ibiq; novum conventum egit. Cæterum in utroq; conventu Heinrici Imperatoris, & Guiberti antipapæ excommunicationem confirmatam, prodit Nauclerus.

Præter has Synodos, & Turonenſis eadem tempeſtate celebratæ meminit Balæus lib: 5. de Roman: pont: actis, in vita Vrbani. Ac in ijs omnibus, inquit, Hildebrandi peſtilentiſsimi nebulonis acta confirmavit, & novas leges eccleſiaſticas tulit Vrbanus, ne quid de pontificia authoritate vi aut fraude acquiſitum deperiret. Sancivit, ne à quovis principe beneficiorum inveſtituram clericus reciperet.

PLACENTINA ALIA.

Anno

Anno Dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo quinto, Calendis Martij, indictione tertia, celebrata est Placentiæ Synodus, præsidente domino Vrbano papa, cum episcopis & abbatibus tam Galliarum quam Burgundiæ. Facta est autem consultatio de his, qui Ecclesias vel præbendas emerant: sed & de his qui schismate Guibertino fuerant ordinati. Et primo quidem ac tertio die, in campo concilium sedit. Tantus enim convenerat populus, ut nulla eos ecclesia caperet: exemplo nimirum Moysi, Deuteronomium commendantis, & Domini nostri Iesu Christi, docentis in loco campestri. *Septimo tandem die post transactionem diutinam, aliquot capitula sunt prolata, quibus creati à Simoniacis abdicantur, ordinationes à Guiberto factæ pronunciantur irritæ, & his alia similia decernuntur, sicut omnia Cent: 11. fol: 510. adscribuntur.*

Concilium in campo celebratum.

ROMANA ALIA.

Subsecuta Placentinã Romana Synodus, in qua cum Vrbano, rectius turbanum dixeris, Placentina placita iterum protulisset, omnium ea fidelium ore, qui

Vrbanus turbanus.

qui tum aderant, damnata sunt, & quidem tanta commotione, ut ægrè eorum manibus evaserit Pontifex: imo coactus fuit, ter erroris sententiam, quam solis verbis proferre præsumserat, condemnare; tantùm abest, ut ea comprobata sint, ut impudenter illi nebulones pontificij nugati sunt.

CLAROMONTENSIS.

Petrus Eremita à Simone Hierosolymitano patriarcha, de tristi Christianorum in Terra sancta degentium conditione edoctus, acceptisq; ab eodem ad Vrbanum Romanum pontificem literis, Romam contendit. Qui audito Petro, lectisq; quas ferebat literis ad Claromontem cœnobium Alverinæ seu (ut alij scribunt) Averniæ, quæ Galliæ regio est, concilium indixit, Anno millesimo nonagesimo quinto. Frequens eò sacerdotum monachorumq; confluxit examen, trecentorum nimirum & decem, ut Antoninus author est, multiq; secularis potestatis viri. Statutum est autem in ea Synodo communi authoritate, ne à quovis principe beneficiorum investituram clericus reciperet.

Deinde

Deinde Rex Galliæ excommunicatur cum pellice, quam vivo adhuc marito suo Fulcone Andegavensi comite uxorem duxerat. Sigebertus Antoninus.

Rex Galliæ in concilio excommunicatus ob adulterium.

Facti sunt etiam alij canones, de horis canonicis, de ecclesiasticorum bonorum direptionibus, & denique totius ferrè orbis Christiani principes, suadente Vrbano, in expeditionem pro terra sancta recuperanda, non modo tunc consenserunt, sed in actum etiam rem deduxerunt, ut suo dicetur loco.

BARNENSIS.

Ad Barum (Slaviæ urbs est) Concilium ad Calendas Octobris Vrbanus secundus indixerat, in quo Anshelmus Cantvarienſis archiepiscopus, qui tum Anglia ejectus apud Romanum latitabat Pontificem, ejusdem hortatu Græcos, Spiritum sanctum à Patre solum, non autem & à Filio procedere asserent es, graviter convicit, ut scribit Edinerus in vita Anshelmi.

Anshelmus græcos redarguit.

ROMANA ALIA.

Posthæc idem pontifex, aliud quoddam Romæ concilium coëgit, præsente eodem Anshelmo: ubi excommunicationis

tionis sententia tàm laicos, qui investituras Ecclesiarum dant, quam illos, qui easdem de manibus eorum accipiunt, & qui sacris eos initiant, ferit: ut idem autor annotat.

ROTINGEHAM.

In castro Rotingeham apud Anglos, hac occasione Synodus coacta est. Petierat Anshelmus ab Anglorum rege, ut sibi potestatem Romam eundi, pro impetranda sui muneris confirmatione, daret. Cui rex subiratus respondit, nemini in suo regno fas esse, Romanum summum agnoscere pontificem. Gravisque dissidij hæc ipsa archiepiscopi petitio occasio fuit. *Nam Synodo ad Rotingeham in medio Quadragesimæ indicta, Anshelmus à cunctis ferè, qui tum aderant, episcopis in regem blasphemus judicatus est, quòd præter ipsius voluntatem, Romanum illud adeò coleret idolum. Denique ad unicam saltem regis vocem asperiorem, omnes Angliæ episcopi ab obedientia & fide, suo primati olim sanctè promissa, recesserunt. Ipse etiam rex omni eum jure, quod officij ratione tenebat, nisi animum mutaret, exuendū statuit: ut scribit Edinerus in vita Anshelmi libro secundo.*

Rex Angliæ non vult Anshelmum à Rom. papa confirmationem petere.

Anshelmus in regem blasphemus.

Caput

CAPVT XII.

DE SYNODIS SEV CONCILIIS.

SVB HEINRICO IV. SVBVRBANO, PARRISIIS.

Alexius Constantinopolitanus ad Vrbanum secundum literas mittebat, quibꝰ turcicam rabiem exponens totius Occidentis auxilia implorabat. Vrbanus igitur mox in confinio Hispaniæ, seu, ut alij volunt, Parrisijs, concilium ex omnibus nationibus convocat, cui ipse quoq; intereſt: ubi suis declamationibus omnes exuscitat & accendit, ad propulsandos barbaros hostes ex loco, quo mundi redemptor passus esset. Hortatur igitur omnes, ut omnibus relictis, se itineri accingant.

Vrbanus decernit expeditionem in terram sanctam.

Designata autem sunt circiter centum millia ex Aquitania, Normannia Anglia, Scotia, Hibernia, Britannia Galitia, Vasconia, Gallia, Flandria, Lotharingia, alijsq; gentibus.

Additur & episcopus Hademarus, qui nomine papæ solvendi ligandiq; potestatem haberet. Vsperg:

SVB

SUB PASCHALI II.

FLORENTIÆ.

de Antichristo.

Anno C. 1101.

Antichristum jam natum esse Florentinus episcopus asseverat.

Florentinus episcopus (Sabellicus habet Fluentinus) audebat palam asseverare, Antichristum jam natum esse: idque haud dubie animadvertit, ex illa horribili metamorphosi regni Christi spiritualis in mundanum, & ex aliis in fallibilibus Antichristi notis 2. Thess: 2. Dan: 12. & alibi expressis, quæ simul omnes in Romana aula eo tempore lucu lentissimè apparebant.

Hac autem re divulgata, Paschalis secundus vicem Antichristi Romæ gerens, nequaquam sibi dormitandum existimabat: sed confestim Florentia coacto concilio episcopum ad examen vocat. Silentium autem de argumentis ipsius altum est. Non enim visum est ex re pontificis Romani, si rationes in vulgus sparsæ, aut memoriæ fuissent commendatæ. Tantum hoc affertur, hominem verbis castigatum ac dimissum esse, eumq; rei magnæ authorem haberi voluisse. Platina in vita Paschalis secundi, & Sabellicus Ennead: 9. libro 4. Blondus. Annus à quibusdam 1101. annotatur, ab aliis 1110. Antoninus ait 1105.

Floren-

Florentiæ agitatum esse concilium titul. 16. cap. primo.

ROMÆ.

Contra Magistratum.

Indicitur Romæ Anno Domini 1102. generale concilium, circa medium Quadragesimæ, in quo negotium Schismatis inter Heinricum 4. & Paschalem 2. Papam ventilaretur. Receperat autem Heinricus principibus, se eò venturum: sed postea non venit, Romanorum præsulum molitiones non ignorans. Odium quoq; famam excitaverat, Imperatorem hoc agere, ut in locum Paschalis alium subrogaret, & videtur quidem hanc potissimum ob causam, ut nimirum suum solium consolidaret, istum conventum coegisse Paschalem. Videmus enim, eos plerumq; honoris sui causa, multò plura quàm honoris Christi ergò fecisse. *Controversia Henrici Imperatoris cũ Paschali Pp.*

De cæteris eius conciliabuli actis, consulendi sunt historici: Vnicum de fulmine in Henricum IV. Imperatorem à Paschali vibrato, Abbatis Vrspergensis, qui interfuit, verbis adjicere placet, sic autem ille in Henrico IV. scribit: ibi etiam quam sententiam in Imperatorem

vel patricium Romanũ Heinricum idem Apostolicus Paschalis promulgaverit, nos quoq; inter innumeras diversarum gentium catervas, proxima Cœna Domini, in ecclesia Lateranensi ab ipsius ore didicimus, nimirum postquam 8. Calend. Octob. maris fluctibus Ioppe traditi, Romę sumus per gratiam Christi prædicta maiori hebdomada introducti. Quia, inquit, tunicam Christi scindere, id est, Ecclesiam rapinis & incendijs devastare, luxurijs, periurijs, atq; homicidijs commaculare non cessavit, primò à beatæ memoriæ Gregorio papa, deinde à sanctissimo viro Vrbano prædecessore meo, propter suam inobedientiam, excommunicatus est atq; damnatus: nos quoq; in proxima Synodo nostra, iudicio totius Ecclesiæ, perpetuò eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus, & maximè Vltramontanis esse, quatenus ab ipsius se contineant iniquitate. Vispergensis. Vbi verò unica tantum pars in iudicio est, & iudex ipse est pars & caput rerum, ibi quale iudicium feratur non est obscurum. De cæteris huius Synodi, Crantzius in Saxon: lib. 5. cap. 15. Erford. cap. 86. Hirsaug. Chronicon.

Fulmen Paschalis in Henricum IV. Impera.

LONDINI.

Contra uxores Sacerdotum & investituram politicorum.

Heinricus Huntingtonus lib. 5. & Roge-

Rogerus Ceſtrenſis lib. 7. referunt, quòd anno Domini 1102. & tertio anno Heinrici primi Anglorum regis, in feſto Michaëlis, Anshelmus Cantuariorũ archiepiſcopus ſub Papa Paſchali concilium J. ̃dini celebraverit. *In quo concilio (inquiũt) Anshelmus prohibuit uxores Sacerdotibus, antea illic non prohibitas. Id verò quibuſdam mundiſſimum viſum eſt, quibuſdam periculoſum, ne, dum mundicias viribus majores appeterent, in immundicias horribiles, ad Chriſtiani nominis ſummum dedecus, inciderent.*

Anshelmus prohibet uxores Sacerdotibus.

Mundicies periculoſa.

In eodem Concilio multi ob infames luxurias ſuis abbatiis dejecti ſunt, multiq; etiam Sodomitæ reperti ſunt, ut habet Ranulphus.

Sodomitæ in ſacro ordine.

Ad Pauli Fanum. De Sodomia, Fructu calibatus.

Anno C. 113.

Sequenti anno poſt Londinenſem Synodum, ſcilicet anno Domini 1103, rumores & querimoniæ ad Anshelmi aures venerunt, quòd ex damnato Sacerdotum conjugio vitiũ horrendum, quod Sodomiticum vocabant, ubiq; per Angliam regnaret. Convocatâ ergo alterâ ad Pauli fanum Synodo, hoc edidit frigidum ſtatutum: *Sodomiticum flagitium facientes*

Anshelmi ſeveritas adverſus conjugium efficit Sodomitas.

facientes, & (dictu horrendum) eos in hac voluntate juvantes, gravi anathemate damnamus, donec pœnitentiâ & confessione absolutionem mereantur. Qui verò in hoc crimine publicatus fuerit, statutum est, si quidem fuerit persona religiosi ordinis (ô sancta religio) ut ad nullum amplius gradum promoveatur (acerba pœnitentia) & si quem habet, ab illo deponatur. Si autem laicus, (nam & illi quoq; gustaverunt tam sancti cœlibatus fructum) ut in toto regno Angliæ legali suâ condignitate privetur. Et ne hujus criminis absolutionem ijs, qui se sub regula vivere non voverunt, (aliter in cœnobijs) aliquatenus si episcopus deinceps facere præsumat, &c. Statutum quoq; est, ut per totam Angliam in omnibus Ecclesijs, & omnibus diebus Dominicis excõmunicatio prafata publicetur (Evangelij loco) ac renovetur. Ranulphus & Rogerus Cestrenses, & Iohannes Trevisa in Chronicis.

Ridicula pœna Sodomiæ.

NORTHVSÆ.

Contra investituram politicorum, & uxores Sacerdotum.

Filius Henrici quarti impulsu Pontificum insurgit adversus patrem.

Patre Henrico 4. à Romano pastore, ob non concessas sibi investituras episcoporum, excommunicato, filius à suis instigatus cristas erigit, seseq; meretrici Roma-

Romanæ ſubmittit. Saxonicis autem principibus in ſuas partes Quedlinburgæ pertractis, Northuſæ, quæ eſt regia villa, nec procul inde diſtat ad Harciniam Sylvam, Synodum indicit ad IV. Calend. Iunij, anno Domini 1105. Convenit autem ingens epiſcoporum, abbatum & monachorum turba. Huic cætui præſident duo Paſchalis ſecundi vultures, commiſſarij dicere volebamus, Ruthardus Moguntinus, & Gebhardus Conſtantienſis epiſcopi.

Primùm autem de diſciplina, quæ labefactata hactenus eſſet, tractabatur.

Deinde, inveſtituræ jus totum Romano idolo conſecrabant.

Tertiò, ut magis palpum Romano idolo obtrudãt, decretum contra ſacerdotum conjugia honeſta repetunt, & vi apertâ ſupplicijſq́ diris communiunt. Decretum contra conjugium Sacerdotum.

Quartò, jejunium menſis Martij hebdomada Quadrageſimæ, jeiunium verò menſis Iunij in ipſa hebdomada Pentecoſtes, Romano more celebrandum ſtatuitur.

Quintò, epiſcopi, qui prius inveſtituram ab Imperatore acceperant, quotquot ibi præſtò erant, quaſi rebaptizantur, nomine pontificis Romani manu impoſitâ, quæ ſcilicet capacior erat manu Cæſaris. Heinricus quintus ſe mancipat

In eo autem conventu Heinricus quintus miram præ ſe humilitatem tulit, ut nimirum ſignifica-

ret, se totum velle monstro Romano subiugatum esse. Vrspergensis, Otto Frisingensis libro. 7. capite 8. Hirsaugiense Chronicon, Crantzii Saxonia lib. 5. cap. 17. & in Metrop. lib. 5. cap. 31. Barus, Aventinus lib. 5. Erfordiensis cap. 86.

ROMÆ ALIA.

Non magna Synodus Romæ à Paschali II. est habita, de controversia inter Casinenses & episcopum Capuanum.

Anno. C. 1106.

MOGVNTIÆ. Contra Magistratum.

Conventus celeberrimus Moguntiæ institutus est, anno Domini 1106, petente Henrico IV. Vbi non tantùm principes è toto Imperio Romano agminatim confluebant: sed ingens quoq; Ecclesiasticorum, uti nominantur, numerus eò convolabat: id nimirum agente Romano papacæsare omnibus viribus, ut magistratus ille summus in Romano Imperio penitus dejiceretur & conculcaretur. Duo autem vultures Româ missi, Paschalis secundi egerunt partes, Albanus nimirum & Constantiensis.

Quid

Quid fit? Omnium primùm conſpiratio inſtituitur de excludendo ex eo cœtu Heinrico quarto Imperatore, ne forte aſpectus Imperatoris, propter perſonæ ſenilis & gravis majeſtatem, præ ſe ferentis authoritatem, quorundam animos permoveret, ut datam fidem erga magiſtratum conſiderarent. *Henricus 4. excluditur à Synodo.*

Faces igitur incendio horribili, omnium primò vultures illi Romani admovent, juſſuq́, authoritate, & nomine papæ cæſaris fulmen excommunicationis in Imperatorem, nondum legitimè depoſitum, nec auditum, nec vocatum in eum cœtum, promulgant. Interdicunt igitur univerſis catholicis viris, adeoq́ toti regno Romano cum tali homine communionem.

Executio verò ſine dilatione peragitur. Hiſtoriam verbis Cranzij apponemus: Mandatum eſt, inquit, Moguntino, Colonienſi, & Vvormacienſi epiſcopis, ut eum adeuntes, Imperialia inſignia auferrent invito. Cumq́ in ſenioris veniſſent conſpectum Ingelheim, quo loco palatium inſtruxit Magnus Carolus, mandata concilij exponebant pontifices, poſcentes ut inſignia volens traderet. Illo autem cauſam requirente tam ſeveræ in ſe inauditum à concilio prolatæ ſententiæ, objeciſſe ei feruntur, in conferendis epiſcopatibus & abbatijs Simoniam. Tunc Imperator: Dic Moguntine, dic Colonienſis per nomen æterni Dei, quid à vobis acceperim. Dixerunt: Nihil. Et Imperator: Gloria Deo in excelſis, quia vel in hac parte fi- *Moguntinus, Colonienſis, V Vormacienſis Henricum imperiali dignitate ſpoliant.*

deles inventi sumus. Certè maximæ vestræ dignitates potuissent magnum Cameræ nostræ, si ita quæreretur, quæstum præstitisse. Dominus Vvormacienſis novit, & nos non ignoramus, quæstu an gratiâ interveniente illum receperimus. Nolite patres temerare fidem vestram. Ecce, jam senio laboramus, sustinete nobiscum, & nolite in confusionem gloriam nostram terminare. Generalem curiam expetimus: si cedendum est, proprijs manibus filio coronam trademus. Illis renitentibus & vim ostendentibus, paruper secedens Imperialibus se vestivit insignibus, & reversus: Hæc, inquit, Imperialis honoris sunt insignia: hæc mihi præstitit æterni regis pietas, & principum electio. Potens est Deus nos in his conservare, & manus vestras ab opere cæpto cohibere, quamvis simus armis & militiâ nostrâ destituti: securi enim de tali violentia, nobis non prospeximus. Sed timor Dei vos coherceat, quos pietas non revocat. Quod si neutrum veremini, ecce præsentes sumus, non possumus viribus refragari. Hæsitant pontifices: sed invicem cohortantes, accepto conamine Imperatorem adeunt, coronam capiti detrahunt, & sede detractum omnibus Imperialibus exuunt. Imperator ab alto ductis suspirijs, sic eos alloquitur: Deus ultionum Dominus videat, & vindicet iniquitatem quam facitis. Ignominiam sustineo antea inauditam. Sed delicta juventutis apud iustum judicem Deum luo, Vos tamen immunes à crimine non eritis: quia jusiurandum

jurandum prævaricati, justi vindicis ultionem non effugietu. Non prosperetur honor vester. Sit portio vestra cum eo, qui tradidit Christum. Illi obturantes aures retrocedunt, filio ejus imperialia deferentes. lib. 5. Saxoniæ, cap. 20. Hæc Significat Crantzius, ex fide dignis se descripsisse.

Patre itaq; dejecto, quasi triumphus agitur.

Investituræ jus, quod Heinricus quartus à majoribus acceperat, veluti Simoniaca hæresis publicè damnatur, & vocatur Heinriciana hæresis. *Heinrici filius detractis patri exuuijs investitur.*

Investiti ab Heinrico dejiciuntur, ac lenitatem præ se ferentes, usq; ad Concilij generalis satisfactionem, & ordinationem suspenduntur.

Cadavera Cæsarianorum sepulcris eruuntur à Papa.

Istis rebus Romæ cognitis atq; promulgatis, confestim cadavera schismaticorum, juxta ipsorum arbitrium, è sepulchris eruuntur ac projiciuntur. Vuigberti etiam corpus, quod sex jam annos, Vrspergensis habet quinq;, in Ravennensi Ecclesia humatum in terra jacuerat, sine omni patientia (exaltatis ecclesiæ Romanæ cornibus, inquit Abbas) effoditur, & contumeliosè tractatur. Imò & ipsius Heinrici IV. cadaver quinquennium sepulturâ prohibet mitissimo erga *Corpus Henrici papa quinquennium sepultura prohibet.*

defunctos pater, scilicet juxta Petrum magistratum contemnens.

Etsi autem essent, quos ille miserabilis casus senis Imperatoris commoveret: tamen vana fuit sine viribus ira.

SUB HENRICO V.

AD PADVM FLUVIUM.

De Episcopis ab Antipapis ordinatis.

Anno C. 1106.

Anno Domini 1106. Paschalis 2. rogatus, ut in Germaniam veniret, ad Padum fluvium in Longobardia, Vvarstallis concilium cum sibi juratis celebrat.

Caput actionis fuit, quòd ab antipapis consecratos ipse denuò consecrat, palliáq; immutat, idq; duos ob fines omnium maximè: primùm, ut tali violento processu laicos principes, omni jure investiendi episcopos & abbates in suis provinciis, penitus exoneraret & privaret. Deinde, ut unà cum stabilitione eminentiæ suæ super omnes, & mulctas ingentes corrogaret. Nam pallia illa tantus Sartor nequaquam immutavit gratis.

Paschalis 2. cogit episcopos ab Antipapis indutos pallia à se mercari.

De eadem Synodo sic Platina & Blondus scribunt: In Cisalpina Gallia seu Lombardia Paschalis ad Guardestallum Synodum agit de homagijs, de feudis, de Sacramentis episcoporum, laicis antea exhibitis vel exhibendis.

Decer-

Decernit quoq;, ne Æmyliæ urbes, Placentia, Parma, Regium, Mutina, Bononia, amplius Ravennati metropoli subessent, sed Pontifici immediatè parerent: quia in Romanam sedem aliquoties cornua erigebant, & Dominus his opus habebat.

TRECÆ,

Anno C. 1107.

De Investitura.

In Gallijs proposito suo satisfacturus Paschalis 2, eùm Germania, virtutem ipsorum nonnihil expavescer., excluderetur non volens, Trecæ concilium indicit, undiq; collectis episcopis ut potuit, anno Domini 1107, circa Ascẽsionis Domini festum. Heinricus autem quintus Imperator se quidem vicinum, non tamen præsentem Concilio exhibet.

Cùm autem Aventinus acta atq; decreta hujus Synodi paulo clarius & fusius, ex Davide Scoto, qui apud Heinricum quintum fuit, exponat, gratum sine dubio lectori erit, verba ipsius audire. Sic inquit: *Conciliato sibi Galliæ episcoporum favore, ad captandã plebis aurã leges turbulentissimas rogat atq; profert. Cæsarẽ de creandis pontificibus ad*

disquisitio-

Paschalis 2. in Trecensi Synodo decernit sacerdotiorum distributionem ad Pontifi. Rom exclusō Cæsare pertinere.

Henrici quinti gravis invectiva in Pontificem Rom.

disquisitionem vocat. Ipsum pontificalibus comitijs excludit: Ea ad plebem transfert: nempe communem omnium pastorem, communiter omnium suffragio capiendum esse, statuit: pollui religionem, si quispiam sacris addictus, cælestis atq; immortalis Imperatoris ceremoniarum consors sit, terreno atq; mortali regi se in clientelam atq; servitutem dicaverit. Sacerdotiorum administrationem ad pont. maxarmorum ad Cæsarem pertinere. Absurdus igitur episcopus jusjurandum exactum, futuros in potestate Romani pontificis. Quintus per edicta ita obmunciat: Non licere Gallis curiosis aliena, quæ nihil ad eos attinent, curare: cuilibet facile esse de alieno largiri. Christiani orbis imperium sibi à Deo optimo maximo impositum esse: proinde se de veteri more & ritu priscæ religionis, sacris supremæ majestatis placitis non defuturum, datumq; jure suo operam, ne quid respublica detrimenti capiat. Extare vetustissimam sanctissimorum patrum legem, tempore Caroli Magni perlatam, qua Paschalis atque cum eo sentientes, per omnium sacerdotum religiones devoventur atq; proscribuntur. Nullo pacto fas jusq; esse fastuoso pontifici, levissimis Gallis, magis superstitiosis quam religiosis, tot divos, tot pientissimos pontifices maximos, minores, mystas, monachos, reges, Imperatores, superos atque cælites impietatis condemnare.

mnare. Se, quo ad vita ſuppetat, non paſſurum, ut inſtituta à majoribus accepta, per tot annos hactenus obſervata, fraude & aſtu paucorum, cum maxima Chriſtianorum morum pernicie, obliterentur. Pontifices, epiſcopos, myſtas, monachos, ab Imperatoribus atq; regibus collocupletatos eſſe. Vbi his pares opibus facti ſunt, more perditorum, quò plura donata fuerint, plura concupiſcere: illisque ſordere prima quæq; ubi majora ſperarint. Titulo honeſto libertatis Eccleſiaſticæ fraudulentos homines graſſari, illud conari, ut ſe excluſo, paulatim etiam populum, ſacerdotes, epiſcopos alios in ordinem atque ſervitutem tantam redigant, atque arma in eos, quorum beneficia poſſident, ne hæc aliquo pacto repeti queant, vertant.

Gratitudo ſacrificulorum pro datis à Principibus divitijs.

Pontifices Romanos orbis imperium animo cogitare, regnum Chriſtiani populi affectare, non quieturos, donec oppreſſo Cæſare, omnibus jugum ſervitutis, quod ipſi excuſſere, imponant. Chriſti cruciamenta declarare, quænam ſit rabies ſacerdotum adverſus immodicam concupiſcentiam: cui ſe ſemel animus devoverit, nullum ſtare terminum. Se penè impubem, imperitum omnium rerum, ab illis egregijs paſtoribus dolo circumventum, in patrem charisſimum concitatum eſſe, armaq; horum conſilio ſumpſiſſe.

Rom. Pontifex affectat Imperium.

Henricus quintus deplorat ſe à Papa contra Patrem incitatum.

sumpsisse. Nunc genitore oppresso, adversus se conspirasse: neque modum ambitioni ponere, nisi alios omnes dignitate, honore expolient, & quo ipsi quicquid lubeat, liceat, ab singulis juramentum, se futuros in eorum potestate, quicquid illi dicant pro legibus habituros, atq; tandem pro Deo adoraturos, exigant. In hanc sententiam multæ ultrò citroq; datæ sunt epistolæ. Novissimè Cæsar rescripsit: Quamvis veterem consuetudinem atque ritum, à tot sanctissimis patribus per tot annos observatum, jure atq; armis retinere possit: nihil tamen sua referre, si pontificalibus comitijs excidat, modò episcopi, mystæ, monachi, prædia stipendiaria, fiscos, nervos reipub. arces, civitates, urbes, oppida, vicos regios, castella reipublicæ atq; Cæsari reddant, decimis contenti vivant, Dei & pauperum populiq; causam, philosophiam divinam interpretando, vota illustrando, crucem Christi præferendo, agant, atq; universis Christianis, paupertatem atq; simplicitatem Servatoris nostri & comitum eius æmulando, præluceant. Convenit itaq; inter Pontificem maximum atq; Cæsarem, uti Sacerdotes, flamines, pontifices maximi, minores, medioximi, omissis huiusmodi reipub. (ut Christus magister noster appellat) spinis, victu parabili ac parco contenti, Christi præceptoris nostri, quoad liceat, modestiam, paupertatem sectentur, studio literarum operam navent. Atque ad hanc legem promulgandam jam Paschalis Romam ex Gallijs redierat: & Cæsar, quàm maximo potest appa-

Henricus quintus postulat ciuitates & prædia aliaque Reipublicæ bona à Pontificibus occupata restitui.

apparatu, Italicam expeditionem meditatur. lib. 6. de Boys.

LINCOLNIÆ.

De Investitura.

Lincolniæ in Anglia Synodus celebratur frequens, Anno Christi 1107. ubi per tres dies absente Anshelmo archiepiscopo, inter regem & episcopos actum est, de Ecclesiarum investituris. Sed redeunte Anshelmo statutum erat, ut ab eo tempore nunquam per dationem baculi pastoralis aut annuli, quisquam de episcopatu vel abbatia, per regem vel quamlibet laicam manum, in Anglia investiretur. Sim. Dunelmensis lib. 2.

Anshelmi de investitura statutum.

Alia Anglica.

Anshelmus antithei papæ Romani spiritu imbutus, aliud suorum concilium cogit, & ista sancit, teste Simone Dunelmense lib. 2.

Anshelmi contra conjugium decreta.

Vt archidiaconi, presbyteri, diaconi & subdiaconi castè vivant, & fœminas in domibus suis non habeant.

Illi autem presbyteri, qui divini altaris & sacrorum ordinum contemptores, præelegerint cum mulieribus

lieribus cohabitare, à divino officio remoti, omni Ecclesiastico beneficio privati, extra chorum po nantur, infames pronunciati, &c.

HIEROSOLYMIS,

De Culmine.

Fuerat Dabertus Hierosolymorur patriarcha, Arnulphi factionibus & re giâ violentiâ sede suâ exturbatus, Ebre marus verò in ipsius locum suffectus Cùm autem Dabertus in reditu ex Ro ma in itinere mortuus esset, Ebremaru Romam currens, ut Papæ favorem mer caretur, nihil aliud consecutus est, quàn legatum Gibelinum Arelatensem epi scopum, qui causam in oriente cogno sceret.

Is igitur unà profectus, Hierosoly mis concilium congregat, anno 110 Vbi Ebremarus patriarchatu dejicitur & Cæsariensi Ecclesiæ præficitur. Ipi autem legato Gibelino defertur, atqu traditur patriarchatus Hierosolymita nus. Tyrius lib. 11. cap. 4.

BENEVENTI,

De Investitura.

Anno

Anno Domini 1108. Paschalis secundus mense Octobri in Casinense cœnobium veniens, abbatem Brunonem secũ duxit Beneventum, ubi Synodum indixerat.

Secutus autem majorum suorum vestigia, constituit, si quis de manu laicorum beneficia aut investituram acciperet, tam dantem quàm accipientem communione privandum esse.

LEGIÆ ALIA.

De mortui elevatione.

Anno Domini 1110. Legiæ Synodus agitatur, qua de Oberto Legiensi episcopo elevando consultatur ac decernitur, finemq; mora perficitur. Sigebertus.

ROMÆ ALIA.

De Investitura.

Romæ quoq; circa idem tempus, Paschalis II. veluti huic unicæ rei unicè studens, in suis Synodis pontificaliter decernit: *nequaquam beneficia Ecclesiastica & investituram à manu cujusquam laici accipiendam, licet à Caroli Magni tempore huc usq; sub 63 pontificibus, id privilegij Cæsares aliiq; principes obtinuerint. Si quis verò contrà facere auderet, eum anathemate feriendum esse.*

Investitura à laicis non accipienda.

Papa tribuit Henrico quinto potestatem investiendi per baculū et annulum.

Ea verò de causa Imperator anno sequenti, qui est Dn. MCXI. ipsemet Romam proficiscitur. Vbi Paschalis facta cū Cæsare reconciliatione (Cæsar enim ceperat eum cum quibusdā Cardinalibus die Paschatis, peractâ coronatione ante altare Petri & Pauli, publicè & solenniter Imperatori privilegium de Investitura episcoporum & abbatum, tam per annulū, quam per virgam, in suo regno liberè concessit ac repetivit, atq; insuper porrectione sacræ Cœnæ atq; sanctis verbis confirmavit. Sigebertus, Vrspergensis.

Beneventana & Cyperanensis Synodus.

Eodem tempore Paschalis 2. Beneventi & Cyperani Synodos habuit, de quibus Chronicon Casinense libro 4. cap. 50. 51.

ROMÆ ALIA.

De Investitura contra Cæsarem Henricum V.

Anno 1112. ad XV. Calendas Aprilis, Romæ in Laterano in Ecclesia Constantiniana Synodus à Paschale 2. celebrata est, tali occasione.

Vebe-

Vehementer tum Papam ipsum, tum assecl*as* ipsius urebat, quòd Heinrico quinto privilegium vetustum tantis Sacramentis confirmassent. Querebantur enim Eccl*esiast*ici proceres, suo regno & potentiæ præcipuum nervum esse subtractum. Sunt igitur perpetui instigatores Paschali, qui suâ sponte eam perfidiam moliebatur, ut Synodo convocatâ, fidem Imperatori datam publicè ac solemniter frangeret & retractaret. Peccatum enim esse dicebant ingens, ut refert Vispergensis, quod regem Heinricum, tyrannicum reipublicæ vastatorem & Ecclesiarum destructorem (sic enim contra magistratum loqui didicerant) Imperiali benedictione sublimasset, atq; insuper privilegio sacrilego condonasset.

Paschalis 2 publicè & solenniter retractat, quod paulo antè Cæsari iuramento & sacramento promiserat.

Locus autem ad hosce conatus perficiendos non visus fuit alius commodior, quã Roma, ubi Papa dominaretur.

Patres suum papam qua possunt reverentiâ incusant, imprudenter factum esse, quod regem Sacrilegum ad culmẽ Imperiale evexerit. Deinde pejus actum esse contendunt, quod eidẽ episcoporũ constitutiones privilegio solenni stabilierit, de quo quidem aliquot præcursores, usq; ad mortes & exilia decertarint.

Patres simulate & tanquam in comœdia suum Papã incusant coram concilio.

Sed pontifex miram humilitatem simulans, se coactum esse necessitate extremâ, queritur, atq; ea in parte majora pericula intercipere atq; amoliri voluisse.

Papa fatetur suum errorem & deprecatur

Peccatum igitur suum se non defendere, jamq; Synodi judicium de eo corrigendo expectare. Recitatur autem ab Vrspergensi & Heinrico Erfurdiensi ipsius oratio.

Quibus expletis, surrexit Gerardus Engelismẽsis episcopus legatus in Aquitania, & communi consensu domini Paschalis papæ totiusq; concilij, coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed verè debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum Ecclesiæ à Domino Paschali papa per violentiam regis Henrici extortum, nos omnes hoc in sancto concilio congregati, canonicâ censurâ & authoritate Ecclesiasticâ, judicio sancti Spiritus damnamus, & irritum esse judicamus. & omnino ne quid authoritatis habeat, penitus excommunicamus, &c.* Perlectâ chartâ, acclamabant omnes, Amen, amen.

Privilegiũ est pravilegium.

Henrico Imperatori datum privigelium abrogatur.

Addit Helmoldus cap. 41. ipsum præterea Imperatorem à limitibus sanctæ Ecclesiæ sequestratum esse, & Albertum Moguntinum totam Saxoniam, ad seditionem contra Imperatorem movendã, concitasse. Vrspergensis, Erford. Chron. Casinense lib. 4. cap. 47 Platina, Otto Phrising. lib. 7. cap. 14. VVilhelmus Malmesburiensis nomina recitat li. 5. c. 49.

Saxonia ab Alberto episc. concitata contra Imperatoreni.

LON-

LONDINI ALIA.

De Investitura.

Anno C. 1112.

Anshelmus anno Domini 1112. Lon dini Concilium agitat, quo decernit ex spiritu pontificio, quo imbutus erat, nullas Ecclesiasticas dignitates à manu laicorum sumendas. Matthæus Parisiensis.

Anshelmus adimit laicis ius conferendi Ecclesiasticas dignitates.

MOGVNTIÆ ALIA.

De Cæsaris excõmunicatione.

Anno C. 1115.

Non quiescit præsul Romanus, suis artibus cœlum terramq; quasi concitare adversus Imperatorem. Misso enim Dietericho seu Theodoro Cardinale, anno Domini 1115, excommunicationem in Imperatorem in concilio irrogatam, in Germania finit proclamari. Imperator igitur undique ab illis fædifragis in angustias summas redactus, Moguntiæ conventũ Imperij indicit, simul episcoporum consilia efflagitaturus. Sed Romanus papacæsar, atq; eius socij episcopi, tantis clamoribus principum aures obtuderant, minisq; excommunicationis à Synodo promulgatæ, quasi catenis quibusdã constrinxerant, ut ad eum conventum non venirent. Pauci igitur

Excommunicatio Imperatoris promulgatur in Germania.

episcopi Imperatori adsunt, trementes ad pontificia fulmina. Nec vero locus ipse deliberationis ab ipsis Moguntinis civibus Imperatori tranquillè relinquitur. Vrspergensis.

ROMÆ ALIA.

De Investitura & Excommunicatione Cæsaris.

Anno C. 1116. Quæ huius Synodi, celebratæ anno Domini 1116, occasio fuerit, jam est expositum. Cùm autem eius acta Vrspergensis commodissimè recitet, & prolixum sit, totam narrationem huic compendio inserere, eo lectorem remittimus.

Excommunicatio Cæsaris.

Aliæ Synodi Paschalis secundi.

Chronicon Bambergense commemorat, Paschalem, dum Imperator Romæ esset, denuò suos in Apulia convocasse, & Chronicon Casinense libro 4. cap. 56. tradit, illum iterum anno Christi 1117. Trojæ concilium celebrasse, & idem Chronicon libro eodem cap. 62. aliud eiusdem Romæ habitum commemorat concilium.

SUB GELASIO II.

CA-

CAPVÆ,
Contra Magistratum.

Gelasius II. in fastigium pontificale elevatus, mox in Cæsarem Henricum quintum cornua sumit. Capuæ igitur quantum potest suorum juratorum numerum contrahens, Cæsarem cum Antipapa Burdino, quem vocat idolum Cæsaris, damnat: inde in Gallias iter facit, anno Domini 1118. Vrspergensis.

Henricus quintus Cæsar à Gelasio II. Pp. damnatus.

VIENNÆ.

Capuâ per Campaniam in Burgundiam iter faciens Gelasius II. Viennæ in Galliis Synodum cogit, eaq; perfectâ, Cluniaci post dies paucos animâ efflat, anno 1119. Vrspergensis, Cuspinianus, Erfordiensis.

SVB CALIXTO II.
REMIS.
Contra Conjugia Sacerdotum.

Anno C. 1119.

Gelasius indixerat quidem Remis concilium, sed improvisa mors ipsi filũ vitæ abruperat. Successor itaq; Calixto 2. tempore præfinito Synodũ cũ episcopis

& abbatibus ibi celebrat, anno Domini 1119. Continuator Sigeberti.

Vxores æque ac concubinæ prohibentur.

Decretum autem tale ibi conditur: Presbyteris, diaconis, & subdiaconis, concubinarum & uxorum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem huiusmodi reperti fuerint, Ecclesiasticis officijs ac beneficijs priventur. Et si neq; has immundicias correxerint, communione careant Christiana. Chronicon Hirsaugiense.

COLONIÆ.

Contra Imperatorem.

Tota Germania à papa concitatur in Cæsarem.

A Gelasio missus fuerat in Germaniam legatus Cuno Prænestinus, ut contra magistratum in Rom. imperio summum omnia commoveret, & commisceret summa atque infima. Ad istum Calixtus mittit celeres nuncios, ut sine mora, quod in mandatis haberet, effectum daret. Indicta igitur Synodus Coloniæ, eò contrahit episcopos omnes, qui cum Papa conspirabant: idq; fit anno Domini 1119.

Anathema Cæsari in Synodo Coloniensi.

Res & acta sunt: Publicatio anathematis in Cæsarem decreti, ut omnes creaturæ papæ eam tum sciant, tum exequãtur. Neq; verò hic Cæsar vocatur, neq; auditur, neq; de pœnitentia cũ ipso agitur.

tur. Vrsper. genſis, Crantz. Saxon. lib. 5. cap. 40. Chronicon Saxonicum.

FRITESLARIÆ, Contra Magiſtratum.

Cuno ille Prænestinus legatus Pontificis eodem anno ſacratos viros Fritislariæ convocat, & voce ac authoritate Romani præſulis, Cæſarem cœlo exclusũ eſſe, pronunciat. Vrſperg Crantz.

TRIBVRIÆ.

Quibus turbis motus Henricus Imperator, & Germaniæ principes, Triburiæ, quam Friburgam nunc vocari ait Cranzius, epiſcoporum & principum conventum inſtituit: Sed victus Romani Pharaonis minis & fulminibus ſupplices illi manus tendere cogitur. Vrſperg. *Henricus Imperator cogitur Papæ ſupplex fieri.*

AD S. LVCAM.

Quâ famâ perceptâ Calixtus conventum ad S. Lucam indicit, in quo omne jus conferendi eccleſiaſticas dignitates Cæſari eripitur, & ſoli papæ adſcribitur. Vrſperg. Crantzius libro 5. cap. 40. *Cæſari omne jus eccleſiaſticum eripitur.*

NEAPOLI.

De Pœnitentia.

In urbe Samariæ Neapoli, Guaremundus patriarchia Hierosolymorum & Rex Balduinus concilium frequens convocant, anno Domini 1120. Causa ejus rei est pœna divina in Oriente grassans. Nam locustis & muribus frumenta consumebantur in agris, itaq; fames sævissima grassabatur. Huc accedebant prodigia in cœlo, & terræ motus crebri.

Frumentum locustis & muribus consumtum.

Acta Concilij sunt: peccata quibus Deus ad ejusmodi pœnas infligendas moveretur, corrigenda esse. Condunt autem viginti quinq; capita, ad disciplinam erigendam & conservandam necessaria. Ea in Archivis passim extare inquit Tyrius.

VUIRTZBURGI,

sive Herbipoli.

Contra Cæsarem.

Albertus omnem reuerentiam detrectat Imperatori.

Moguntinus præsul Albertus seu Adelbertus Romano papæ addictus, omnem Romano Imperatori reverentiam detrecta-

detrectabat. Itaq; Heinricus eum persequitur. Pelluntur & Spirenſis & Vvormacienſis ſuis ſedibus, quia in gratiam papæ nolebant Imperatori communicare. Sed Moguntinus duces Saxoniæ extimulat, ut arma contra Cæſarem iumant: & hiſce facibus accenſi Saxones, ante Moguntiam exercitui Cæſaris ſuas opponunt copias, neque procul aberat res à cruento prælio. Sed ſapientum quorundam interventu duodecim primates ex utraq; parte deliguntur, qui de rebus inter regnum & ſacerdotium, uti loquuntur ſcriptores, componendis conſultarent atq; ſtatuerent. Locus denominatur Herbipolis ſeu Vvirtzburg ad diem Michaëlis, anno Domini 1121.

Moguntinus armis Saxonum oppugnat Cæſarem.

Anno C. 1121.

Veniunt autem eò armati utraque pars, ac tandem conſultatio inchoatur.

Septimanâ integrâ controverſijs agitatis, ſancitur pax tali pacto, ut regalia vel fiſcalia regno, Eccleſiaſtica Ecclesijs, prædia ſpoliatis, hæreditates hæredibus manerent, & cuilibet perſonæ ſua tribueretur juſtitia. Vrſp. Crantz. lib. 5. cap. 41. Continuator Sigeberti, Erfordienſis.

Herpiboli pax ſancita inter eccleſiaſticos & politicos.

VVORE-

VVORMATIÆ, De Investitura contra Cæsarem.

Cùm Spirensis & Fuldensis Episcopi ex Italia redijssent, & legatos Papæ secum adduxissent, Vvormatiæ conventum indicunt, in quo Cæsar cogitur omne jus investituræ Pontifici cedere, sicut formula cessionis testatur apud Vrspergensem, & eadem de re Crantzius lib. 5. cap. 42. Otto Phrisingensis lib. 7. cap. 16.

Jus investituræ, Cæsari eripitur.

ROMÆ ALIA. De Monachis.

Anno Domini 1122. Calixtus Romæ concilium celebrat. Ibi verò episcopi querimoniam adversus monachos instituunt, quia jura episcoporum invadant, ecclesias, villas, castra, decimationes, vivorum & mortuorum oblationes occupent. Monachi contrà afferunt, se pro salute totius Ecclesiæ die noctuq; preces facere, eaq; tenere, quæ reges, principes, duces & Romani pontifices concesserint.

ROMÆ ALIA.

Contra

Contra Conjugia Sacerdotum.

Anno C. 1123.

Calixtus 2. Romæ conventum agens trecentis episcopis, anno Domini 1123, Hildebrandi statutum de separandis honestis uxoribus à sacerdotibus repetit. Deinde & alia decreta è scrinio sui pectoris ebuccinat.

Conjuges prohibitæ.

SUB HONORIO II.

LONDINI ALIA.

Contra Conjugia Sacerdotum.

Anno Domini 1125, vel ut Matthæus Parisiensis habet, 1128, ab Honorio 2. in Angliam mittitur Iohan. Cremonensis.

Londini tandem fit conventus celebris, permittente rege, ad nativitatem Mariæ. Durissimè autem legatus invehitur in sacerdotes uxoratos, & deinde in concubinas, omniq; ratione tales esse castigandos pronunciat. Opponunt autem sacerdotes verbum Dei, observationem priscæ Ecclesiæ, & conscientiarum rationem. Verùm ille ut didicerat ululare, ululat. Eam tyrannidem portò indigne ferentes nonnulli ex sacerdotibus, jam antè odorati cardinalem esse hominem impurum & semicæcum, obser-

Iohannes Cremonensis Cardinalis in stupro deprehensus.

observant ejus mores, atque mox eum cum scorto deprehensum, publice flagitiosum arguunt, atq, indignum post hac censent, qui in aliorum vitam inquirat, ipsemet inquinatissimè & scandalosissimè vivens. Cardinalis autem veluti fur in cista deprehensus, fabulaq; vulgi effectus, discedit, simulans papæ literis sese revocari.

MOGVNTIÆ alia.

Conventus episcoporum agit de electione Cæsaris.

Conventus principum potius quàm Synodus dici meretur hic cætus, ubi de electione Cæsaris Lotharij actum est, Heinrico quinto rebus humanis sublato. Otto Frisingensis lib. 7. cap. 17.

APVD CRETAS,

De fratribus militiæ templi.

Anno C. 1126.

Anno 1126, apud Cretas in Francia concilium habitum est, in quo instituta

Cistertiensis ordo institutus.

est Cisterciensibus regula, & habitus assignatus, albus videlicet, de mandato domini Honorij papæ, & Domini Stephani Hierosolymitani patriarchæ. Tyrius lib. 12. cap. 7.

TOLO-

TOLOSÆ.

Calixtus Tolosæ Concilium celebrat cum cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, prælatis, anno Domini 1128. Sunt autem omnes damnati, qui religionis speciem præ se ferentes, corporis & sanguinis Sacramentum, baptisma parvulorum, ordines sacros, & legitima fœdera damnabant nuptiarum. Deinde laicis sub pœna excõmunicationis interdicta est invasio domorum clericorum, oblationum, & bonorum defuncti episcopi. Iohannes de oppido inquisitor Tolosanus.

VIENNÆ.

Contra Latronem.

Ludovico Grosso Galliæ sceptra tenente, Thomas de Marla Landunensem ecclesiam, clerum & urbes magnis injuriis afficiebat. *Thomas de Marla invasor bonorum ecclesiæ.*

Viennæ igitur clerici conventum cum Francicis sacerdotibus celebrant, cui & legatus pontificius sese ingerebat.

Exitus deliberationis est, quòd Thomas omni exuitur militiæ dignitate. *Thomas de Marla damnatur.*

Deinde

Deinde excommunicatur horribiliter. Tertiò Ludovicum orationibus extimulant, ut contra latronem arma suscipiat: qui quidem eum adortus, recuperat ablata bona, & latronem debito supplicio afficit. Robertus Ganguinus lib. 6. de Francis.

SUB LOTHARIO.

LONDINI.

De Conjugibus Sacerdotum.

Henricus Angliæ rex Londini Calendis Augusti, anno Domini 1129. magnum convocavit concilium, præsentibus duobus archiepiscopis, viginti episcopis, quadraginta abbatibus. Prælati iterum jam sæpius agitatam controversiam in medium proponunt, de removendis è sacerdotum domibus focarijs. Sic enim contumeliosè conjuges tum vocabant. Rex verò facetè ipsis illudit. Accepto enim ex pacto censu, permittit eis liberè conjuges retinere, in derisum prælatorum, qui potius fornicationes, quàm conjugalem cohabitationem tolerabant. Matthæus Parisius lib. 3. Chron.

Conjuges appellantur focariæ.

Henricus Rex Angliæ contra edictum Papæ permittit conjuges sacerdotibus.

SUB INNOCENTIO II.

APUD

APVD CLARVM MONTEM.

Contra Antipapam.

Innocentio 2. capto in bello, quod apostolico more, & tanquã germanus Christi vicarius, aduersus Siciliæ regẽ movet, antipapa Petrus Petri Leonis filius, Anacletus appellato, in soliũ pontificale sublimatur. Itaq; juxta illud, Omnisq; potestas impatiens consortis erit: liberatus captivitate, & exclusus jam Romã ob antipapam, illico in Gallias iter arripiens, apud Clarum montem bilem expuit. Convocatis enim quos poterat præsulibus, grandibus anathematum fulminibus in antipapam & eius sectatores fævit. Sic papa papam damnat & execratur. Nam Anacletus Romæ idẽ factitat, anno Domini 1130. Platina, Otto Frisingensis lib. 7. cap. 18. Chronicon Bambergense.

Innocentius II. capitur in bello.

Innocentius in Anacletum Antipapam fulmina eiaculatur, & Anacletus vicissim in illum.

APVD STAMPAS.

De Papa.

Concilium apud Stampas congregatur, in quo Bernhardus persuadet, Innocentium approbari papam, Petro antipapa repudiato. Vincen. lib. 27. cap. 6. Item in vita Bernhardi, lib. 2.

REMIS.

Contra Antipapam.

Anno C. 1131.

Excluſus Romanâ cathedrâ Innocentius, veluti corvus cum corvo de ſede dimicat cum Anacleto: Leodij autem in Germania Imperatorem adigit, ut juramento ſibi polliceatur, ſe ipſum reſtituturū. Atq; ibi quoq; conventū epiſcoporū habuiſſe Innocentium, Otto Phriſingenſis refert lib. 7. cap. 18. & Mariani Scoti appendix. Rediens igitur in Gallias, quocunq; venit, irarum plenus quaſi denſum pulverem pedibus excitat. Remis ſuæ factionis hominibus congregatis, fulmina & execrationes in antipapam ejusq; complices iterat atq; exaſperat, anno Domini 1131. Platina, continuator Sigeberti.

PLACENTIÆ.

Contra Antipapam.

Innocentij anathematum fulminator.

Animis præſulum vbiq; ſibi conciliatis & adjunctis, jiſdem irarum ſtimulis ardens Innocentius, Placentiæ ſibi ſimilem cætum colligit, atq; ibi quoq; tonitrua plurima contra antipapam Anacletum eiuſq; aſſeclas omnes ebuccinat horribilibus verbis, Platina.

PISIS

PISIS.

Contra Antipapam.

Interim dum sibi fulminibus anathematum passim viam sternit Innocentius secundus, pavidasq; damas suo horrisono clangore literarum iratissimarum terrefacit, atque pene exanimat, Lotharius cum exercitu valido, non sine litatione sanguinis humani, Innocentium suæ sedi restituit. Deinde radicibus ubique profunde satis actis per glaudium seculare, Pisis concilium gloriose convocat: ubi primùm ipse omnium suffragijs comprobatur papa.

Lotharius restituit Innocentium suæ sedi.

Deinde ab omnibus Germaniæ & Galliæ episcopis Anacletus ille anathematisatur. Tertiò Pisanos cum Genuensibus in gratiam redigit, atque ex Genuensi episcopo, qui Mediolanensi archiepiscopo subditus erat, archiepiscopum efficit, traditis ei tribus Corsicæ episcopis. Pisanis quoque archiepiscopum dat, reliquis Corsicæ episcopis ipsi attributis. Sic scilicet ille regna sua distribuit, quibus vult, Matth. 4. anno 1135. Platina, Continuator Sigeberti.

Genuensis archiepiscopatus incipit.

HERBIPOLI.

Extincto Honorio, cùm duo essent electi pontifices, Herbipoli à Lothario congregata est Synodus sedecim episcoporum, in qua recipitur Innocentius in pontificem, circa annum 1136. Saxon. Chron. lib. 7. Monst.

SUB CONRADO III. ROMÆ.

Anacleto ad suos antecessores relato, Innocentius 2. acer & vigilans in suo dominatu & eminentia asserenda, aliam Synodum Romæ in Laterano cogit, anno Domini 1138, alij in 1139. referunt, alij etiam in 1142. & 1144. Vrspergensis & Phrisingensis ferè mille episcopos ibi congregatos fuisse, scribunt. Nam vivum papæ tangebatur, quod dici solet.

Romanus Senatus vult Papã ecclesiasticas saltem curare.

Causam verò præcipuam ipsi papæ, magistratus Romani conatus præbuêre. Nam antiquæ dignitatis cupidi, consules atq; Senatores veteri more legerunt, atq; jus dicere voluerunt hoc pacto, ut papæ saltem Ecclesiasticarum rerum cura, hoc est, doctrinæ & sacrorum incumberet:

beret: Sibi verò politica negotia, prout essent jure divino atq; humano eæ potestates distinctæ, sumebant tractanda. Id verò erat pupillam papæ tangere. Itaq; rudendum atque rugiendum sibi contrà, non modo tota trachea arteria, sed omnibus totius corporis inflatis venis, existimabat.

Primùm autem omnes, qui partibus Petri Leonis faverant, quiq; ab eo ordinati erant, damnantur. Vrspergensis, Otto Phrisingensis, libro septimo capite 23.

Deinde verò, contra nefarios magistratus Romani politici ausus, decreta stabiliuntur.

Manus injicientes homini Ecclesiastici ordinis sic anathematis maledicto astrinxit, ut, præter pontificem Romanum, nemo haberet potestatem absolvendi eum in vita. Cùm verò animam agere cæperit, eadē potestas & suæ diœcesis episcopo est concessa. 17. q. 4. cap. Si quis, suadente.

Ad cleri ordinem non admittendos esse etiam eos, qui ante baptismum viduam duxêre, quòd bigami censeantur. Dist. 34. cap. Si quis. *Bigami ad clerum non admittendi.*

Qui duxêre duas virgines, unam

Bigami vocantur, qui duas virgines deinceps duxissent.

ante baptismum, alteram post baptismum, bigami quia sunt, non esse annumerandos clericis. Distinct. 26. cap. Deinde.

Scienter ab hæreticis baptizatos vel ordinatos, non esse dignos clericorum ordine. 1. q. 1. cap. Ventum.

Pontifex non potest mutare pie & iustè decreta.

Pontificem non posse ea pro suo arbitrio mutare, quæ piè & justè decreta sunt: sed quæ dispensatorie pro ratione temporis, loci & necessitatis ordinata, & quæ subreptitia sunt, propter utiles rationes posse ea mutare. 35. q. 9. Blondus.

VVEST MONASTERII.

Contra Conjugia Sacerdotum.

Albericus Hostiensis episcopus, ab Innocentio 2. in Angliam missus, VVestmonasterij concilium convocat, anno Domini 1138, Decemb. 13, præsentibus episcopis 18, & abbatibus 30.

Coniugia damnata.

Primùm autem conjugia Sacerdotum severissimè damnantur. Iohannes Hagulstadiensis.

Hostia consecrata quã diu in pixide seruanda.

Deinde ordinatur, ne hostia consecrata ultra octiduum in pixide relinquatur. Matth. Parisiensis lib. 4. Chron. Collo-

Colloquium Græcor. & Italor.

De processione Spiritus S.

Dum Lotharius in Campania moratur, turbas Casinensis monasterij sedans, anno Domini 1138, legati Iohannis Constantinopolitani veniunt ad Imperatorem, congratulantes ei de victoriâ cõtra Rogerium, & munera benevolentiæ argumenta offerentes. Philosophus autem quidam unà veniens, coram Imperatore asseverare cœpit:

Græcus Rom. Pontificem negat esse episcopum.

Romanũ pontificem episcopum non esse. Item: clericos Romanos excommunicatos & anathematisatos esse.

Petrus verò Casinensis monachus cœpit eum refutare: cumq; nox disputationem abrumperet, Imperator ea collatione plurimùm delectatus, iubet utrosq; postridiè disputationem cœptam continuare.

Petri Casinensis colloquium cum Græco.

Altero die sic Græcus incipit fari: Viri cordati & bono sensu præditi, attendite, & in vestræ mentis solio æquâ librâ perpendite, an debeat catholicus cum excommunicato conferre sermonem. Petrus Diaconus existimans, Græcum contra se jaculum excommunicationis intorsisse, dixit:

Romani habentur à Græcis excommunicati.

Contra quem telum excommunicationis acueris, si placet, edicito: contra me, an contra omnem Ecclesiam? Græcus: Et contra te, & contra omnem Occidentis Ecclesiam. Petrus; Cur quæso? Græcus: Quia decreta Niceni concilij transgressi estis. Petrus: In quo transgressi sumus statuta Niceni Concilij? Græcus: In eo, quòd adjunxistis, Spiritum sanctum à filio quoq; procedere. In eo quippe concilio scriptum est, Spiritū sanctum à Patre procedere. Petrus: si nos ideo excōmunicati sumus, quia adjecimus, ex filio procedere Spiritum sanctum: & vos ergo excommunicati estis, qui addidistis ex solo Patre procedere. Ad hæc Græcus obticuit, atq; post paululum ita exorsus est alloqui: In Occidentali climate propheticum illud videmus impletum: Erit ut populus, sic Sacerdos: cùm pontifices ad bella prodeunt, ut papa vester Innocentius facit, pecunias distribuunt, milites congregant, purpuram induunt. His & alijs multis inter utrumq; agitatis quæstionibus, diei imponunt finem. Idem sua Petriq; responsa in Græcum transtulit, Imperatori & Patriarchæ deferenda. Authoritates quoq; , per quas Græci uxo-

Vtrumq; in Symbolo non habetur, tū quod Spiritus sanctus à Filio, tum quod à solo patre procedat.

Invectiva græci in depravatos mores Romanensium.

res

res in sacerdotibus defendebant, Petro tunc in scriptis dedit. Chronicon Casinense lib. 4. cap. 117. Idem recitat Sabellicus Ennead. 9. lib. 4.

Disputatio Constantinopolitana cum Græcis,

DE PROCESSIONE SPIritus S. aliis q. rebus,

Inter Anshelmum Havelbergensem, Saxonicum episcopum, & Nechitem Nicomedium archiepiscopum.

Anshelmus Havelbergensis anno 1138. missus à Lothario Imperatore, ad Calojohannem Orientis Imperatorem Constantinopolim, sæpius cum ipso Imperatore & viris eruditis, de veteri Græcorum errore contulit. De sententia itaq; Calojohannis, & ipsius Patriarchæ Constantinopolitani, visum est conventum indicere in basilica S. Sophiæ, in quo de re ista amplissima sermones conferrentur. *Anno C. 1138.*

Decimo igitur die mensis Aprilis frequentes eò conveniunt, quos Imperator *Anshelmi Havelber-*

genſis cum Nechita græco colloquium de proceſſione Spiritus ſancti.

vocârat. Fit autem collatio per interpretes, qui integras ſententias recitant; & notariis hoc datur negocij, ut ſummâ diligentiâ excipiant omnia.

Propoſitio autem & ſcopus ab Anshelmo ſtatuitur talis: *Nos ſequentes ſanctam & Apoſtolicam doctrinam, credimus & docemus, patrem, filium & Spiritum ſanctum unum Deum in ſubſtantia, trinum in perſonis. Credimus etiam Patrem ingenitum, filium à patre genitum, Spiritum ſanctum ab utroq; Patre ſcilicet & Filio, procedentem: hoc credimus & docemus. Anshelmus lib. 2. cap. 1.*

Nechitæ autem propoſitio ejusmodi eſt: Credimus & docemus, Patrem eſſe principium Filij, quem genuit: & eundem Patrem SOLUM *eſſe principium Spiritus ſancti, qui ab ipſo* SOLO *procedit.*

Quibus porrò rationibus Nechita Græcus in aſſerenda ſua ſententia ſit uſus, & quo pacto ab Anshelmo ſint refutatæ, id è libro 2. Anshelmi Havelburgenſis peti poteſt: quemadmodum etiam ea, quæ de ritibus Græcorum, de Romani epiſcopi principatu, deq; fermentato in Sacra Cœna pane in eo colloquio diſputata fuerunt, libro 3. annotata reperiuntur.

SVES-

SUESSONE,
Contra Petrum Abailardum.

Petrus Abailardus philosophus insignis pholosophicis terminis res Theologicas efferebat, novasq; loquendi formulas gignebat: quam quidem ob causam à plurimis reprehendebatur. Sed cùm alios doctrinâ & ingenij acumine excelleret, cedere noluit. Tandem igitur provincialis Synodus apud Suessionas contra eum agitatur, præsente legato Romani præsulis, anno Domini 1140.

Petrus Abailardus philosophicis terminis theologiam contaminat.

In primis verò ab Alberico Remense & Lentaldo Novariense Sabellianus hæreticus judicatur: libros quos ediderat propriâ manu ab episcopis igni tradere coactus est, nullâ sibi, ut inquit Otto, respondendi facultate, eò quod disceptandi in eo peritia ab omnibus suspecta haberetur, concessâ. Hæc sub Ludovico seniore Francorum rege accidere. Otto Phrisingensis lib. 1. de Friderico cap. 17.

Anno C. 1140.

APVD SENONAS.
Contra Abailardum.

Denuò

Bernhardus Abailardum convincit.

Denuò verò idem M. Petrus Abailardus apud Senonas in concilio præsente Ludovico rege, Theobaldo Palatino comite, & alijs nobilibus, à Bernhardo Clarevallensi abbate convincitur, cujus inter alia hæc de ipso sunt verba: *Petrus Abailardus Christianæ fidei meritum evacuare nititur, dum totum quod Deus est, humanâ ratione conatur comprehendere. Ascendit usq; ad cælos, & descendit usq; ad abyssos. Nihil est quod lateat eum, sive in profundum inferni, sive in excelsum suprà. Homo est magnus in oculis suis, disputans de fide contra fidem, ambulans in magnis & mirabilibus super se, scrutator majestatis, hæresium fabricator. Iamdudum fecerat librum de S. Trinitate: sed sub legato Romanæ Ecclesiæ igne examinatus est, quia inventa est in eo iniquitas. Maledictus qui reædificat ruinas Hiericho.*

Hominis nimium Sapientis in theologia luculenta pictura Bernhardi.

Otto Frisingensis lib. 1. de Friderico, capite 48. & 49. Vincentius lib. 27. cap. 83. Antoninus titulo 17. capite 1. parte 5. Chronicon Hirsaugiense, Continuator Sigeberti, Bergomensis libro 12. Platina refert sub Lucium 2. Antoninus tit. 7. cap. 1. §. 5. Sabell. Ennead. 9. lib. 4.

Dispu-

Disputatio Constantinopolitana, inter Manuelem Constantinopolitanum Imperatorem & suos Theologos,

DE DEO INCARNATO, & de Deo Mahometico.

Scribit Nicetas, Manuelem Comnenum Constantinopolitanum Imperatorem, sui fastigij elatione aulicorumque inflatione, etiam in sacrosanctam Theologiam plurimum sibi potestatis sumsisse, adeò ut Theologis suas sententias dictare, eosq; cogere ad assensum, si sponte sua non vellent, auderet. Libet autem narrationem ex ipso authore subijcere. *Manuel Comnenus Imper: illo tis manibus theologiam aggreditur.*

Hic quidem Imperator, inquit, naturâ facundus, & suavu sermonis affluentiâ ornatus, non elegantes tantùm epistolas scribebat, sed & religionis institutiones parturiebat, ac publicè declamabat. Tandem etiam de divinis dogmatibus & ipso Deo disserebat. Sæpe etiam dubitationem præ se ferens, quæstiones è scripturis proponebat, earumq; solutiones, eruditis omnibus convocatis, requirebat. Quamquam in his etiam laudari potuisset. nisi curiositate

Manuel Comnenus audax disputator in theologia.

sitate ingenij eas etiam quæstiones agitasset, quæ attingi se nullo modo patiuntur: aut saltem omissa pertinaciâ, scripturarum sententiam in multis ad suam opinionem novis interpretationibus non accommodasset, veris declarationibus Veterum repudiatis, quasi ipse totum Christum comprehendisset, & ab ipso de naturâ ejus dilucidiùs ac divinius edoctus esset.

Ortâ igitur quæstione de illo dicto, quo dicitur, incarnatum Deum simul & offerre & offerri: & eruditis inter se dissentientibus, disceptatio longo tempore est extracta, multis & confirmationibus & confutationibus utrinq; allatis. Verum Imperatore piæ & veræ sententiæ post solertem controversiæ explicationem assenso, adversarij loco moti sunt, ut perperam sentientes, Hypopsephius Theopolitanus, Sotericus Panteugenus Antiochenus, Dyrrachynus Eustathius, Michael Thessalonicensis Concionator, Nicephorus Basilaces, qui Paulinas epistolas interpretabatur, & lumine eloquentiæ, Apostolicorum scriptorum obscuritatem altissimo spiritu refertam illustrabat. Aliquot annis post quæstione de Deiho-minis dicto, PATER MAIOR EST ME, propositâ, parum curatis patrum explicationibus, ijsq; varijs, & ad controversiæ explicationem & declarationem sufficientibus, suas interpretationes attulit, easq; pertinaciter defendit, &c.

Ejusdem generis illud etiam est, quod Manuel sub finem vitæ fecit. Extat inter cæteras catecheticæ

ticæ tabulæ sanctiones anathema in Machometi Deum, quem nec genuisse, nec genitum, sed cæ tabulæ ὁλόφυσον, id est, totum malleis fabrefactum esse affirmat. Id anathema ex omnibus catecheticis libellis aboleri voluit, ab ipsa magnæ Ecclesiæ tabula auspicatus, idq; ratione probabili scilicet. Ajebat enim, blasphemijs in Deum qualibuscunq; offendi Agarenos, qui ad piam nostram religionem deficerent. Resistentibus autem episcopis, nihilominus tandem Imperator obtinvit, ut anathema a DEO Mahometi, in ipsum Machometum, & omnem ejus doctrinam & sectam, in catecheticis libellis transferretur. Nicetas.

in Constantinopolitana ecclesia.

Deus Mahometi est ὁλόφυσον.

Anathema non in Deum Mahometi sed in Mahumetum stringendum.

ANTIOCHIÆ.

Contra Patriarcham.

Radulphus Antiochenus dejicitur à Papa.

Radulphus patriarcha Antiochenus quosdam falsos fratres, ambitione accensos, habet adversarios. Hi verò nunquam quiescunt, donec accito Romani papæ legato, eum de culmine isto dejecerunt, & prostraverunt penitus.

Anno C. 1145.

Missq; itaq; Albericq; Hostiensis episcopq, Synodũ Antiochiæ instituit, anno Domini 1145. Acta verò sic exponit Tyrius:

Dic

Die ergò præfixâ, residentibus Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ex more in ecclesia principis Apostolorum, & pontificalibus indúti, præsidente Domino legato, & vires domini papæ obtinente, lectus est in publico mandatorum domini papæ tenor. Quo perlecto, diligentius & plenius cognito, prodierunt in publicum accusatores, Arnulphus & Lambertus archidiaconus: paratos se dicunt, secundum juris regulas, porrectis libellis accusatorijs, ad accusandum procedere, & subire, si deficiant, talionem. Erant autem capitula, super quibus proposuerant eum impetere, schedulis inscripta. Quædam de enormi & indisciplinato, & contra regulas sanctorum patrum, ejus in patriarchatum introitu. Quædam de ejus incontinentia & operibus Simoniacis.

Antiochenus episc: accusatur.

His instanter postulantibus, ut se præsentem exhiberet, mittuntur qui ad Synodum solenniter invitent, &, ut ad objecta veniat responsurus, moneant: qui omnino venire recusavit: cumq; aliquoties vocatus venire nollet, ibi legatus de domini principis confisus patrocinio & viribus, in palatiũ ascendit, ibiq; latâ in eum depositionis sententiâ, annulum & crucem compulit violenter resignare. Inde jubente legato, principi traditus, & vinculis miserabiliter alligatus, tanquam vir sanguinum ignominiosè tractatus, apud monasterium sancti Simeonis, juxta mare in monte eminentissimo situm, carceri mancipatus est.

Antiochenus præsul miserè tractatus.

In

In eadem homicidarum congregatione Serlo et- iam Apamiensis archiepiscopus, qui antea de accusatorum numero fuerat, pœnitentia ductus in choro chiepiscopo pontificum sine veste sedebat nuptiali, (non enim excommunicatus, cur pontificalem tunicam non haberet, nec ad quod suum accusandum procederet, interrogavit: Sed cum ille, patriarchā pœnituisse se commissi in patriarcham criminis diceret, ideoq; seipsum expoliatione sui ornatus in publico hoc conventu punire voluisse, ibi legatus illum egredi jussit, continuoq; fulmine excommunicationis & depositionis ab omni archiepiscopali dignitate insecutus est, quæ res indignissima tanto illum mœrore affecit, ut Antiochia in suam diœcesim regressus curarum mole, quam ferre nequibat, obrutus expiraret. Tyrius lib. 15. cap. 16. 17. Serlo Apamiensis archiepiscopus non vult accusare.

PARISIENSIS.
Contra Gilbertum.

Gilbertus Porreta episcopus Pictavienſis Abailardi ſubtilitatem ſecutus, quædam de S. Trinitate ſubtilius, intricatius, & periculoſius ſuis in ſermonibus protulerat. Duo itaq, eius archidiaconi Arnoldus & Calo cum eo certamen inſtituunt, ac res eò usq; progreditur, donec ad pontificem Romanum deveniat, qui Synodum eam ob cauſam Gilbertus Porreta invenit novas ſubtilitates in theologia.

Parisiis indixit, & ipse præsedit. Sed cùm per aliquot dies disputatum esset, pontifex causæ difficultatem perpendens, in Concilium generale, quod Remis indictum erat, differendam censuit. Otto Phrisingensis lib. 1. cap. 46. 50. & sequentibus.

REMENSE CONCILIUM.

Evoluto igitur tempore, Remis eâdem de re concilium Vniversale, præsidente Papa Eugenio, & præsente Bernhardo Abbate Clarevallensi, est habitum, in quo tamen nihil definitum est, ob disputationis subtilitatem, quæ patrum sensum & captum effugiebat: Vnde etiam Otto Phrisingensis nescit, utrum Bernhardus ex humana fragilitate deceptus fuerit, an verò episcopus suâ facundiâ & disputandi subtilitate effecerit, ut judicium ecclesiæ effugeret.

Subtilitas disputationis Gilbertinæ fugit captum patrum & Bernhardi.

Notanda verò est Cardinalium ἀξίωσις, quâ Eugenium in eo consessu compellarunt & coëgerunt, ut Gallicanis ecclesiis prohiberet Symbolum scribere & edere: *Scire debes, inquiunt, quòd à nobis, per quos tanquam cardinales universalis Ecclesiæ volvitur axis, ad regimen totius Ecclesiæ promotus, à privato*

Cardinalium authoritas.

privato universalis pater effectus, jam deinceps te non tuam, sed nostrum potius esse oportere, nec privatas & modernas amicitias antiquis & communibus præponere, sed omnium utilitati consulere, Romanæq; curiæ culmen ex officij tui necessitudine curare & observare debere, &c. Otto Phrisingensis lib. 1. de Friderico, cap. 55. 56. 57. Vincentius lib. 27. cap. 86. Continuator Sigeberti, Antonius titulo 17. cap. 1. §. 7. Nauclerus generatione 39. Item in vita Bernhardi lib. 3.

Cardinales imperant Pontifici.

PAPIENSIS.

Sub Friderico I. Barbarossa & Hadriano.

Cùm Hadrianus IV. ejus nominis pontifex ad suos patres concessisset, duo inter se vultures de pontificatu digladiari cœperunt, Octavianus & Alexander, dictus Rolandus. Cæsar suarũ partium esse ratus, obortas in Ecclesia lites ocyus componere, concilium Papiæ indicit, eoq; utrumq; evocat, sed Alexandro venire recusante, Octavianum de sententia concilij Romanum præsulem renunciat, & Alexandrum abdicat. Continuator Phrising. Volaterr. lib. 13. Egnat. Appendix, S. Aurelij Vict.

Octavianus & Rolandus de pontificatu dimicant.

Anno C. 1160.

AD CLARVM MONTEM, Contra Magistratum.

Rolandus excommunicat Imperatorem & Octavianū Pp.

Alexander tertius apud Clarum montem suarum partium episcopos congregat, anno Domini 1160, cum hisce anathema in Imperatorem & Octavianum antipapam ebuccinat. Nam Papiensi concilio ejusq; decreto offensus, extrema sibi tentanda esse putavit. Platina, Bambergensis historia.

HERBIPOLI ALIA. De Antipapa.

Guido Cremensis Antipapa.

Herbipoli sive VVirtzburgi Synodus agitatur mense Maio, qua Guido Cremonensis in antipapam ordinatur ab Imperatore Friderico, anno Domini 1160, præsentibus Archiepiscopis, episcopis, & alijs. Fit senatusconsultum, nullum posthac fore pontificem maximum, nisi qui more majorum, consensu Imperatoris creetur, atque nuncius duntaxat Christi, successorq; Petri, non etiam Cæsareæ potentiæ pertinax æmulus esse velit. A singulis exactum juramentum, haud alium aut recepturos, aut passuros pontificem maximum perpetuò, etiam

Papam non esse creandum absq; Imperatoris consensu.

iam mortuo Imperatore. Sacramentũq; primus dixit Christianus Moguntinus pontifex designatus. Aventinus lib. 6. Annal. Bojorum.

TVRONI.

Contra Antipapam.

In octavis Pentecostes, anno Domini 1164. Alexander 3. Turoni concilium agitat, in quo fulmina in Octavianum eiusque complices iterum ejicit. Contin. Sigeb. Concilij decreta VVilhelmus Neuburgens. recenset, lib. 2. c. 5. *Anno C. 1164.*

COLLOQVIVM GERMANORUM & Græcorum, de processione Spiritus sancti.

Anno Domini 1172, Henricus Leo dux Saxoniæ Hierosolymam instructissimo exercitu proficiscens, Constantinopolim venit: ubi eruditi Germani cum literatis Græcis collationem instituerunt, de processione Spiritus sancti, quæ descripta est ab Helmoldi continuatore cap. 5. *Anno C. 1172.* *Germani cũ Græcis de processione Spiritus S. loquuntur.*

Concilium Lateranense sub Pontifice Summo Alexandro III.

Anno C. 1180. Alexander III. Pp.

Alexander III. Pontifex anno ab Incarnatione Dn. M. C. L XXX. concilium Romæ in Laterano convocavit, anno pontificatus sui X X, menſe Martio, die 2. menſis, in Baſilica, quæ appellatur Conſtantiniana, 280. epiſcoporũ.

In prima parte eius Concilij actum eſt de Electione ſummi Pontificis, ſicut illud decretum ſub nomine Nicolai Papæ adſcribitur diſt. 23. cap. In nomine. Deinde conditi alij canones 26. qui paſſim in decretis allegantur.

Decreta Lateranenſis concilij ſub Alexandro III.

In ſecunda parte actum eſt de Simonia, & ne merces pro Eccleſiæ conſecratione recipiatur.

In tertia, de dolo & contumacia alterius partium puniendâ. Quarta, de decimis præſtandis. Quinta, de conjugatis & ſponſis monaſteriũm ingreſſis vel ingredi volentibus. Sexta de ſponſalibus & matrimonio contrahendo, vel jam contracto. Septima, de poteſtate judicum delegatorum. Octava, de teſtibus cogendis. Nona, de ſecundis nuptijs. Decima, de appellationibus. Sed operæ precium non eſt, reliquas partes, quarum quadraginta, præterijſtas ſuperſunt, recenſere: cùm illæ his ſint ſimiles, de rebus partim monaſticis, partim forenſibus.

Poſſunt ea in ſecundo tomo Conciliorum aſpici à fol. 871. usq; ad fol 944.

Platina inquit, hoc concilium eſſe ſuſceptum, tum ut mores curiæ, jam nimiâ licen-

licentiâ labefactati, corrigerentur: tum verò maximè, ut decerneretur, ne quis ferrum, ligna, aut arma infidelibus, & à religione nostra alienis importaret, idque sub anathematis pœna.

CAPVT XIII.

De Synodis decimæ tertiæ Centuriæ post Christum natum.

SVB PHILIPPO ET OTTHONE IV. IMP.

Sub Innocentio III. Papa.

IN SCOTIA.

De Inauguratione Regis & festo Sabbathi.

Sub annum salutis 1203. VVilhelmus Scotiæ rex primorum regni sui concilium cogit, in quo universos filio Alexandro trimo homagiũ præstare iubet. Intervenit & Romanus quidam legatus, ensem galerumq; purpureum, indulgentias & privilegia novello regi adportans. Decretum ibi etiam est, ut dies Saturni à duodecima hora meridiei sacer *Anno C. 1203.*

Dies Saturni ab hora duodecima sacra esse decernitur.

esset, neq; quisquam res profanas, quemadmodum festis diebus vetitum erat, exerceret: idq; campanæ pulsu populo indicaretur, ac postea sacris operam darent, concionibus interessent, vesperas quas vocant, audirent, idq; usq; in diem lunæ facerent, constitutâ adversus contempores gravi mulctâ. Boëtius lib. 13. Scotus.

RADINGÆ IN ANGLIA.

De Rapina papæ.

Anno C. 1206.

Anno 1206, Iohannes Ferentinus Legatus in Angliam veniens, eamq; perlustrans, magnam pecuniæ summâ congessit: & tandem, ne nihil feciſſe in spiritualibus videretur, Radingæ concilium celebravit. Quo peracto, sarcinulis cum magna cautela dispositis, festinus ac repentinus viator Romam remeavit. Matthæus Parisiensis.

Pontificius Legatus aurum auffert ex Anglia.

IN HISPANIA.

Contra Albigenses, de propagatione verbi.

Anno C. 1270.

Ablegabat Innocentius Papa cum Petro suo quodam legato, 12 Cistercienſis

sectæ

sectæ abbates in Albigensium terram, ut in viam eosdem suâ prædicatione reducerent. Illi convocato archiepiscoporũ, episcoporum, aliorumq; concilio, simul deliberant, quâ viâ res incœptanda esset. His deliberationibus supervenit & Oxoniensis episcopus, adducens in suo comitatu Dominicum.

Rogatus autem sententiam, respondit: Non pompa illa externa, qua insignes essent episcopi, sed potius verbi prædicatione & vitæ integritate ad eam rem opus esse. Ac ut cæteris suo exemplo præiret, quoscunq; habuit itineris comites cum equis, curribus, omniq; apparatu domum remisit, ipse cum paucis clericis pedes discurrit, prædicationisq; opus strenuè peregit. Vincent. lib. 29. cap. 93. Antonius tit. 19. cap. 1. §. 3.

Pompa episcoporum damnatur.

ROMÆ.

Fulmen papale, contra Imperatorem Otthonem IIII.

Postquam Augustus salutatus esset Ottho IV. publicâ solennitate per Innocentium, inter Cæsareanos & Romanos cives tumultus excitatur, quo ipse Imperator urbe pellitur. In Apuliam au-

Anno C. 1210.

Papa in Ottonem IV Cæsarem anathemata stringit.

tem profectus, plura oppida, quæ Romanæ parebant Ecclesiæ, subigit, Siciliamq; suæ ditioni adducit. Papa cùm ferro nihil posset, anathemate in concilio Romæ coacto Imperatorem ferit, eiq; Imperium adimit, cunctosq; ab obedientia ipsi præstanda eximit, anno 1210. Bergomensis, Palmerius. Nauclerus ad an: 1212. refert.

PARISIIS, *Contra Almerici sectatores.*

Anno C. 1210.

In Concilio Parisiano, anno 1210. coacto, Almerici sectatores, quos Radulphus quidam clericus, eidem sectæ se addictum simulans, magno studio exploraverat, hæreseos convicti sunt. Sacrisitaq; ordinibus spoliati, & magistratui traditi, extra portam in campis exuruntur. Ipse verò Almericus, cujus hæresis jam post obitum detecta fuerat, per eosdem episcopos tum congregatos damnatus, ex terra vicissim eruitur, ossa & cineres passim per sterquilinia dispergunturVincent. l. 29. c. 107. Rudiment. novitiorum: Nauclerus volum. 2. generatione 40.

Almerici sectatores convicti hæreseos.

SUB FRIDERICO II.

IN

IN ANGLIA.

De Dissensione cleri & Regis.

Cùm in gratiam cum Stephano Cantuariensi Ioannes Angliæ rex redijsset, legatos ad Romanum Innocentium mittit pro tollendo interdicto, cui regnum jam annos sex, menses tres, ac dies duodecim subjacuerat. Pontifex Nicolaum Cardinalem Tusculanum episcopum ablegat: ubi coacto concilio antistitum aliorumq; sacerdotum, causa quidem res sacras rectissimè constituendi prætenditur, sed non eo studio atq; integritate, qua episcopi cupierant dissidium componitur. Nam cùm rex partem bonorum, quibus unctos sacerdotes spoliarat, restituisset, anathemate solvitur, anno 1214. 3. Calend. Iulij. Polydorus lib. 15. Anno C. 1214.

ROMÆ.

Prostatu Ecclesiæ, & Expeditione sacra suscipienda.

Sub annum salutis 1213. Innocentius Papa, rebus in Palæstina afflictis suppetias laturus, omnemq́ morbum ecclesiastici regiminis, pro viribus cura- Anno C. 1215.

curaturus, per universum Christianum orbem missis literis, tum ecclesiasticos tum politicos viros ad Concilium Romanum vocat, dictâ illis die Calendarum Novembris Anni 1215.

Anno C. 1215.

Statutorum ejus Concilij summam subjicimus. Primo edunt patres confessionem de mysterio S. Trinitatis & Incarnationis Filij Dei, de baptismi sacramento, deq; lapsis post baptismum in gratiam, actâ pœnitentiâ, recipiendis. De Sacramento verò Eucharistiæ hæc sunt illorum verba: *Una verò est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omninò salvatur. In qua idem ipse sacerdos & sacrificium Iesus Christus, cujus corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate divinâ, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utiq; sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit ritè ordinatus secundùm claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis & eorum successoribus Iesus Christus.*

Transubstantiatio tradita in Concilio Romano, Anno 1215.

In secundo decreto damnant libellum Abbatis Ioachimi editum contra Petri Lombardi doctrinam de Trinitate, & simul asserunt, Romanam Ecclesiam

Abbatis Ioachimi libellus damnatur.

Romana

fiam cunctorum fidelium esse MATREM & MAGISTRAM. *ecclesia omnium mater & magistra.*

In tertio damnantur diversæ hæreses, & secularibus, ut loquuntur, potestatibus in damnatos executio committitur.

In quarto Græcæ Ecclesiæ de novo obstringuntur ad obedientiam Romano præsuli præstandam. *Græcæ ecclesiæ obstringuntur Pontifici Rom.*

Quintus canon principatum Romani papæ asserit, & cæteras omnes in orbe terrarum ecclesias illi subjicit, ut episcopi pallium ab eo petere, & juramentum fidelitatis eidem præstare necesse habeant.

Sextus de provincialibus comitijs singulis annis à metropolitanis celebrandis.

Septimus & octavus de corrigendis excessibus subditorum agit. *Divina officia lingua Vernacula celebranda.*

Nonus sancit, ecclesijs dari ejusmodi sacerdotes, qui secundùm diversitates rituum & linguarum divina officia singulis in locis celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrent.

Decimus vult, ut episcopi aut ipsi populum doceant, aut, si per defectum scientiæ vel alias occupationes impediti id facere nequeant, viros idoneos, ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum, assumant. *Episcopi debent populum docere.*

Vnde-

Vndecimo decernitur, ut in qualibet cathedrali aliáve Ecclesia, cujus ex sunt facultates, magister alatur, qui rudiores clericos aliosq;, in Grammatica alijsq;, juxta posse gratis instituat.

Magister clericorum.

Duodecimus de Capitulo abbatum in quolibet regno quovis triennio celebrando.

Decimus tertius ita integer habet: Ne nimia religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam religionem inveniat. Sed quicunque voluerit ad religionem converti, unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionis domum fundare de novo, regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis.

Novæ monachorum sectæ prohibentur.

Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasterijs locum monachi habere præsumat, nec unus abbas pluribus monasterijs præsidere.

XIV. De emendatione vitæ clericorum.

XV. Contra compotationes.

XVI. Contra luxuriem in vestitu.

XVII. Contra commessationes in multam noctem protractas.

XVIII. Clericus sententiam sanguinis non dictet.

XIX. De cultu templorum & sacra supellectili.

XX. De chrismate & Eucharistia adservanda.

XXI. Sic habet: Omnis utriusq; sexus fidelis, postquam

postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum.

Peccatorum confessio semel in anno facienda.

Caveat autem sacerdos omnino, ne verbo vel signo vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem: sed si prudentiorum consilio indiguerit, illud absq; ulla expressione personæ cautè requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumserit revelare, non solum à sacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

In confessione concredita non sunt prodenda.

XXII. Cùm anima sit multò preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

Medicus non debet suadere quod salutî sit adversum.

XXIII. Ultra tres menses cathedralis vel regularis Ecclesia prælato non vacet.

XXIV. De electione episcoporum & pastorum communi suffragio peragenda.

XXV. Ne quis à solis secularibus se eligi patiatur.

XXVI. De electorum examine.

XXVII. Cùm sit ars artium regimen animarum, districtè præcipimus, ut episcopi promovendos in sacerdotes diligenter instruant & informent,

vel

vel per seipsos, vel per alios viros idoneos, super
Sacerdotes probè informandi. divinis officijs & Ecclesiasticis sacramentis, quali-
ter ea ritè valeant celebrare.

XXVIII. De cessione.

XXIX. Vt nullus diversas dignitates Ecclesia-
sticas, & plures Ecclesias parochiales reciperet con-
tra sacrorum canonum instituta.

XXX. Vt prætermissis indignis episcopi assumant
idoneos, qui Deo & Ecclesiis velint & valeant gra-
Indigni episcopi non assumendi. tum impendere famulatum.

XXXI. Ne canonicorum filij, maximè spurij
canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus in-
Canonicorum spurij. stituti sint patres.

XXXII. De decimis.

XXXIII. De procurationibus.

XXXIV. De præmio procurationum.

XXXV. Ne temerè ad superiorem judicem pro-
vocetur.

XXXVI. De interlocutionibus judicum.

XXXVII. De appellationibus.

38. De actis judiciorum diligenter asservan-
dis.

39. De retentione rei alienæ.

40. De possessore legitimo.

Egregia dicti Pau- 41. Quoniam omne, quod non est
ex fide, peccatum est, nulla valeat
absq

absq; bonâ fide præscriptio, tàm canonica quàm civilis.

lini Rom: 14. de fide

42. Sicut volumus, ut jura clericorum non usurpent laici: ita velle debemus, ne clerici jura sibi vendicent laicorum. Quocirca universis clericis interdicimus, ne quis, prætextu Ecclesiasticæ libertatis, suam decaterè jurisdictionem extendat, in præjudicium justitiæ secularis, sed contentus existat constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hactenus approbatis: ut quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari & quæ sunt Dei, Deo recta iurisdictione reddantur.

expositio. Clerici non debent exercere iurisdictionem secularem.

43. Ne clerici personis secularibus præstare cogantur juramentum.

44. De non occupandis feudis Ecclesiasticis.

45. De jure patronorum ecclesiæ.

46. Quod viri Ecclesiastici non debeant exactionibus gravari.

47. Ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti commonitione præmissâ, & præsentibus idoneis personis, per quas, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat.

Excommunicatio non temerè facienda.

48. Ne fortè commonitus frustratoriæ recusationis vel appellationis objectu, monentis declinare possit examen: statuimus, quod si allegaverit se judicem

habere suspectum, coram eodem causam justæ suspicionis assignet.

49. De excommunicatione.

50. Prohibitio quoq; copulæ conjugalis, quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cæterò non excedat, neq; mulier habeat potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, quod constat ex quatuor elementis.

Quartus consanguinitatis & affinitatis gradus.

51. De clandestinis conjugijs.

52. Vt gradus consanguinitatis vivis probentur testibus, qui non audierunt solummodo sed sciunt.

53. De decimis.

54. Iterum de ijsdem.

55. De Cistercienſium bonis.

56. De Sepultura.

57. De privilegijs à papa collatis.

58. De sacris clanculum celebrandis.

59. De fidejussione clericorum.

60. De abbatis officio.

Abrumpenda autem est hæc tela: cùm cæteri canones istis non dissimilia contineant.

Postremò appendix additur, de expeditione pro recuperanda terra sancta, cum largissima indulgentiarum sponsione, quam ipsius Papæ verbis addimus: *Nos igitur omnipotentis Dei misericordia, & beatorum apostolorum Petri & Pauli authoritate confisi, ex illa quam nobis, (licèt indignè) Deus li-*

Papa cum largissima

gandi

gandi atq; solvendi contulit potestatem, omnibus qui laborem propriis personis subierint & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confessi, veniam indulgemus: & in retributione justorum, salutis æternæ pollicemur augmentum: eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis duntaxat expensis juxta facultatem & qualitatem suam viros idoneos destinaverint, & illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoq; remissionis volumus & concedimus esse participes, juxta qualitatem subsidij & devotionis effectum, omnes qui ad subventionem ipsius terræ de bonis suis congruè ministrabunt, aut consilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam piè proficiscentibus in hoc opere in communi universalis Synodus omnium beneficiorum suorum suffragium impartitur, ut eis dignè proficiat ad salutem: Amen. Tom. 2. Conciliorum.

indulgentiarum sponsione invitat ad expeditionem in terram sanctam.

OXONII.

Stephanus Cantuariensis episcopus Oxoniæ in Anglia anno Dominicæ incarnationis 1222, Synodum celebravit, cujus acta tomo 2 Conciliorum pag: 1004. & sequentibus extant.

Anno. C. 1212.

Primò enim damnati sunt ecclesiasticorum jurium turbatores, seditiosi, cavillatores, calumniatores.

Deinde constitutiones factæ de eleemosynarijs, de collatoribus ecclesiarum, de missarum uno die celebrandarum numero, de festis, vigilijs, & jejunijs in Anglia observandis, de presbyterorum officio in docendo populo & visitandis ægrotis, de ornamentis Ecclesiæ, ne resignantes beneficium aliquid de eo sibi retineant, & Gieziticam avaritiam imitentur, ne una ecclesia dividatur in plures, de vicariorum residentia, &c. deq; rebus similibus.

LVGDVNI.

Anno C. 1245. Innocentius IV Papa Synodum Lugduni indixit, circa festum apostolorum Petri & Pauli, anno Christi 1245, ut tradit Vincent. lib. 30. cap. 1.

In eo conventu primò disputatum est cum Græcis, de processione Spiritus sancti. Vocatus eò fuerat Thomas Aquinas, ut judicium suum de illa controversia interponeret, sed in itinere apud Casanenses obijt: Itaq; partes ejus Bonaventuræ Theologo sunt commissæ.

Thomas Aquinas moritur.

Bonaventura.

In

In eodem conciliabulo Fridericus Imperator indictâ causâ absens in die Iacobi, velut hostis Ecclesiæ, perjurus, sacrilegus, condemnatus est, aque juramento fidelitatis omnes soluti, & qui cum Imperatore consentirent, excommunicationi submittuntur, ac in Friderici locum Henricus Hassiæ & Thuringiæ Landgravius eligitur. Aventinus lib. 7.

Fridericus Barbatus ab Innocentio IV. excommunicatur.

Angliæ quoque rex in illo consessu per Oratores conquestus est de nimijs Papæ exactionibus: Balæus Centuria 4. cap. 3.

Sunt præterea in eodem Concilio conditi & alij canones, qui è sexto Decretalium peti possunt.

Aliæ Synodi quædam provinciales.

Provinciales porrò Synodos, quæ in XIII Centuria ex historiographis recensentur, præsertim duas Colonienses, sicut etiam quæ iterum Coloniæ in alio concilio Sifridus, nec non, quæ ibidem VVichboldus iterum in alio decreta condiderunt, ea ob compendij angustiam adscribere non possumus.

LVGDVNENSIS
sub Gregorio X.

In ferijs paschalibus Lugduni con-
Anno C. 1273. ventum episcoporum agit Gregorius decimus, anno 1273. Multis autem ibi verbis initio actionum ex Machabæorum libris sacris persuadere conatus est, curam studiumq; belli, ac utriusq; reipub. administrationem pertinere ad Ecclesiarum præsules. Palæstinam expeditionem & ad Græcos Romano pontifici subigendos suscipiendam censet. Leges quibus monachorum, sacerdotum, præsulumq; vitia corrigantur, cudit. Zupfnonnas genus sacratarum fœminarum abolet. Decimas sexennales rerum Ecclesiasticarum cunctis sacri ordinis viris imponit. Postremo hæc decreta promulgat: Piacularij atque sacro auriculario præfecti dent operam, orent, instent, suadere non desistant, ut rei, sanctissimo proposito pontificis, ære, pecuniâ opibus faveant. Quisq; Christianus, puer, vir, infans, puella, fœmina, sacerdos, prophanus, capite census sit, quotannis nummum tribuat. Devotus esto, quisquis ijs pensionibus adversus iverit.

Papa tributum ad bellum Turcicum imponit.

iverit. Aventin. lib. 7.

In eo verò Concilio & Michael Palæologus Imperator Constantinopolitanus, & Ioſephus Patriarcha cum Romano dogmate, Spiritum ſanctum non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio procedere, rurſum convenere: in cujus rei teſtimonium, altâ voce coram toto concilio Symbolum Nicenum decantarunt Græci, teſte Iohanne de Oppido: ac Imperator Conſtantinopolitanus in omnibus Romano pontifici, à quo tum Imperij confirmationem impetrarat, ſi vera narrat Nauclerus, ſe ſubmiſit, cum eius majores duodecies antea convenissent, ſemperq; deſciviſſent. Volateran. lib. 22. Anthropolog.

Decreta verò eius Concilij in ſexto decretalium habentur.

CAPVT XIV.

De Synodis decimaquartæ Centuriæ, quæ nimirum ab Anno Dn. 1300. usq; ad 1400. ſunt celebratæ.

Anno. C. 1300.

SUB BONIFACIO VIII. Pontif. max.

Iubilæus primo Romæ habitus.

Synodis annumerare lubet Iubilæum, quem Bonifacius VIII. Iudaizans lucri & quæstus causâ primus celebravit, sicut ex istis, quæ subjicio, Platinæ verbis licet intelligere.

Iubilæus à Bonifacio VIII. institutus.

Iubilæum Bonifacius VIII. instituit anno 1300. quo plenam delictorum omnium remissionem bis præstabat, qui limina Apostolorum visitassent, ad exemplum testamenti veteris, licet primò quidem apud Iudæos huius longè alia ratio habita sit. Idem etiam Iubilæum centesimo quoq; anno observari mandavit. Ob hanc rem eo anno tanta undiq; hominum multitudo Romam venit, ut vix incedere per urbem, amplam quidem & vastam, liceret. Qua pompa Iubilæus à Papa tunc celebratus fuerit, Alberti Crantzii verbis è libro 8. Saxon: cap. 36. adjicio. Celebravit Papa, inquit ille, à se institutum Iubilæum magno ad urbem concursu: usq; ad illum pontificibus non venerat in mentem tam festo negotio commovere Christianismum. Primo quidem solenni die in Pontificalibus apparens populo, apostolicam illis benedictionem impartitur: Postera autem die IMPERIALI HABITV, *infula nihilominus Cæsarea insignis, gladium antè se nudatum*

tum iussit deferri, & sedens alta voce testatur: Ecce duo gladij hic. Vides, ô Petre, successorem tuum: & tu, salutifer Christe, tuam cerne vicarium. Vide quo ascendit superbia servi servorum tuorum. Hactenus Crantzius.

Appendix Martini Poloni annotat Bonifacium VIII hoc anno scripsisse, se esse Dominum in temporalibus & spiritualibus, in universo mundo. Hos omnium animos illa Iubilæi frequentia ei inspiraverat. Et beatus istius antichristiani plenus est liber sextus decretalium ab ipso additus, præsertim cap. 17. Bonifacius domino totius orbis.

SUB HENRICO VII. Lutzelburgensi Imper. & Clemente V. Pontifice

Anno C. 1311.

Synodus Lugdunensis Gallica.

Commemorat Platina Clementem V, cum animum ad componendum Ecclesiæ statum adiecisset, sacris ordinibus ter habitis, Cardinales creasse, & tribo9 conciliis, diversis in locis variisq; temporibus habitis, multa prudenter & maturè egisse.

Vbi autem primum celebratum concilium fuerit, non addit, decretum tum

in eo esse de tollendis Fratricellis haud obscurè innuit. Orta hæc hæresis fuerat apud Novarienses, authoribus Dulcino & Margaritha, qui tradebant, mares & fœminas quasvis simul habitare & promiscua libidine expleri licitum esse: Ideoq; Fraticelli, ut scribit Platina, vel Fratricelli, ut legit Nauclerus, sunt appellati. *Clemens igitur V. in Pontificem electus ex Burdegala Lugdunum profectus eò Cardinales omnes ad se vocavit, qui sine mora Pontifici obtemperarunt, atq; ita curia Romana in Gallias translata est, anno Christi 1305. ubi etiam septuaginta quatuor annos remansit. Plat. Nauclerus & alij. Quamobrem hic etiam aut alia aliqua in urbe Galliæ concilium contra Fraticellos habitum esse verisimile est. Decretum in eo fuit, ut è medio tollerentur quotquot comprehendi possent: Executio quidem non mandata magistratui politico, quod decebat, sed Clemens eò statim milites quosdam cum Apostolico legato misit, qui eos in albis positos partim inedia & frigore, partim armis oppressit. Dulcinus autem & Margarita vivi capti membratim lacerantur, eorumq; ossa combusta dissipantur.*

Fraticellorum hæresis quopacto oppressa.

Viennensis in Gallia.

Anno C. 1311. Anno Christi 1311. idem Clemens frequentem episcoporum & principum cœtum

tum Viennam in Gallia convocavit. *Clementinæ editæ in Vien. Synodo.*

Causæ eius conventus tres præcipuè fuerunt. Vna quidem ut constitutionum Clementinarum libri Concilij authoritate publicarentur, quod etiam factum esse ex epistola Iohannis Pp. ad Bononiensem Academiam, quæ Clementinis præfixa est, apparet, nec non è plerorumq; capitum inscriptione.

Sunt autem, ut hoc obiter inseram, præcipui tituli, libri primi Clementinarum, quos subijcio. 1. de confessione fidei: 2. de rescriptis: 3. de electione & electi potestate: 4. de renunciatione: 5. de supplenda negligentia prælatorum: 6. de ætate, qualitate, & ordine præficiendorum. 7. de officio vicarij: 8. de officio & potestate Iudicis delegati: 9. de officio Iudicis ordinarij: 10. de procuratoribus: 11. de restitutione in integrum. De reliquorum librorum summis & capitibus hic dicere supervacaneum est. *Summa libri primi clementinarum.*

Vt tamen ad oculum pateſcat, quis ſpiritus hoc in conciliabulo ſanctos ſcilicet patres rexerit, operæ precium eſt, quæ Clementin. 2. cap. unico, de Iureiurando extant ſubnectere: in eo enim capite Romanus Imperator Papæ iuramentum fidelitatis in hæc verba præſtare cogitur: Ego N. Romanorum Rex annuente Domino futurus imperator, promitto, ſpondeo & polliceor, atq; iuro, coram Deo & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem & defen-

defensorem fore summi Pontificis & hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores, & iura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum recta & pura fide: sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Addenda quoq; his sunt ista è sequentis tituli cap. 2, ubi Romanus ille Leo ita rugit: Nos tàm ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quàm ex potestate, in qua (vacante imperio) Imperatori succedimus: & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus rex regum & dominus dominantium nobis, licet immeritis, in persona beati Petri concessit, declaramus &c.

Papa succedit Imperatori, sede vacante.

Hoc fultus decreto Clemens, testante Balæo, statuit, ut designati in Germania Cæsares, quamvis Romanorum regis appellationem sortirentur, à summo tamen Pontifice imperij jura ac nomen acciperent. Atq; ut mortuo Imperatore, per omne Interregni tempus, Italicarum Vrbium, quæ Cæsari stipendiariæ essent, arbitrium & potestas penes Romanum Pontificem esset. Hæc Balæus è Hieronymo Mario adducit.

Altera causa, ob quam hæc Synodus confluxit, erat ordinis Templariorum defectio ad Mahumetismum. Cum enim ordo ille annis fermè 184. stetisset, apud Clementem accusati sunt, quod ad Sarace-

tacenos transitum fecissent. Quam ob rem non prius auditi, ilicò interfecti sunt, qui comprehendi potuêre, eorumq; bona partim Rhodijs militibus, qui insulam paulo ante occupaverant, partim verò novis religionibus sunt attributa. Platina in vita Clementis V. Nauclerus generatione 43. de sceleribus Templariorum hoc prodidit, quod simulacrum habuerint humana pelle indutum, cui humanis victimis sacrificaverint, quoties aliquis in eum ordinem cooptaretur, sanguineq; humano bausto sese ad fidem obstrinxerint, quod insuper promiscuas libidines exercuerint, & Hierosolymam Turcæ tradiderint. Addit autem ibidem, Clementem bona Templariorum transtulisse, & applicuisse mansioni S. Iohannis seu Hospitalarijs. Vno uerbo dicam totus ordo in toto orbe deletus est. Trithemius addit, Templarios, petente Philippo rege Franciæ deletos esse: Cum enim valde divites essent, spe prædæ, ipsos hæreseos accusavit, & dicit Nauclerus, regem cum filijs propterea multa mala passum esse.

Templariorum ordo à Clemente V deletus.

Postremùm deniq; negotium in hac Synodo actitatum novas superstitiones attinebat. Nam ut patet è Clement: l. 3. tit. 16. de reliquijs & veneratione sanctorum hic decretum fuit, & ut festũ corporis Christi, (in quo nimirũ idolum illud Maosim pompa Persica circumgestaretur,

ſtaretur) celebraretur feria quinta poſt octavam Pentecoſtes, certæq; indulgentiæ concederentur ijs, qui in feſto vel intra octavam officio vel horis intereſſent.

Feſtum corporis Chriſti.

Moguntina in cauſa Templariorum.

Eodem anno, eademq; Templariorum de cauſa, Synodum Moguntiæ celebratam fuiſſe Nauclerus è Iacobo de Moguntia commemorat. Nam Clemens V executionem contra eos, qui in Germania erant, Archiepiſcopo Moguntino mandaverat. Convocavit igitur archiepiſcopus Synodum Moguntiæ in domo Capitulari, ut proceſſus à Papa mandatos publicaret. Ibi verò in medium cœtum ingreſſus eſt audaciter Hugo Comes Sylveſtris, vulgò VValtgraff, qui morabatur in caſtello Grumbach propè Meiſenheim, cum XX. militibus confratribus Ordinis, qui omnes induti erant pallijs, more Teutonicorum fratrum, cum ſigno crucis rubeo, arma ſub pallio gerentes. Comes archiepiſcopum in hanc ſententiam allocutus eſt, rumorem eſſe publicum, velle

Templarij proteſtantur de iniuria ſibi à Papa illata.

velle illum in hoc conſeſſu fratres ordinis Teutonici anathemate ferire, capitisque damnatos proſcribere, quod ſe dolente audiviſſe animo, rogare autem nomine collegij, ut appellationem ſuam ad futurum Papam accipere, & clero præſenti publicare vellet. Archiepiſcopus cum armatis ſe ſeptum videret, & evadere non poſſet, publicato Papæ proceſſu, ipſorum etiam appellationem admittere, & ut publicè recitaretur concedere, coactus eſt. Inter alia autem, quæ in appellatione continebantur, proteſtati quoque ſunt de ſua innocentia, quod falſo & per calumniam ea crimina ſibi afficta eſſent; ſignumque ſuæ innocentiæ addebant, quod nimirum pallia ſua candida crucis ſigno notata flammis iniecerunt, quæ tamen ab ignis iniuria integra conſervata ſunt. Hæc Nauclerus, qui etiam addit, multos exiſtimaſſe iniuriam fieri Templarijs, eosque tanquam martyres cultos, & oſſa negotiosè adſervata fuiſſe.

Iubilæus ſub Clemente ſexto.

Etſi

Etsi Iubilæus suo modo à conciliis differt, hominum tamen & prælatorum concursu ac frequentia Synodo non est absimilis: idq; non ingratum lectori fore existimavi, si in hac narratione denuò ejus mentionem fecero. Nam quo pacto Bonifacius VII Iubilæum centesimo quolibet anno celebrandum, anno Christi 1300 instituerit, paulò superiùs indicatum est: Verùm Clemens VI, mox elapsis annis quinquaginta, periodum Iubilæi contraxit, & à centesimo ad quinquagesimum reduxit. Dicebat enim ætatem hominum Iubilæum centum annorum raro attingere. Itaq; Anno Christi 1350. alter Iubilæus Romæ fuit celebratus, ad quem multi undique pro remissione peccatorum omnium impetrandâ cucurrerunt, & pro remissione peccatorum mortem corporis reportarunt. Trithem.

Iubilæus ad annum quinquagesimum revocatus.

Alia Concilia.

Quâ ratione Clemens quintus sedem Pontificalem Româ Avinionem in Galliam traduxerit, indicatum est: Miserat enim Romam tres Cardinales, cum Senatoria potestate, quorum auspiciis vrbs ipsa atq; Italia gubernaretur, & ait

Platina.

Platina. Hinc ortum schisma, , quod omnium diutissimè duravit, dum Romani suum creārūt Papam, & Galli ex adverso suum, quem tamen Antipapam nominarunt. Longum foret commemorare, quæ Papæ isti & Antipapæ conciliabula, non ad pacandas, sed magis etiam turbandas res Ecclesiæ, eo rerum statu coëgerunt, quin potius, cum Theodoricus Niem totam historiam de initio & progressu schismatis literis mandaverit, eò studiosum lectorem brevitatis causâ remittimus. Summa est, quod utrinq; ea sunt instituta, quæ ad cujusq; partis commodum et eminentiam spectare videbantur.

Caput XV.

De Synodis decimaquintæ Centuriæ, ab anno Christi 1400. usque ad 1500.

Pisana Synodvs.

Duraverat schisma usque ad annum Christi 1406, cum Angelus Corrarius,

genere patricio ortus, sacræ Theologiæ Magister ex episcopo Castellano Venetijs Pontifex designatus, & veluti Interrex renunciatus est, ea conditione ipsius Iuramento prius promissa & firmata, ut tollendi schismatis causâ summum sacerdotium deponeret, si idem Benedictus XIII. (qui erat Antipapa) facit asset. Vterque, ut dixi, jurejurando id promiserat; Sed cum illud Imperij dulcedine irretiti præstare nolle viderentur, utriusque Collegia, ijsdem relictis, Pisas convenère, ibi generale totius Christianæ Reipubl. Concilium congregatum est. Quæstionibus in utrumque legitimè habitis, Synodus Pisana utrumque, de Pontificatu contendentem, privavit Nonis Iunij Anno M. CCCC IX, Pontificatus Gregorij anno secundo, mense VI, die VI, cum ipse jam duabus ordinationibus Cardinales XIII. creasset: qui non nisi in Concilio Constantiensi in aliorum Patrum numerum susceptí sunt, quando Gregorius ipse, pro unitate ecclesiæ sarcienda, sponte per procuratorem absens Arimini pontificatu se abdicavit. Nam Pisani concilij decretis, tanquam minus legitimè congregati, parére recusaverat. Onuphrius.

Duo contrarij Papæ creati cum conditione deponêdi pontificatum.

Duo Pontifices simul deijciuntur.

Con-

Constantiense Concilium.

Cum in Pisano, ut dictum est, conventu schisma tolli non potuisset, & res ecclesiæ magis magisq; turbarentur, contendentibus inter se tribus Romanæ Thaidis procis, Ioanne videlicet 23. Petro de Luna, qui vocatus fuit Benedictus XIII, & Angelo de Corrario, quem Gregorium XII nominarunt, Concilium Constantiæ, urbe Germaniæ ad Acronium lacum sita, authoritate Sigismundi Imperatoris, filij Caroli IV. convocatum est, ut testatur Volaterr: lib. 23. Volumen Conciliorum perhibet in Concilio Pisano ante quinquennium habito id communi procerum calculo conclusum & decretum fuisse.

Sigismundus Imperator convocat Synodum Constantiens.

Annus Synodi omnium consensu fuit 1414. duravit autem usq; ad annum 1418.

Causa & occasio gemina fuit: Una quidem, ut schisma inter tres Papas obortū tolleretur; altera ut Husitarum hæresi, sic ab aliis nuncupatæ, obviam iretur.

Convenerunt igitur Prælati & Principes atque magnates magno numero, Constantiæ anno Christi 1414, indictione VII. die Lunæ, V mensis Novembris, pontificatus Iohannis XXIII. quinto.

Præsedit Imperator ipse habitu Cæsareo indutus, & una cum eo Iohannes XXIII Pontifex.

Papa hortatur assessores Concilij Constantiensis ad inquirendā veritatem

Sessione prima præmissis solennibus Papa assessores in hanc sententiam exhortatus est: Veritatem diligite, Zach. 8. & adducens autoritatem veteris & Novi Testamenti, allocutus est Synodum, exhortans omnes ad meditandum & solerter insistendum super ordinandis his, quæ ad Ecclesiæ pacem & statum pertinent. Lib. Conc. Deinde ministri & officiales Concilij deputantur.

In sessione secunda Papa Iohannes XXIII obtulit cessionem sui papatus, uti conveniisse diximus: usus autem est tali forma, quæ in secundo Conciliorum tomo extat.

Iohannes XXIII. jurat se cessurum pontificatu.

Ego Iohannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani confiteor, spondeo, promitto, voveo & juro Deo & Ecclesiæ, & huic sacro Concilio, sponte & liberè dare pacem ipsi Ecclesiæ viam meæ simplicis cessionis Papatus, & eam facere & adimplere cum effectu, juxta deliberationem præsentis Concilij: si, & quando Petrus de Luna, Benedictus 13. & Angelus de Corrario, Gregorius 12. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se

se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, & etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio Ecclesiæ Dei, ad extirpationē præsentis schismatis. Et dū legebat illam clausulā in præscripta schedula, spondeo, promitto, voveo, & juro Deo, flexit genua versus altare, ponendo manus ad pectus, & dixit hæc verba: & ita promitto observare. Quo facto, Imperator surgens de sua cathedra, regratiatus fuit eidem domino nostro, nomine concilij & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedem ejusdem domini nostri. Et etiam dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine Concilij. Posthæc cantores inceperunt cantare, Te Deum laudamus, &c. Procurator Concilij Iohannes de Scribanis petijt nomine Concilij confici publicum instrumentum à protonotarijs, & notarijs ac Scribis sedis Apostolicæ.

Die Lunæ, vicesimaquinta mensis Martij Anni 1415. fuit sessio tertia generalis, in qua præsidebat dominus Petrus Cardinalis Cameracensis, tituli S. Chrysogoni presbyter Cardinalis: Ibi verò confecta missa, cui Cæsar habitu imperiali interfuit, cardinalis Florentinus, juxta deliberationem S. Synodi pronuncia-

Leges Constantiensi Concilio præfixæ.

vit certos articulos servandos ad perpetuam rei memoriam. Sententia articulorum ista fuit: primi quidem, quod Synodus legitimè congregata & inchoata esset: Secundi, quod discessus Papæ Iohannis 23. à concilio, aliorumve prælatorum, authoritati Synodi nihil derogaret: Tertij, concilium non dissolui debere, priusquam schisma sublatum esset: Quarti, concilium non esse absque rationabili causa alio transferendum; postremi, nemini prælatorum absque evidenti causa discedere è concilio licere.

Generale Concilium est supra pontificē.

Die Sabbati tricesima seu penultima Martij anni ejusdem fuit sessio generalis quarta, in qua decretum fuit, Concilium generale esse supra pontificem, sic enim habent verba decreti:

Quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata legitimè, generale Concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem Ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Die Sabbati sexta mensis Aprilis anno à

no à nativitate Christi 1415, habita est sessio quinta, in qua principio iterum repetitur, concilium Constantiense legitimè congregatum esse, & omnes cujuscunque sint dignitatis, etiamsi Papalis, obedientiam illi debere, neque Iohanni Papæ quicquam in præjudicium Concilij factitare permissum esse, item quod Papa Iohannes, si abnuat papatu cedere, pro abjecto sit habendus, & quod discessus eius ab urbe Constantiensi clandestinè factus fuerit illicitus, bonoque unionis ecclesiæ Dei præjudicialis & nocivus, quodque sub damnationis comminatione sit revocandus. His præmissis Andreas electus Posnanensis præpositus legit quædam avisamenta (verbis libri Conciliorum utor) in materia fidei & supra materia Iohannis Huss: nimirum quòd Iohan. Wicleff in concilio Romano legitimè damnatus eiusq, libri jure exusti essent, q, abbas Cameracensis, cum episcopo Dolensi & alijs adjunctis cognoscere debeāt de causa Hussi, & articulorum 45 in Parisiensi & Pragensi universitatibus condemnatorū. Tandem concilium Imperatorē rogavit, ut promisso saluo conductu Papam Iohannem; qui in oppido Lauffenburg diœcesis Basilensis latitabat, nec non fugiti-

Iohannes Papa clanculum se subduxit Concilio.

Causa Iohannis Hussi quibus sit commissa.

tiuos quosdam Cardinales, qui Schafhusæ hærebant, ad Concilium reduceret. Imperator id ilicò executus est: Sed Cardinales nec salvo conductu uti nec redire voluerunt.

Sexta sessio fuit die Mercurij XVII. Aprilis, anni ut supra, in qua primo decretum, Papam Iohannem debere è nationibus, quæ aderant, Gallica, Italica, Anglica, Germanica præsules præcipuos è qualibet trinos vel binos cõstituere procuratores, qui plenaria potestate ab ipso instructi ipsius absentis loco & nomine cessionem ab eo promissam & juramento firmatã in effectum deducant, coramque concilio solenniter loco Papæ papatui & omni juri renuncient: deinde decernuntur legati, qui dictum Papam quærere & vel ad Concilium vel in aliquam istarum Civitatum, Vlmensis, Ratisbonensis, Basilienſis reducere debeant. Tertio constituuntur Commissarij contra Iohannem Hussum. Quarto promulgatur citatio Hieronymi Pragensis, ut intra dies quindecim Constantiæ coram concilo compareat: Promittitur etiam salvus conductus à violentia, & ea citatio Sigillis præsidentium quatuor nationum roboratur.

Hieronymus Pragensis citatur.

Postre-

Postremò prohibentur sub pœna excommunicationis famosi libelli, & statuitur, literas ad reges, principes & vniversitates christiani orbis mittendas esse, quæ de actis concilij eos edoceant. Ibidem verò in tomo 2. concil. subijciuntur humanissimæ literæ Academiæ Parisiensis ad Iohannem Papam, quibus eum ad synodum redire & cessionem promissam complere hortantur.

Septima sessio celebrata est secunda Maij, die Iovis. In qua primo accusata fuit contumacia Hieronymi Pragensis, quod ad diem præfixam in synodo non apparuisset, ideoq; nova citatio decernitur. Et quia Papa Iohannes contra datam fidem, ut schisma diutius nutriret & foveret, nocturno tempore, habitu mutato in scandalum & vituperium totius ecclesiæ & fidei catholicæ ex vrbe Constantia auffugerat, ideo patres congregati publicam ejus citationē conficiunt in Romana curia affigendam. Forma utriusq; citationis in libro conciliorum habetur.

Papa fugitivus publicè citatur.

In sessione octava, quæ habita est die 17. Maij, damnati sunt 45. articuli Iohannis VVicleff, & concl usum, ut ejus ossa sepulcro eruta abijcerentur, osq;

ejus sectatores excommunicationis & damnationis telo percuterentur.

Iohannis Vvicleſi Angli articuli 45. ab Academia Pariſienſi & Pragenſi excerpti & damnati.

Sunt autem, ut hoc obiter adijciatur, inter ejus articulos nonnulli veritati minimè consentanei, de quibus tamen incertum, num bona fide ex ejus libris ab adversarijs adducti sint. Pleriq; tamen contra horrendas in papatu religionis, verbi & sacramentorum profanationes directi sunt, & inprimis tyrannicum Papæ dominatum impugnant, ejusq; excommunicationes censuram Antichristi appellant, ecclesiamq, Romanam synagogam Sathanæ vocant, & electionem Papæ per cardinales à diabolo esse introductam, sicut etiam diversos monachorum ordines inventum esse diaboli tradunt.

In sessione nona, quæ fuit die XIII. Maij, cum Iohannes Papa ad citationem vulgatam nusquam apparaeret, dati sunt commissarij in causa inquisitionis contra ipsum, & deputati quoq; Iudices, quorum nomina ibidem exprimuntur.

In sessio-

In sesione decima, quæ fuit XIV. Maij, Iohannes Papa ab officio Papali suspenditur, & suspensus publice pronunciatur.

Sesione XI. die XXV. Maij recitantur articuli continentes scelera Iohannis Papæ, & testes producuntur, qui eos articulos comprobarunt, quos quidem adscribere, cum plures sint, quam 54. operosum foret. *Iohannis Papæ crimina 54. articulis comprehensa.*

Sesione duodecima die 29. Maij, Commissarij ad Iohannem Papam ablegati ex ipsius sententia responsum adferunt, & Synodo edunt, Papam videlicet Iohannem judicio & arbitrio synodi in omnibus se submittere; Proinde solenniter ab omni pontificali dignitate, commemoratis ejus criminibus, deponitur, & ad majorem rei evidentiam sigillum papale, quo Iohannes Papa usus fuerat, quod erat ferrum, quo plumbeæ bullæ fabricabantur, in præsentia omnium per Magistrum Arnoldum aurifabrum Papæ confringitur, & arma Iohannis delentur.

Sesione

Sessione decima tertia die xv. Iunij fit decretum de communione laicis exhibenda sub una specie, cujus quidem partem præcipuam subijcio: Cum in nonnullis, inquiunt, mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant, populum Christianum debere Sacramentum Eucharistiæ sub utraq; panis & vini specie recipere &c. Ideo hoc præsens concilium sacrum generale Constantiense in Spiritu Sancto legitimè congregatum adversus hunc errorem declarat, decernit, & definit, *quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administraverit sub utraq; specie panis & vini hoc venerabile Sacramentum, tamen* HOC NON OBSTANTE, *sacrorum canonum authoritas laudabilis & approbata consuetudo Ecclesiæ servavit, & servat, quòd hujusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neq; à fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis, à jure vel ecclesia concesso vel admisso. Et sicut hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quòd licèt in primitiva Ecclesia hujusmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraq; specie, postea à conficientibus sub utraq;*

Cõmunio Eucharistiæ sub una specie

Etsi Christus calicem pro laicis instituit, TAMEN HOC NON OBSTANTE *Papa usu calicis laicos privat*

traq, & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cùm firmissimè credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem, tam sub specie panis, quàm sub specie vini, veraciter contineri. Vnde cùm hujusmodi consuetudo ab Ecclesia & sanctis Patribus rationabiliter introducta & diutissimè observata sit, habenda est pro lege, quàm non licet reprobare, aut sine Ecclesiæ authoritate pro libitu mutare, &c.

Sessione XIV. die IV. Iulij, Carolus de Malatestis renunciavit Papatui nomine Papæ Gregorij XII. cujus literis instructus erat, ut eam renunciationem synodo insinuaret. Simul etiam decretum fuit, non faciendam esse deinceps à Notarijs in instrumentis ullam mentionem Romani Pontificis vel sedis Apostolicæ, sed serenissimi & invictissimi Principis Sigismundi Romanorum & Hungarorum &c. Regis.

Ecclesia caret visibili capite

Sessione XV. die VI. Iulij peractis sacris introductus fuit M. Iohannes Huss inquit peculiari sella seu scamno eminentiore, ut ab omnibus conspici posset, in medio concilio tanquam hæresi-

Iohan. Huß ut hæresiarcha damnatur.

reſiarcha accuſatus & convictus (cum tamen nondum auditus eſſet) collocatus: epiſcopus Laudenſis ſermonem è ſuggeſto habuit, de textu, deſtruatur corpus peccati &c. Rom 6. Deinde Bartholdus de VVildungen legit articulos à VViclefo traditos: Tertio x x x recitantur articuli è libris Iohanis Huſs excerpti, qui pro hæreticis, impijs & blaſphemis ſunt damnati. Placet autem nonnullos ſubijcere, ut appareat, qualem Iohannis Huſsi doctrinam iſti patres pro hæretica damnaverint.

Articuli Iohannis Huſſi damnati

I. Vnica eſt ſancta univerſalis eccleſia, quę eſt prędeſtinatorum univerſitas.

IV. Duæ naturæ, divinitas & humanitas, ſunt unus Chriſtus.

V. Prædeſtinatus ſemper manet membrum eccleſiæ.

VII. Petrus non fuit nec eſt caput eccleſiæ Catholicæ.

VIII. Sacerdotes criminosè viventes ſacerdotij polluunt poteſtatem.

IX. Papalis dignitas à Cæſare inolevit.

XII. Nemo gerit vicem Chriſti aut Petri niſi ſequatur eum moribus, &c.

XIII. Pa-

XIII. Papa non est verus successor Petri, si vivit moribus contrariis Petro.

Hos scilicet & hisce similes articulos Iohannis Husi patres Constantienses pro hæreticis damnarunt, deq; ipso Iohanne Husso nondum audito, nec hęreseos convicto, ejusmodi sententiam promulgarunt, quam ipsorum verbis subjungam: sacrosancta synodus Constantiensis per hanc definitivam sententiam, quam profert in his scriptis, pronunciat decernit & declarat, Iohannem Hus fuisse, & esse verum manifestum hæreticum &c. & tanquam hęreticum judicandum & condemnandum fore judicat, & condemnat per præsentes, &c. eumq; ab ordine sacerdotali & aljis ordinibus, quibus exstitit insignitus, deponendum degradandum fore declarat & decernit &c: Hæc sancta synodus Iohannem Hus, attento, quod ecclesia Dei non habeat ultrà quid agere valeat, judicio seculari relinquere, & ipsum curiæ seculari relinquendum decernit. Hanc damnatoriam Husi sententiam Episcopus Concordiensis jussu concilij de suggestu legit.

Iohannes Huß depo nitur, damnatur, & judicio seculari traditur.

Hussus proinde ita damnatus eodem

Iohan. Huß comburitur.

dem die comburitur, de cujus supplicij processu operæ precium est ea adijcere, quæ in Paralipomenis Abbatis Vrspergensis habentur, quæ adscribo: Educitur ad combustionem, lictori præcipitur, ne exueretur vestibus: Erat autē indutus duplici tunica nigra de panno satis bono, cingulum habens cum deaurato argento parumper paratum, & in vagina cultellos duos, bursulam coreaceam. Infulam albam satis longam gestabat in capite è papiro factam, in qua depicti erant duo dęmones, & inter hos scriptura erat hęc: HÆRESIARCHA. Plus quàm mille armati comitantur, virum duo ministri Ducis Ludovici deducunt, non vinctum, sed in medio istorū incedentē: Inter eundū non admodum populum appellabat, sed orabat sedulò, nec aliud nisi hoc: Iesu Christe fili Dei vivi, miserere mei. Cùm videret locum supplicij, ligna & ignem, ter cecidit in genua, altâ voce clamans: Iesu Christe fili Dei vivi, qui passus es pro nobis, miserere mei. Interrogatus an velit confiteri, ab Vlricho Schorand Sacellano D. Stephani, inquit, Non est necesse. Vos lebat autem populū valedicere sermone cohortationis, id Dux Ludovicus nolebat permittere, sed præcipiebat, ut actum combureretur.

Sessione

Sessione XVI. die XI. Iulii constituuntur, qui Petrum de Luna, Benedictum XIII. nuncupatum, tertium pseudópapam requirere, & ad Synodum vocare debeant.

Sessione XVII. die 15. Iulij Imperator ex Concilio abit, sacra prius à patribus accepta benedictione, & postea Angelus de Corrario, qui Gregorius XII. dicebatur, ob spontaneam cessionem peculiaribus privilegijs & prima inter Cardinales post Pontificem dignitate donatur. *Angelus Corrarius sponte cedit Pontificatu.*

Sessione XVIII. die 17. Augusti anni ejusdem 1415. de nonnullis, ad judiciorum processus & bullarum Pontificiarum authoritatem spectantibus, agitur.

Sessione XIX. die XXIII. Septembris Hieronymum Pragensem doctrinam Iohannis Husi, quam cum ipso communem habuit, publica palinodia damnasse & abjurasse volumen concilii eorum perhibet, sed merum hoc esse figmentum omnium historiographorum fide & testimonio planè huic fabulæ contrario certissimum est: cum uno ore omnes de constantia non minus Hieronymi quàm Husi testentur. Pla- *Fabula de recătatione Hieronymi Pragensis.*

timæ scriptoris Pontificij verba hæc sunt: Duo ex sectatoribus hæresis Iohannis Vigleph Constantiæ combusti sunt, Iohannes Huss, & Hieronymus de Praga ejus discipulus TANQVAM HÆRESIARCHÆ, quod inter cæteros errores dicerent, ecclesiasticos ad imitationem Christi pauperes esse debere: cum ex tanta rerum copia & luxu populi omnes scandalizarentur. Nauclerus similiter generatione 48. ait: Hieronymus diu post (supplicium Hussi) in vinculis habitus cum resipiscere nollet, pari supplicio affectus est. Et Æneas Sylvius in hunc modum, Iohannes combustus est prior; *Hieronymus postea in vinculis habitus, cùm resipiscere nollet, pari supplicio adfectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas invitati ad incendium properarunt: nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Voi ardere cœperūt hymnum cecinere, cujus initium: Ave vivens hostia, veritas & vita, &c. quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur, quàm isti incendium. Cineres exustorum, ne raperentur à Boëmis, in lacum projecti. Discipuli eorum*

Constātia Hieronymi Pragensis.

ex

ex eo solo terram abstulêre, in quo ignis fuit, eamq; veluti sacram secum attulêre in patriam. Vterq; apud Boëmos martyrum honorem meruit, memoriaq; illorum tunc consecrata quotannis celebratur.

Sed illud porro in ista sessione notatu dignum est, quod Patres illi de fide hæreticis non servanda concluserunt, quod nimirum non obstantibus salvis conductibus (ita loquitur Conciliorum liber) Imperatoris, (Imperator autem jam discesserat è concilio) Regum, &c. posset per judicem competentem de hæretica pravitate inquiri. Verba decreti subijcio: Præsens sancta synodus *ex quovis salvo conductu per Imperatorem, reges & alios seculi principes hæreticis, vel de hæresi diffamatis, putantes eosdem non ferendo à suis erroribus revocare, quocunq; vinculo se astrinxerint, concesso, nullum fidei catholicæ vel jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicium generari, vel impedimentum præstari posse, seu debere declarat, quò minùs, dato salvo conductu non obstante, liceat judici competenti & Ecclesiastico, de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & alias contra eos debitè procedere, eosdemque punire, quantum justitia suadebit, si suos errores*

revocare pertinaciter recusaverint, etiam si de salvo conductu constiti, ad locum venerint judicij, aliàs non venturi: nec sic promittentem, cùm aliàs fecerit quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum.

Actione XX. controversia inter Fridericum Ducem Austriæ & episcopum Tridentinum, de spolio quorundam episcopalium bonorum, tractatur, & contra Ducem pronunciatur: Deinde audiuntur legati, qui una cum Imperatore Sigismundo missi fuerant, nomine concilij, ad Petrum de Luna & regem Arragonum.

Actione XXI. Hieronymus de Praga, cum finita concione Iacobi Episcopi Laudensis, quædam illius dicta verbo Dei minimè consentanea in concilio vituperasset, patres istius παῤῥησίας impatientes ilico sententiam damnatoriam contra ipsum pronunciandam Constantinopolitano patriarchæ tradunt, qui de suggesto eam promulgavit, omnibus acclamantibus, placet: quo facto Hieronymus traditus est potestati seculari, & combustus fuit die XXX. Maij Sabbato proximo post festum ascensionis, Anno Christi 1416.

Hieronymus Pragensis damnatus & combustus.

Sessio-

Sessione XXII. agitur cum legatis Arragonicis.

XXIII. & XXIV. promulgatur citatio Personalis Petri de Luna.

XXV. Oratores & commissarij comitis de Fuxo in synodum admissi & sua sede locati.

XXVI. Legati regis Navarræ synodo uniti.

XXVII. & XXVIII. Causa Tridentinensis, de qua antea, tractatur.

XXIX. Fertur sententia in contumaciam Petri de Luna.

XXX. Ferdinandi & Alphonsi regum Arragoniæ constitutionem contra Petrum de Luna, Benedictum 13. factam synodus approbat.

XXXI. Actum de vi illata episcopo Astensi à Philippo comite virtutum.

XXXII. XXXIII. & XXXIV. Petrus de Luna, more solito, ad valvas templi vocatur, contumacia ejus accusatur, attestationes publicantur, & ipse iterum citatur, articuliq; accusatorij cum testium depositione recitantur.

XXXV. Legati regis Castellæ & Legionis Concilio junguntur.

Sessione XXXVII. Anno Christi 1417. die 16. Iulij Petrus de Luna de

criminibus convictus Papali dignitate absens dejicitur, qui se Benedictū XIII. nuncupaverat, & Avinione ac in Hispania se pro Papa gesserat. Atq; ita tres Papæ in hoc concilio depositi sunt, & caruit Ecclesia capite visibili, Pontifice Romano, quadriennio, ut scribit Platina in Iohanne XXIV.

Petrus de Luna gradu pontificali deponitur.

Sessione XXXIX. decretum de generalibus concilijs habendis sancitur, ut videlicet proximum elapso quinquennio, & iterum aliud post exactos inde annos septem, & deinceps quolibet decennio generale concilium congregaretur.

Sessione XL. Capita 18. ad Reformationem Ecclesiæ Romanæ pertinentia proponuntur.

Sessione XLI. Anno Christi 1417. die octava Novembris eligitur novus Papa, de cujus electione placet verba Platinæ adducere, qui sic ait: Rebus autem hoc modo compositis, cùm de restituenda Ecclesia, emendandisque moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non posse existimarunt vacante sede. Vnde de eligendo novo pontifice habitus est sermo, quo decreta conci-

concilij majorem deinceps autoritatem haberent. Cùm igitur hac de re verbum haberetur, placuit ex unaquaq; natione viros sex deligi, & quidem probatos, qui unà cum Cardinalibus conclave ingressi, pontificem deligerent. Anno igitur millesimo quadringentesimo decimo septimo, sexto Idus Novembris conclave ingressi, consentientibus Cardinalibus duobus & triginta, nationibusq; omnibus, præter omnium spem & opinionem, cùm jam quadriennio vero pontifice caruisset Ecclesia, multiq; schismatici tum interessent, tertio Idus Novembris, in celebritate beati Martini hora tertia Otho Columna Romanus princeps, sancti Georgij ad Vellus aureum diaconus cardinalis, pontifex creatur, tantâ omnium lætitiâ, ut præ gaudio loqui vix homines possent. Effusus nimio gaudio Imperator, nullo habito dignitatis suæ discrimine, conclave ingressus, & gratias omnibus egit, qui tantum virum & tam necessarium reipublicæ Christianæ propè extinctæ delegissent: & ante pontificem prostratus, cum summa veneratione ejus pedes exosculatus est, quẽ contrà pontifex amplexus,

Otho Columna creatur Papa Constantiæ, qui est Martinus V.

non secus ac fratrem in precio habuit, eiq, gratias egit quod suâ operâ & industriâ pax tandem Ecclesiæ Dei reddita esset. Vocari autem Martinus voluit, quod ea electio in Martini celebritate habita fuisset.

Sessione XLIV anno Christi 1418. die XIX. Aprilis indicitur concilium proximum Papiæ celebrandum: id vero postea Papia Senas translatum est, ubi anno Christi 1424. definitum fuit, proximam synodum habendam esse Basileæ.

Basilienſe Concilium.

A. C. 1431. Cum de Basilienſi Concilio libro proximè ſequente cum Bellarmino copioſius diſceptandum ſit, ideo hic breviſsime ſaltem hiſtoriam perſtringam. Celebratum id eſt anno Chriſti 1431. cauſam & occaſionem præbente Eugenio IV Pontifice, & Huſsitis in Bohemia.

Primis tribus ſeſsionibus generalia quædam tractantur, ad proceſſum & authoritatem concilij pertinentia.

Salvus conductus Bohemis datus Baſileæ. Seſsione quarta Bohemis ſalvus conductus ſeu ſecuritas conceditur, cujus conceſsionis ſententiam è ſubjectis formulæ nonnullis verbis licet intelligere: Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis,

sis, in Spiritu sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentans. Tenore præsentium significamus universis, quòd omnibus & singulis sacerdotibus, baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus & alijs quibuscunq; viris, cujuscunq; status conditionis aut qualitatis existant, de regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, de Praga, & civitatibus ac aliis locis eorundem, &c. nostrum plenissimum ac perfectum salvum conductum concedimus atq; damus, verisimamq; securitatē veniendi ad hanc civitatē Basilienſem: ibidemq; manendi, standi, morandi, nobiscumq; de quibusvis negocijs opportunis ipsis commissis tractandi, placitandi, disponendi, concludendi & terminandi impartimur: ac in loco vel in locis hospitiorum suorū, divina officia, sine impedimēto nostrorū, peragere permittimus. Quòd si quispiam aut aliquis ex illis, sive in itinere ad nos Basileam veniendo, sive ibidem demorando aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit aut egerint, per quod posset assecurationis eorum beneficium eis aut eorū alicui concessum, annihilari aut cassari volumus etiam, ac admittimus & concedimus,

dimus, ut talis vel tales in facinore hujusmodi deprehensi vel deprehensus, ab ipsis duntaxat, & non ab alijs condignâ animadversione cum emenda sufficienti, per partem nostram meritò approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, illorum assecurationis formâ, conditionibus & modis omninò manentibus illibatis.

Hinc æstimare licet quantum fidei Pontificijs habendū sit, cum securitatem adeo solenniter promissam illis, quos illi habent pro hæreticis, minimè præstent.

Sessione quinta agi cœptum est de causa fidei & judices ad eam rē destinati.

Eugenius Papa accusatur contumaciæ.

VI. Papa Eugenius, eò quod Synodum dissolvere conaretur, & Basileam venire recusaret, pro contumace agnoscitur.

VII. Constituitur, extra concilium, vacante sede apostolica, non esse ad electionem procedendum.

VIII. Fit decretum contra Eugenium qui Concilium distrahere volebat, unicum esse oportere concilium.

IX. Sigismundus Imperator in Concilium Basilien̄se recipitur.

X. Decretum prius contra Eugenium factum continuatur.

XI. Statuit quemlibet, cujus sit interesse

esse generalibus concilijs, etiam Papam ad Synodum debere accedere, nec Papam quemquam posse impedire, quo minus accedat, nec etiam Concilium impedire vel in alium locum transferre citra & contra Concilij voluntatem.

XII. Decretum fit de citando Eugenio Papa, deque electionibus & confirmationibus episcoporum.

XIII. Accusatur Papæ Eugenij contumacia.

XIV. Terminus citationis Papæ prorogatur ad nonaginta dies.

XV. Agitur de concilijs provincialibus.

XVI Oratores Papæ ad concilium missi recipiuntur.

XVII. Agitur de admissione præsidentium in concilio nomine Eugenij Papæ.

XVIII. De authoritate Concilij generalis ita statuit: Hæc sancta Synodus necessariam illam declarationem de generalium conciliorum authoritate in Constantiensi concilio (sessione 4. & in hoc sess. 16.) promulgatam, sub eodem, qui sequitur, tenore innovat: quod generalis Synodus in spiritu sancto legitimè congregata etiam potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque

Concilium est supra Papam.

status

ſtatus vel dignitatis, etiamſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & exterminationem ſchismatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Et plura in hanc ſententiã habentur in Reſponſione Synodali de authoritate cujuslibet Concilij, ubi multis etiam probatur, Papam poſſe errare in epiſt. Synodalibus Concilij Baſil. extat.

XIX XXIV XXV agitur de græcis ad concilium venturis. XX. de concubinis, XXI de annatis deinceps non exigendis, quo reditus Curiæ pontificalis non parum ſunt imminuti. XXII de condemnatione libelli fratris Auguſtini de Roma, archiepiſcopi Nazareni, XXIII de electione ſummi Pontificis, XXVI de citatione contra Eugenium Papam & Cardinales: XXVII nominatio & creatio Cardinalium, per Eugenium facta, irrita cognoſcitur: XXVIII. contumacia Papæ iterum accuſatur. Seſsione XXXI promulgatur decretum de ſuſpenſione Eugenij Papæ, XXXIV Deponitur Eugenius Papa 4. qui concilium tranſtulerat Ferrariam, & eodem Imperatorem & Patriarcham græcorum vocaverat: XXXV agitur de ſtabilitate & authoritate Concilij Baſilienſis:

XXXVI. Con-

xxxvi Confirmatur festum conceptionis B. Mariæ Virginis, ut 6. Idus Decembris celebretur, & præcipitur in eo doceri, Mariam virginem, præveniente & operante divini numinis gratia singulari, nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctamq; & immaculatã: xxxvii. xxxviii xxxix. xl Amidæus dux Sabaudiæ eligitur in Pontificem maximum, qui Felix V. appellari voluit: xli Libelli scandalosi per Eugenium editi damnãtur: xliii Festum visitationis Mariæ virginis VI. Non. Iul. quotannis celebrandum sancitur, in quo Mariam matrẽ Domini Christiani invocare debeant, ut quemadmodũ ipsa in civitatem Hebronem ad Elisabetham contendens montium vertices suis sanctissimis pressit pedibus, ita etiam colla hostium ecclesiæ & imprimis Turcarum premere velit: ac ut homines sacris ejus festi libentius interessent, pro uno quoque officiorum in ista solennitate centum dies de injunctis pœnitentijs novus Papa elargitur. Hanc Synodum Nicolaus S. Papa approbavit, sicut ejus bulla in libro Conciliorum adjuncta ostendit. Denique de Bohemorum

Festum conceptionis Mariæ virginis.

Maria ἀναμάρτητος.

Felix V. Papa.

Festum visitationis Mariæ institutũ.

rum causa in hoc Concilio tractata sic scribit Aeneas Sylvius: Synodus Basiliensis scribit Boëmis, ut legatos mittant, qui fidei suæ rationem ostendant, securitatem itineris & dicendi quæ vellent libertatem promittentes. Legatio igitur trecentorum equitum Basileam missa, cujus Principes fuére Gulielmus Costa, Procopius, Iohannes Rochezana, &c. Hi interrogati, quænam illa essent, in quibus à Romana Ecclesia dissentirent: quatuor articulos proposuêre. I. De communione Eucharistiæ, quam sub specie panis & vini sumendam affirmabant. II. De civili dominio, quòd interdictum Clericis divinâ lege dicebant. III. De prædicatione verbi Dei, quam liberam permissamq; omnibus passim arbitrabantur. IIII. De publicis delictis, quæ nullâ ratione toleranda putabant, &c. Disputatum est 50. diebus, &c. Certis tandem conditionibus permissa communio, &c.

Et in appendice Concilij Basilienſis habetur folio 143. tomo 3. concil. responsio facta Ambasiatoribus domini Imperatoris, super facto Bohemorum, in generali congregatione die sabbati XXIX. Octobris 1435. In ea responsione de approbatis Bohemorum articulis ita scribitur: Hæc

sancta

sancta Synodus multa benignitate & pietate materna condescendit ad hoc, quod pijs Bohemis & Moravis suscipientibus ecclesiasticam veritatem & pacem, realiter & cum effectu, tàm in omnibus alijs, quàm in usu communionis utriusq; speciei, fidei & ritui universalis ecclesiæ conformibus illi & illæ, qui talem habent, communicarent sub utraque specie &c. prout in capitulis super pace & unitate inter hujus sacræ synodi legatos & generalem congregationem dictorum Regni & marchionatus concordatis & formatis latius continetur. Hæc ibi.

Boëmis concessa communicatio sub utraque specie.

Concilium Ferrariæ inceptum Florentiæ finitum tempore Eugenij 4. Papæ.

Anno Domini nostri Iesu Christi M. quadringentesimo trigesimo octavo, die quarta Martij, pontificatus Eugenij Papæ IV. anno septimo Synodus Ferrariæ inchoata est. Eam autem Synodum Eugenius ad impediendum concilium Basiliense instituerat, sicut exactis Basilien-

sibus modo recitatis patet, præsertim

XI. XVIII. sessionis. Et in primis responsio Synodalis, ad fundamenta & rationes primæ & secundæ sessionum conventiculi Ferrariensis, ostendens, quod Papa erigendo ipsum conventiculum introduxerit schisma: extat in epistolis synodalibus Concilij Basilien sis. Venit ad eum Iohannes Palæologus Imperator Constantinopolitanus. Adfuit & Nicolaus Ferrariæ Marchio, una cum suis præstantiorib⁹ civibus ac pontificibus omnibus, qui cũ summo Pontifice Imperatorem ipsum Ferrariæ expectabant, qui etiam eò venit. Pompa, qua Pontifex Imperatori Alberto, qui Sigismundo successerat, obviam processit, & qua Ioseph us patriarcha Constantinopolitanus Ferrariam advenit, in codice conciliorum describitur.

Manifesta signa antichristi in concilio Ferrariensi.

In ea Synodo primum Antichristi judicium occurrit, quòd liber Conciliorum commemorat, Imperatorem à summo Pontifice contendere cæpisse, ut reges ac duces cæteros q: Christianorum Principes convocarer. Alterum, quod Pontifex Imperatorem volentem genu flectere non quidem permisit, ut magistratum honorare videretur hypocrita, sed tãtum dextram ei osculandã dedit, ipsumq;

ipsumq; Imperatorem infra se à sinistra sibi assidere voluit. Tertium, quod statim initio Synodi contentio orta fuit non mediocris, quónam ordine sedes collocandæ essent. Nam summus Pontifex dextrum, id est, supremum locum sibi vendicavit, Imperatorem cum Patriarcha & Orientalibus ad sinistram esse voluit: Imperator verò superiorem locum ad dexteram sibi iure dari existimavit: Obtinuit tandem Pontificis insolentia & importunitas, ut nimirum vel è sessione homo ille peccati & filius perditionis, qui summo loco sedet in medio Dei templo, proq; Deo vult adorari, palàm ab omnibus agnosci posset.

Papa cum Imperatore de loco & sessione contendit loco; cumq; superiorem obtinet.

In proœmio Synodi, cùm Patriarcha Constantinopolitanus ob adversam valetudinem interesse non posset, consensum suum scripto declaratũ misit, quod Synodum Ferrariæ celebrari cuperet, qui è suggestu recitatus est: deinde Pontifex causas exposuit, ob quas Concilium Basilea Ferrariam traductum esset. Elapsis autem feriis paschalibus, Occidentales, ne tempus fruſtrà laberetur, dum reliqui Basilea advenirent, cum græcis de processione Spiritus sancti disputandum esse censuerunt: græcis au-

tem id recusantibus ob reliquorum absentiam, de Purgatorio interim quæstio agitata est inter eos, qui ad eam disquisitionem utrinq; deputati fuerunt.

Bessarionis oratio in concilio Ferrariensi.

Sessione prima nihil actum amplius est, quàm quod Besarion tunc Archiepiscopus Nicenus, deinde vero S.R.E. Cardinalis oratione ad Deum Patrem, Filium & spiritum sanctum directa, pro conventu isto gratias egit, posteaque Pontificis summi & Cæsaris laudes deprædicavit, quod hujus rei causa præsens concilium convocassent, ut Ecclesiæ Orientales cum Occidentalib. post diuturnum disidium unirentur.

Secunda sessio similiter declamatione Andreæ Colos. episc. fuit insumta.

Disputatio de additione in Symbolo.

Sessione tertia cœptum est disputari de additione ad symbolum Nicenum illorum verborum, quæ spiritum sanctum ex patre filioq; procedere dicunt, qua in re græci Romanos falsationis symboli accusarunt: Disputandi munus ex Orientalium parte Marcus Ephesius, è parte verò Occidentalium Andreas præsul Colosensis sustinuit.

Quarta sessione inter utramq; partem pueriliter disceptatum fuit de hoc themate, num græci prius demonstrare deberent

deberent, non licere Symbolo quicquam addere, an verò Romani ante omnia additionis causas & rationes proferre deberent: cùmq; nec illi his, nec isti illis cedere vellent, sed græci suum propositum prius rationibus stabilire cuperent, Symbolo nihil esse addendum, latini verò contenderent, æquum esse, ut rationes factæ additionis prius cognoscerentur, altercatione hac scholastica tempus exactum est. *Ridicula græcorum & latinorum contentio Ferrariæ.*

Sed græcorum sententia obtinuit, itaq; sessione quinta græci ordine Symbola septem œcumenicarum Synodorum recitarunt, in quibus additio illa, ex filioq;, deprehendi non potuit: Latini autem vetustum codicem Septimi generalis Concilij protulerunt, in quo patrum subscriptiones erant per omnia illis, quæ in græcorum volumine extabant, similes, qui additionem illam continebat.

Sessione sexta Latini probarunt verbum illud, Filioq;, non esse additionem, sed declarationem, & nominato patre simul intelligi filium.

VII. Rationes & argumenta protulerunt Latini, quibus ostenderunt, se accessione illa jure & necessariò Symboli verba declarasse.

Synodus propter pestem Ferraria Florentiam traducitur.

Similiq; modo reliquis deinceps sessionibus, usq; ad XVI. Ferrariæ discceptatum est, de quæstione illa, an liceuerit Romanæ Ecclesiæ Symbolo quicquam adjicere. Sessione autem XVI. propter pestem ferveſcentem, Synodus Ferraria Florentiam translata est, ubi quidem disputatio hæc continuata fuit.

Anno C. 1430.

FLORENTINVM Concilium.

Anno Domini nostri Iesu Christi 1439. die 26. Februarij, concilium Ferrariæ inchoatum Florentiamq; translatum sessionem primam celebravit, in qua Imperator statim ab initio suasit, ut sepositа quæstione longo iam tempore agitata, an liceret Romanæ ecclesiæ aliquid addere Symbolo, caput disputationis & controversiæ aggrederentur, deq; eo agerent, num Spiritus sanctus à Filio simul, ut à Patre, procederet.

Imperator verum scopum disputationis episcopis monstrat.

Verùm omissa prolixiore commemoratione de disputationibus singularum sessionum, ea potius, quæ tandem inter græcos latinosq; unanimi consensu definita sunt, exponamus, quæ quidē non aliunde rectius, quàm è literis Vnionis

nis, sub nomine Eugenij Papæ promulgatis, animaduertere licet: illæ igitur post exordium, quod omittimus, ita habent:

In nomine sanctæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicq; omnes profiteantur, quia Spiritus sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroq; æternaliter tanquam ab uno principio & unica spiratione procedit, declarantes quod id, quod sancti doctores & patres dicunt, ex Patre & Filio procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, filium quoq; esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito filio suo gignendo dedit, præter esse patrem, hoc ipsum, quòd Spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem verborum illorum FILIOQVE, *veritatis declarandæ gratiâ, & imminente tunc necessitate, licitè ac ratiocinabiliter Symbolo fuisse appositam.*

Græci cum latinis consentiunt Spiritum sanctum ex patre & Filio procedere.

Item, in azymo sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotesq; in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquemq; scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Perinde esse sive azymus sive fermentatus panis adhibeatur eucharistiæ.

Purgatorium græci recipiunt.

Item, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari, & ut à pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundùm Ecclesiæ instituta, illorum animas; qui post baptismum susceptum, nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cœlum mox recipi & intueri clarè ipsum Deum trinum & unum, sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Græci Rom. Pontificem agnoscunt pro œcumenico Principe Ecclesiæ.

Item, diffinimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totius Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi & gubernandi universalem ecclesiam à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, &

& in sacris canonibus continetur. Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus, cæterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius verò Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet prærogatiis omnibus & juribus eorũ.

Datum Florentiæ in sessione publica Synodali, solenniter in Ecclesia majori celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1439. pridie Nonas Julij, pontificatus nostri anno nono.

DE SYNODIS XVI. Centuriæ, hoc est, ijs, quæ ab anno 1500. usq; ad præsentem 1600. sunt habitæ.

Concilia postremæ Centuriæ duarum sunt classium: quarum una quidem vera, legitima, ac Orthodoxa continet, quæ à nostris, quos adversarij Lutheranos appellant, etsi non ea pompa, frequentiaq; qua sese pontifici iactitant, attamen iuxta Canonem sacrarum literarum legitimè convocata & habita sunt: altera verò larvata & impia adversariorum complectitur conciliabula. *Concilia postremi seculi duplicia.*

Ac ut de Pontificiorum conventiculis prius loco dicamus, commemoran-

tur in tertio conciliorum tomo Basileæ edito duo generalia: quorum prius est Lateranense, inchoatum Anno CHristi 1512 sub Iulio secundo Papa, & finitum Anno Christi 1517. sub Leone decimo, posterius verò est Tridentinum. De Lateranensi paulò pòst in tertij libri capite 6. erit dicendum, quantum ad præsentem disputationem satis videbitur. Acta verò Tridentinæ congregationis seorsim edita passim in omnium habentur manibus, ut supervacaneum videatur hoc loco illa recensere: Cum institutum meum sit, illa saltem in hoc compendio referre, quæ alibi seorsim non reperiuntur, sed quæ vel in Conciliorum tomis, vel in Centurijs Magdeburgensibus, aliisue voluminibus, quasi sepulta iacent. Hæc inquam constitui in eorum gratiam seorsim edere, quos vel fortunarum tenuitas, vel occupationum aliarũ multitudo, non sinit ingentes illos codices adire, qua in re quidem spero benevolo lectori mediocriter hactenus satisfactum esse: dum alius meliora proferat, cui merito gratias omnes egerimus.

Concilium Lateranense anno 1512.

Concilium Tridentinum.

Concilia Papistarũ

Ad Concilia porrò, Senonense, Colonienſe, Hildesheimense, Augustense, Tre-

Trevirense, Colonienſe aliud ſub Adolpho, Moguntinum & Trevirenſe aliud, quæ in eodem tomo extant, quod attinet, cum illa ſint provincialia, & præterea ad hanc diſputationem, quam nunc in manibus habemus, non usq; adeò requirantur, in alium illa locum reſervamus. Sicut etiam colloquia, quæ cum Pontificijs VVormatiæ alijsq; diverſis in locis ſunt habita, anguſtia libelli nos omittere cogit.

provincialia poſtremi ſeculi.

Cæterum conventus noſtra ex parte in negotijs Religionis, & præſertim ob diſputationes à Sacramentarijs motas, habiti, in hiſtoria Auguſtanæ Confeſsionis, quæ in omnium verſatur manibus, ſatis luculenter ſunt expoſiti, ut laterem lavare actumq; agere viderer, ſi eorũ commemoratione libellum hunc augere vellem.

Conventus Lutheranorum & proteſtantium extant in hiſtoria Auguſtanæ Confeſsionis.

Quod igitur reliquum eſt vela iam contrahamus, èq; vaſto illo hiſtoriarum pelago, ad littus inſtitutæ diſputationis, naviculam appellamus. Sequentibus proinde 2. libris videbimus, quo pacto in diſputatione cum Bellarmino ijs, quæ huc usq; commemorata ſunt, commodè uti poſſimus.

LAVS DEO.

Cum Paginæ aliquot essent vacaturæ, placuit in illas ea adscribere, quæ nonnullis in locis brevitatis studio omisimus, utpote

Pag. 94.

VBi agitur de Synodo prima Cæsariensi in Palæstina à Theophilo congregata, inserenda sunt quædam ex epistola Theophili de Processu eius Concilii. Verbi gratia, quòd commemorat, convocatos ad eam Synodũ fuisse non solùm suæ Patriæ, sed etiam de vicinis provinciis omnes episcopos, & (præter illos) sapientes etiam viros. Deinde recitat, primò omnium in eo consessu episcoporum & sapientum virorum tractatũ fuisse, quo die septimanæ celebrandum esset Pascha, & placuisse omnibus, ut die Dominico, eò quod ille dies primus fuisset creatus in mundo, & quod de illo Psalmus 118. loqueretur: Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Porrò indicat Theophilus tempus anni constitutum esse Vernum, in quo Pascha celebraretur, eò quod eodem illo tempore mundus esset conditus, & Israelitæ ex Aegypto educti: statuisse autem patres in eo Concilio ait, ut nec ante 11. Cal. April. nec post 11. Cal. Maij Pascha fieret. Et memorabile est, illos in eo Concilio omnium, quæ interrogando proposita fuerunt, rationes è scriptura quæsiviſse & produxisse, licet, quàm dextrè singulæ adhibitæ fuerint, suo loco relinquamus.

Dies Dominica.

Pagina 95.

Verba Irenæi ad Victorem græcè adscribenda erant, quod nimirum latinis sunt ἐμφατικώτερα & clariora, quæ autem sic habent: ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τῶν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. Dissonantia jejunii fidei consonantiam commendat. *Discrepantia Ceremoniarum.*

Pag. 477.

Vbi in artic. 23. Concilii Toletani tertii ponitur vox ex Italico ballare, quod est, saltare, & græco composita, ballimathia, quæ in Synopsi decretorum Concilii habetur Tomo 2. Conciliorum fol. 168. perspicuitatis causa meritò adiiciuntur ipsa canonis verba, quæ sic habent: Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consuevit Populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed & religiosorum officiis obstrepentes. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur, Sacerdotum & iudicum à Concilio sancto curæ committitur. Citatur decretum dist. 3. de consecrat. cap. irreligiosa consuetudo. Hinc enim intelsigitur, quid sit ballimathiæ prohibitio. *Saltationes & nugatoriæ cantilenæ diebus festis prohibitæ.*

Pag. 487.

Etsi decreta Hispalensis secundæ Synodi pleraq; ut notata pagina dicitur, nihil continent aliud, quàm de monasticis rebus: quatuor tamen capitula notatu digna sunt, quæ hic addimus verbi gratia:

I. Vt

1. Vt Ecclesiæ tempore incursionis hostium aliò traductæ ad pristinos possessores redeant. Non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis.

In cujus ordinatione benedictio omissa, deponendus.

2. De quibusdã Sacerdotali & Levitico gradu ornatis, ab episcopo oculorum vitio laborante, quibus manum ille solummodò imposuerit, nullâ autem benedictione affecerit, deponendis.

Episcopale jus quousq; se extendat in dimissione ministrorũ verbi.

6. Ne solus episcopus absq; Synodali sententia audeat presbyterum loco movere. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannicâ, non authoritate canonicâ damnant. Et sicut nonnullos gratiâ favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaq; permoti humiliant. Episcopus enim Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest.

Libertate abutens, pereat.

8. Libertus quidam Helisæus, qui suo episcopo magicis artibus insidiatus fuerat, ad pristinam servitutem damnatur. Quorum enim libertas perniciosa est, sit salutifera servitus: & qui superbire noverint apertâ libertate præditi, discant obedire subjecti.

Pag. 529.

Post acta Concilii Constantinop. VI. universalis meritò adiungitur narratio Abbatis Vrspergensis, quam recitat in vita Constantini Nep. Heraclii: ea verò sic habet:

Sexta Synodus universalis Constantinopoli congregatur sub Agathone Papa, qui Dono successit, in qua damnatis hæreticis, tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut sordes hæresium expulsas omnes intelligerent & mirarentur.

Errata

Errata sic corrige

Pag. 10. l. 13. migrationis. Pag. 11. in marg nali extremo lege. Synodus Salomonis, f. 42. l. 3. iudicio, lin. ult. perhibent. f. 43. l. 12. Berrhœenses. fol. 49. l. ult. tom. fol. 67. l. 15. insuper. fol. 73. l. 27. exhortari. fol. 95. l. 4. inter semetipsos & nobiscum pacifice fuerunt semper, & sunt. fol. 98. l. 16. eadem 100. l. 9. & ad marg ϖαλιμϐολία: fol. 101. l. 16. Apud Cyprianum epistola, qua est. f. 105. l. 6. & alibi. parœcia fol. 113. presbyteri ruris, in ecclesia ciuitatis, ex episcopo præsente &c. f. 116. lin. 3. Volebam. silentio. fol. 118. l. 19. delubris. f. 129. l. 17. ἀποϛολικαὶ: ibid. in margine. iudex. f. 130. in marg. partium. fol. 131. l. 7. præcipua. fol. 139. l. 10. Secundo. ibid. l. ult. exiuisauit. fol. 149 in marg. consecrandorum, fol. 151. l. 15. Aetius. fol. 154. l. 7. damnaretur. l. 10. iudicorum. fol. 163. l. 4. Arrianarum fol. 171. l. 5. Germanicia fol. eod, tota periodus. cuius initium Cadicis autem) superflua est. eod. l. 10. cap. 15. fol. 174. l. 9. Occidentalium. fol. 176. l. 3. Paulus. quos. fol. 189. l. 12. præstandum. l. 15. tum: l. 25. de consilio. fol 195 l. 15. aliquæ. fol. 205. lin. 1. Laurentius. fol. 112. l. 23. apud. ibid. usi. fol. 214. l. 4. ferebatur. f. 216. l. 21 iussit. Secula l. 29. præsentem. fol. 226. l. 25. ὁμοϑσιον: f. 228. l. 15. minus. in marg. Mysterium. f. 229. l. 17. pereerrendum fol 231. l. 20. devincere. fol. 234. lin. pen. Filium. ult. solum corpus. fol. 247. l. 25. se ipsos. fol 248. l. 2. præoccupauerat, in marg. Valentinianus. Christianam. fol. 250. l. 16. dioeceseos. f. 252. Carophrygiæ f. 254. l. 8. Seleuciae mas fol. 264. l. 6. induere. fol 273. l pen. gustasse. fol 274 lin. 9. deitatem. fol. 276. l. 12. unaquaque. fol. 277. l pen. ult. trecentesimo. fol. 280. l. 3. affectatione. fol. 290. l. 19. ducentos. l. 23. ducenta. fol. 296 l. 20. Epiphanius. fol. 300 l. 6. Placidiana. fol. 323. l. 17. suo. lin. 18. circumferatur. lin. 19. noceat. fol. 327. lin. 2. Marianum, l. 20. Steccensis. fol. 330 l. 5 rogans, l. 11. episcopis fol. 333. lin. antep. haec. fol. 347. l. 3. duas. fol. 357. l. 4. adiutum. l. 18. a Spiritu. fol. 381. lin. 7. ratiocinari. fol. 381. lin pen ei commisso. fol. 382. l. 26. volus. fol. 388. lin. 22. scil cet. fol. 390. lin. 1. Flauianus. in marg. Eutychianam. fol. 392. in marg. consignatorum clericorum remotio. fol. 396. l. 25. ad

ferunt. fol. 412. lin. ult. μονογενῆ. fol. 417. l. 18. di
em. tollatur. fol. 438. l. 10. Ennodio. fol. 439. l. 22 Ennod
dium fol. 440. l. 5. Ennodii. fol. 453. lin. 5. Panvinium.
fol. 464 l. 1. Quarto. fol. 466. l. 7. interpretatione fol. 471
lin. 2. & in margine Saphoracus. fol. 485. l. 24. non nimi
um dedito. fol. 488. l. 20. cap. 18. fol. 491. l. 18. dogmat
izata. l. 19. providentes. l. 23. post. quæstione, ponatur com
ma, l. 24. Vocibus inhærentes, l. 27. post. addentes, comma
fol. 534. in marg. imaginum. fol. 572. l. 20. gestarum.
fol. 590. & al bi Cajetanus.
f. 682. l. 1. Sinonis. f. 688 l 6. ouilz. f. 695. l. 16. aut quis.
f. 696. l. 11. subsitetunt l. 12. indicis. f. 741. l. 17. inuis
essentem f. 784. l. 7. Benifacius VIII. f. 816. l. 21. in medium.



VVITTEBERGÆ.

Typis VVolfgangi Meisneri,

Anno M. DC.

INDEX.

Capita tractatus generalis de Concilys.

I. De nomine, Origine, descriptione & natura Conciliorum.

II. De partitione, & quotuplicia sint Concilia.

III. De utilitate Conciliorum vera & à Pontificijs ficta.

IV. An Concilia ad dirimendas controversias theologicas sint necessaria.

V. An Concilia sint supra scripturam, ita ut scripturæ interpretatio ab illorum decretis expetenda sit, ubi prolixè de genuina scripturæ per scripturam explicatione.

VI. An Concilia possint errare.

VII. Quis habeat potestatem convocandi Concilia, itemq; qui assessores & judices esse debeant.

Capita libri secundi seu historicæ narrationis omnium Conciliorum.

Caput primum.

PLenum facit, primis centum annis à Christi nativitate multas extitisse hæreses tempore Apostolorum

lorum & posteà, quæ tamen citra Conciliorum strepitum solo ancipiti gladio verbi cœlestis repressæ sunt, excepta vnica Synodo Act. 15.

Secundum Caput recitat Synodos secundæ centuriæ post Christum natum, utpote:

I. Romanam sub Victore, fol. 93
II. Cæsareensem fol. 94
III. Gallicam
IV. Ponticam
V. Achaicam — fol. 94
VI. Asiaticam
VII. Ostroenensem

Tertium Caput commemorat Concilia tertij seculi post natum Christum ab Anno videlicet Christi 200. usq; ad 300. quæ sunt:

I. Arabicum fol. 96
II. Arabicum aliud. ibidem
III. Africanum primum — fol. 97
IV. Africanum secundum 98
V. Africanum tertium 99
VI. Africana aliquot alia 99
VII. Romanum contra Novatum 101
VIII. Antiochenum contra eundem

IX. Romanum vacante sede habitum ibid.
X. Aliud Africanum 102
XI. Carthaginense super anabaptismo 102
XII. In Iconio & Synadis 103
XIII. Antiochenum contra Samosatenum 104
XIV. Sesuanum 107

Caput IV. habet Concilia quarti seculi ab Anno Christi 300. usq; ad 400.

I. Ancyranum 109
II. Neocæsareense 112
III. Nicenum 113
IV. Tyrium 142
V. Hierosolymitanum 149
VI. Antiochenum 151
VII. Romana aliquot incertæ fidei fol. 152. 153. 154. 155. 156.
VIII. Eliberinum 157
IX. Arelatense 160
X. Arelatense aliud 161
XI. Carthaginense primum 162
XII. Antiochenum Arrianum 162
XIII. Antiochenum secund. Arrian. 168
XIV. Agrippinense seu Colonienſe 169
XV. Orientale Arrian. 170
XVI. Romanum 171
XVII. Sardicense 173

XVIII. Hierosolymitanum 178
XIX. Alexandrinum ibidem
XX. Sirmiense 179
XXI. Orientale Arr. 183
XXII. Mediolanense turbulentum 184
XXIII. Ancyranum 188
XXIV. Ariminense orthodox. 188
XXV. Nicense in Thracia 198
XXVI. Romanum sub Damaso 201
XXVII. Seleucense contentiosum 203
XXVIII. Constantinopolitanum 213
XXIX. Antiochenum 221
XXX. Gangrense 222
XXXI. Antiochenum 227
XXXII. Alexandrinum 231
XXXIII. Quædam conventicula Macedonianorum 238
XXXIV. Gazense seu Constantiense ibidem
XXXV. Sub Iouiano 240
XXXVI. Laodicenum 243
XXXVII. Sub Valentiniano 247
XXXVIII. In Illyrico 250
XXXIX. Lampsacenum 253
XL. In Sicilia 254
XLI. Tarsense 255
XLII. Tyanense 256
XLIII. Nicomediense Arrianorum ibidem
XLIV. Pazense Phrygiæ Novatian. 257
XLV. Romanum 258

XLVI. In Gallia & Hispania ibidem
XLVII. Romanum aliud 259
XLVIII. Valentinianum 260
XLIX. Constantinopolitanum œcumen. 263
L. Romanum 271
LI. Constantinopolitanum aliud 274
LII. Aliud Constantinopolitanum 277
LIII. Novatianum Augari. 279
LIV. Aquilejense 281
LV. Carthaginense secundum 283
LVI. Carthaginense tertium 284
LVII. Carthaginensia aliquot alia, fol. 286. 288. 289
LVIII. Quartum Carthaginense 290
LIX. Taurinatense 294
LX. Capuense ibidem

Caput V. complectitur Synodos quintæ centuriæ post Christum natum, utpote:

I. Epiphanij in Cypro 295
II. Alexandrinam contra Origen. 296
III. Constantino. contra Ioan. 297
IV. Chalcedonensem contra eundem 298
V. Constantinopol. alias 305. 307
VI. Ephesinam 308
VII. Alexandrinam ibidem
VIII. Alexandrinam aliam 309

IX. Carthaginensem, ibidem
X. Toletanam primam, 314
XI. Milevitanam, 317
XII. Palæstinam, 321
XIII. Telensem, 324
XIV. Carthaginensem sextam, seu Africanam, 326

XV. Carthaginensem, 346
XVI. Cebarsussensem, 347
XVII. Bagajensem, ibidem
XVIII. Certhensem, 348
XIX. Hipponensem, ibidem
XX. Collationem inter Catholicos & Donatistas Carthagini, 349
ibidem
XXI. Ephesinam priorem, 361
XXII. Antiochenam, 362
XXIII. Antiochenam aliam, 363
XXIV. Synodum in Armenia, 364
XXV. In Pamphylia, ibidem
XXVI. Romanam, 365
XXVII. Rhegiensem, ibidem
XXVIII. Romanam, 366
XXIX. Arausiacam primam 367
XXX. Arausiacam secundam, 371
XXXI. Vasensem, 372
XXXII. Carpentoractensem, 373
XXXIII. Constantinopolit. contra Eutychen, 383
XXXIV. Constantinopolitanam repetitam,

XXXV. Ephesinam secundam, λῃστικὴν, 385
XXXVI. Berytinam, 391
XXXVII. Agathensem, ibidem
XXXVIII. Ephesinam, 393
XXXIX. Veneticam, 394
XL. Chalcedonensem, 395
XLI. Constantinopolit. 424
XLII. Alexandrinam ibidem
XLIII. Arelatensem tertiam, 425
XLIV. Turonensem, ibidem
XLV. Romanam, 426
XLVI. Tarraconensem, 427
XLVII. Romanam, ibidem
XLVIII. Carthaginensem Homousianorum & Arrianorum, 428
XLIX. Epaunensem, 431
L. Romanam, ibidem

Capite VI. continentur Synodi sexti seculi post Christum natum, hoc ordine.

I. Ravennas, 432
II. Romanæ sub Symmacho sex, fol. 433. 435. 437. 440.
III. Ilerdensis, 441
IV. Valentina, 443
V. Constantinopolit. ibidem
VI. Sidonensis, 444

INDEX.

VII. Apud Heracleam 445
VIII. Aurelianensis 446
IX. Gerundensis 447
X. Cæsarauguſtana 448
XI. Conſtantinopolitana 449
XII. Epiſcoporum ſecundæ Syriæ ibidem
XIII. Romanæ ſub Bonifacio ſecundo 450
XIV. Toletana ſecunda ibidem
XV. Conſtantinopolitana 452
XVI. Altera Conſtantinopoleos 453
XVII. Conſtantinop. quinta œcumenica 455
XVIII. Mopſueſtena 468
XIX. Aurelianenſis ſecund. tert. quart. quint. 469
XX. Arvernenſis ibidem
XXI. Secunda Turonenſis 470
XXII. Parrhiſienſis ibidem
XXIII. Altera Parrhiſienſis ibidem
XXIV. Gradenſis 471
XXV. Brenniacenſis ibidem
XXVI. Toletana 472
XXVII. Conſtantinopolit. 473
XXVIII. Hiſpalenſis 474
XXIX. Toletana tertia ibidem
XXX. Matiſconenſis prima, ſecun. tertia. 477
XXXI. Romana 478
XXXII. Lateranenſis ibidem
XXXIII. Barionenſis ibidem
XXXIV. Anglica 479

XXXV. *Lugdunenſis* *ibidem*
XXXVI. *Cabillonenſis* 480
XXXVII. *Alia Lugdunenſis & alia Gallicana* *ibidem*
XXXVIII. *Pictavienſis* *ibidem*
XXXIX. *Metenſis* 481

Caput VII. eſt de Synodis ſeptimæ centuriæ poſt Chriſtum natum.

I. *Romana ſub Bonifacio III.* 481
II. *Romana ſub Bonifacio IV.* 482
III. *Bracarenſis* *ibidem*
IV. *Hieroſolymitana* 483
V. *Bavarica* 484
VI. *Matiſconenſis* *ibidem*
VII. *Antiſiodorenſis* 486
VIII. *Hiſpalenſis* *ibidem*
IX. *Toletana quarta* 487
X. *Toletana quinta* 488
XI. *Romana ſub Theodoro* 489
XII. *Africana* *ibidem*
XIII. *Byzancena* 490
XIIII. *In Africa Proconſulari* *ibidem*
XV. *Romana ſub Martino, contra Monotheletas* *ibidem*
XVI. *Hiſpanica* 493
XVII. *Anglicana Herudfordiana* *ibidem*
XVIII. *Britannica* 494

XIX. Toletana sexta, 495
XX. Toletana septima, 496
XXI. Cabillonensis, 497
XXII. Romana sub Agathone, 498
XXIII. Hedfeldensis Britannica, 499
XXIV. Gallicana, 500
XXV. Britannica Adzuvifordiana, 501
XXVI. Francica, ibid.
XXVII. Toletana octava, ibid.
XXVIII. Toletana nona, 505
XXIX. Decima Toletana, 506
XXX. Toletana undecima, ibid.
XXXI. Bracarensis tertia, 508
XXXII. Sexta universalis Constantinop. 509
XXXIII. Toletana duodecima, 529
XXXIV. Toletana decimatertia, 531
XXXV. Toletanæ aliæ sub Egita, 532
XXXVI. Synodus sub Tyberio, seu Absimaro. 533.

Caput VIII. continet Synodos octavæ Centuriæ, id est, ab anno 700. usq, ad 800. post Christum natum, utpote:

I. Britannicam, 533
II. Niddensem, 534
III. Londinensem, ibidem
IV. Constantinopolitanam, 536

V. Ro-

V. Romanam tempore Constantini Papæ, 537
VI. Romanam aliam, tempore Gregorij II. 538
VII. Orientalem, 539
VIII. Constantinopol. ibidem
IX. Augustanam, 542
X. Romanam, 543
XI. Britannicam in Cloveshо, 545
XII. Septimam Constantinopolitanam, ibidem
XIII. Synodum in Gallia seu Francia, sub Carolomanno, 547
XIV. Liftinensem. 548
XV. Asthænensem, 549
XVI. Dinguloſinensem, ibidem
XVII. Synodum in Gentiliacovilla, 550
XVIII. Romanam, 551
XIX. Romanam aliam, 553
XX. VVormacienſes, ibidem
XXI. Roman. à Carolo & Adriano celebratã, 554
XXII. Durienſes, 555
XXIII. Genuensem, 556
XXIV. Anglicanam, ibidem
XXV. Aliam Anglicanam, ibidem
XXVI. Ad Lippam, 559
XXVII. Padebrunensem, ibidem
XXVIII. Ingelheimensem, ibidem
XXIX. Constantinopolitanam, 560
XXX. Nicenam ſecundam, ſeptimam universalem dictam, 562
XXXI. Ratiſponenſem, 566

XXXII. Romanam 568
XXXIII. Francofordianam *ibidem.*
XXXIV. Aquisgranam 573

Capite IX. continentur Synodi intra 800. & 900. annum à Christi nativitate celebratæ, scilicet:

I. Compostellensis 574
II. Parisiensis, 575
III. Bavarica Saleburgensis, *ibidem.*
IV. Hallensis, 576
V. Aquisgrana, *ibidem.*
VI. Moguntina, 577
VII. Remensis, 580
VIII. Turonensis, 581
IX. Cabilonensis, 583
X. Arelatensis, 586
XI. Triburiana, *ibidem.*
XII. Ad villam Theodonis, 587
XIII. Aquisgrana, *ibidem.*
XIV. VVormaciensis, 588
XV. Moguntina, *ibidem.*
XVI. Aquisgranensis, 589
XVII. Alia Aquisgrana, 590
XVIII. Moguntina, *ibidem.*
XIX. Aquisgrana, 591
XX. Lugdunensis. *ibidem.*
XXI. Meldensis, 592

XXII. Moguntina, ibidem.
XXIII. Constantinopolitana, 593
XXIV. Romana, 594
XXV. Remensis, 595
XXVI. Ticinensis, 596
XXVII. Meterensis, 598
XXVIII. Aquisgrana, ibidem.
XXIX. Romana, 599
XXX. Francica, ibidem
XXXI. Romana, 600
XXXII. Romana alia, ibidem.
XXXIII. Constantinopolitana, 601
XXXIV. Romana, ibidem.
XXXV. Constantinop: 602
XXXVI. Alia Constantin. ibidem.
XXXVII. Romana, 603
XXXVIII. Constantinopolitana octava, Generalis ibidem.
XXXIX. Colonienſis, 609
XL. Pontigonenſis, 610
XLI. Trecanenſis, 611
XLII. Colonienſis, 612
XLIII. Macrenſis, ibidem.
XLIV. Moguntina, 615
XLV. Wormacienſis, 616
XLVI. Tiburienſis. 618

Caput X. eſt de Synodis centuriæ decimæ poſt Chriſtum natum, ceu ſunt:

INDEX.

I. Ravennatensis. 619
II. Gallicanæ duæ. 620
III. In Althaim. 622
IV. In Dingelfing Bavariæ. 623
V. Duisburgensis. ibidem
VI. Erfurdensis. 624
VII. Bonnensis. ibidem
VIII. Ingelheimensis. 625
IX. Augustana. ibidem
X. Ravennatensis. 626
XI. Ingelheimensis. ibid.
XII. Romana 627
XIII. Alia Romana. 640
XIV. Alia Romana. 644
XV. Romana alia. 646
XVI. Alia in Ingelheim. 647
XVII. Vintonienſis. ibid.
XVIII. Anglica. 650
XIX. Alia Romana. 651
XX. Constantinopol. 652
XXI. Alia Constantinopol. 653
XXII. Sylvanectensis. 654
XXIII. Remensis. 655
XXIV. Remensis altera. ibid.

Caput XI. Synodi undecimæ Centuriæ post Christum natum.

I. Francofordiana. 657

II. Aquisgrani, 638
III. Noviomagi, ibid.
IV. Gandersheimensis, 659
V. Salingunstadensis, 660
VI. Francofordiana alia. 662
VII. Triburiæ. 663
VIII. Sutrij, 664
IX. Moguntina, 665
X. Marsburgensis, ibid.
XI. Romanæ duæ, 666
XII. Remensis, ibid.
XIII. Vercellensis, 667
XIV. Romana alia, ibid.
XV. VVormaciensis, 668
XVI. Florentina, ibid.
XVII. Turonensis, 669
XVIII. Mantuana, 670
XIX. Romana alia, ibid.
XX. Halberstadiana, 672
XXI. Mediolanensis, 673
XXII. Alia Mediolanensis, 674
XXIII. Mantuana, ibid.
XXIV. Romana alia, 675
XXV. Galliæ Concilium. 678
XXVI. Romana alia, 679
XXVII. Erfurdensis, ibid.
XXVIII. Moguntina, 683
XXIX. VVormaciensis, ibid.
XXX. Romana, 686

XXXI. Brixiana 689
XXXII. Romana alia 690
XXXIII. Synodus à Colonienſi & Moguntino epiſcopis celebrata 691
XXXIV. In Berchach 692
XXXV. Beneventana ibidem
XXXVI. Garſtungi 693
XXXVII. Quedlinburgæ 696
XXXVIIII. Moguntina alia 696
XXXIX. Ad Melphim 697
XL. Trojana, Placentina, Turonenſis 698
XLI. Placentina alia 699
XLII. Romana 699
XLIII. Claromontenſis 700
XLIV. Barnenſis 701
XLV. Romana ibidem
XLVI. In Rotingeham 702

Caput XII. De Conciliis ſeu Synodis celebratis:

I. Pariſiis 703
II. Florentiæ 704
III. Romæ 705
IV. Londini 706
V. Ad Pauli fanum 707
VI. Northuſæ 708
VII. Romæ 710
VIII. Moguntiæ ibidem

IX. Ad Padum fluvium. 714
X. Trecæ. 715
XI. Lincolniæ. 719
XII. Anglica, ibidem
XIII. Hierosolymitæ. 720
XIV. Beneventi. ibid.
XV. Leziæ. 721
XVI. Romæ, ibid.
XVII. Romæ aliæ. 722
XVIII. Londini. 725
XIX. Moguntiæ. ibid.
XX. Romæ aliæ. 726
XXI. Capuæ. 727
XXII. Viennæ. ibid.
XXIII. Remis. ibid.
XXIV. Coloniæ. 728
XXV. Frisiæ. 729
XXVI. Triburiæ. ibid.
XXVII. Ad S. Lucam. ibid.
XXVIII. Neapoli. 730
XXIX. Wirtzburgi. ibid.
XXX. Wormatiæ. 732
XXXI. Romæ aliæ. ibid.
XXXII Londini. 733
XXXIII. Moguntiæ. 734
XXXIV. Apud Cretas. ibid.
XXXV. Tolosæ. 735
XXXVI. Viennæ. ibid.

XXXVII. Londini. 736
XXXVIII. Apud Clarum montem. 737
IXL. Apud Stampas. ibidem.
XL. Remis, 738
XLI. Placentiæ. ibid.
XLII. Pisis, 739
XLIII. Herbipoli. 740
XLIV. Romæ, ibid.
XLV. VVestmonasterij, 742
XLVI. Colloquium Græcor. & Italor. de processione Spiritus sancti. 743
XLVII. Disputatio Constantinopolitana cum Græcis, de processione Spiritus sancti 745
XLVIII. Suessone, 745
IL. Apud Senonas, ibidem.
L. Disputatio de Deo incarnato, & de Deo Mahometico. 749
LI. Antiochiæ. 751
LII. Parisiis. 753
LIII. Remis. 754
LIV. Papiæ. 755
LV Ad Clarum montem. 756
LVI. Herbipoli, ibidem.
LVII. Turoni, 757
LVIII. Romæ in Laterano. ibidem.

Caput XIII. De Synodis decimæ tertiæ centuriæ post Christum natum, celebratis

INDEX.

I. In Scotia, 759
II. Radingæ in Anglia, 760
III. In Hispania, ibi
IV. Romæ, 761
V. Parisiis, 762
VI. In Anglia, 763
VII. Romæ, ibid.
VIII. Oxonij, 771
IX. Lugduni, 772
X. Alia Lugduni, 774

Caput XIIII. De Synodis decimæ quartæ centuriæ.

I. Iubilæus primus Romæ habitus. 776
II. Lugdunensis Gallica, 777
III. Viennensis in Gallia, 778
IV. Moguntina, 782
V. Iubilæus sub Clemente sexto, 783

Caput XV. De Synodis decimæ quintæ Centuriæ, ceu sunt:

I. Pisana, 785
II. Constantiensis, 787

III. Basiliensis, 808
IV. Synodus Ferrariæ incepta, Florentiæ finita, 815
V. Florentina, 820

Caput XVI. continet Concilia, habita ab anno 1500. usq, ad præsentem 1600. videlicet:

I. Lateranense, 824
II. Tridentinum, ibidem
III. Senonense, ibidem
IV. Colonienſe, ibidem
V. Hildesheimense, ibidem
VI. Augustense, ibidem
VII. Trevirense, 825
VIII. Colonienſe aliud, ibidem
IX. Moguntinum, ibidem
X. Trevirense aliud. ibidem

INDEX

Historiarum, Doctorum Ecclesiæ, Pontificum, Cardinalium & Episcoporum; omnium denique memorabilium, quæ in hisce prioribus duobus libellis continentur.

A

ABailardus Philosophicis terminis Theologiam contaminat, pag. 747

Abbates quales legendi, 594

Abbatis Ioachimi libellus damnatur, 764

Absq; Papali authoritate convocata Concilia, 75. 76. 77. Cæsarienſe, 94. Arabica, 96. 97. Africana, 97. 98. 99. Antiochenum & Romanum, 101. Alia: 103. 104. 105. 106. 109. 113. 115. Antiochenum, 227. Alexandrinum, coactum ab Athanasio & Eusebio, 234. In Illyrico, coactum concilium à Valentiniano & Valente, 250. Constantinopolitanum convocatum à Theodosio, 263. Chalcedonenſe, 299. 397. Ephesinum prius congregatum à Theodosio 349. Romanum convocatum à Theodorico Rege, 435. Aurelianenſe, à Clodoveo, 446. Constantinopolitanum, quintum œcumenicum, à Iustiniano, 455. Toletanum, à Reccaredo Rege Hispaniæ, 472. Constantinopolitanum œcumenicum VI. 510. Ratisbonenſe, 567. Romanum, convocatum ab

Otthone I. 628. VVormacienſe ab Henrico Imperatore, 684. Conſtantienſe à Sigiſmundo Imperatore, 787.

Acaciani confiſi loquacitate Aetij colloquium coram Imperatore cum Orthodoxis flagitant, 215.

Acaciani quibus rebus ſibi aulicorum animos devinxerint, 214.

Acacianorum multitudine motus Conſtantius Symbolum ipſorum recipit, 218

Acacianorum Symbolum, 209

Acacius contra Cyrillum Hieroſolymitanum, 204

Acacius quemadmodum homines faſcinaverit, 214.

Acacius ſcribit novam fidei formulam, 208.

Accuſati & rei non habent locum inter Iudices, 387.

Acephali hæretici, 486.

Aceſius Novatianus argutè refellitur à Conſtantino, 134.

Achaicum concilium de Paſchate, 94.

Acta concilij Conſtantinopolitani petuntur confirmari à Theodoſio, 269.

Adalgarius Hamburgenſis Epiſcopus, & Hermannus Colonienſis, de Bremenſi Eccleſia litigant, 616.

Adamum

Adamum moriturum fuisse, licet nō peccaret, dogma Pelagianum, 319.
Διάφορα non sufficiens causa Schismatis, 280.

Aditum ad Constantium Arriani Orthodoxis præcludunt, 196.
Adzuuifordiana Synodus, 501.
Ægyptiorum Episcoporum confessio, 409.
Æternitas tribuitur ab Arrianis Constantio & negatur Christo, 194.
Aërius jactat sibi esse ea revelata, quæ ne Apostolis quidem, 215.
Africana aliquot Concilia convocata sine authoritate Romani Pontificis, 99. Africana Concilia alia, 97. 489.
Africanorum Episcoporum literæ ad Bonifacium Romanum Episcopum, 334.
Africanorum sententia de lapsis in persecutione, 98.
Agapetus Romanus Episcopus, 452.
Agathensis Synodus, 391.
Agatho Papa, 498.
Agrestinus reprehendit Monasticas superstitiones, 484.
Alba Sacerdotalis, 292.
Albertus Imperator verum scopum disputationis monstrat Episcopis, 820.
Albertus Moguntinus Præsul Imperatori omnem reverentiam detrectat, 730. &c.

Saxones contra Imperatorem extimulat. 734.
Alea sub Excommunicationis pœnâ prohibita. 158.
ἀλεκτρυομαντεία, 261.
Alexander qui Arrio se opposuerat accusatur concitati in Ecclesiâ tumultus. 120. petit à Constantino Synodum, 121. Cum Arrio disputat, 114.
Eius literæ ad Ecclesias de Ario, 115.
Alexandrina Concilia. 115. 179. 231. 308. 309. 424. 297.
Alexandria & Hierosolyma à Sarracenis occupatæ carent Patriarchis, 512.
Aliquot Episcopi magnorum Scelerum rei aguntur. 657.
Almerici sectatores convicti hæreseos. 762.
Altbaim pagus Rhetiæ, 622.
In Altbaim Synodus, 622.
Anacletus Antipapa, 737.
Ancyrana Concilia, 109. 188.
Angarum Emporium Bithyniæ, 279.
Angari habita Synodus, 279.
Angelus Corrarius, 785. cedit Pontificatu. 801.
Angliæ Episcopi ab obedientia Romani Præsulis recedunt, 702. (557.
Angliæ Ecclesiæ Pontificio charactere deformatæ.
Angliæ Rex de nimijs Papæ exactionibus conqueritur. 773.
Anglicanæ Synodi, 479. 650. 719. 763.
Angli Monothelitarũ opinionem aversantur. 500.

Animæ

Anima cur dicta ψυχή, 467.
Anſegiſus Senenſis Epiſcopus, 610.
Anſhelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, 701
Antichriſtus jam natus aſſeritur, 704.
Antichriſti ſigna in Concilio Ferrarienſi, 816.
Antiochena Concilia, 163.168. 227.751. 101. 104.361.362. 151.
Antiſtodorenſis Synodus, 486.
Apiarius confugit ad Zozymum Papam, 527.
Apocryphos & Canonicos libros quomodo diſtinxerit Eccleſia, 52.
Apollinarij hæreſis damnatur, 259.
Apoſtolicæ ſedis eminentia, 312.
Appellatio ad Romanam ſedem, 330.
Appellationes extra provinciam prohibitæ, 321.
Aquilejenſes Synodi, 281. 533.
Aquiſgranenſes Synodi, 573.576.587.589. 590.591.598.658.
Arabes animas una cum corporibus mori & reſurgere docent, 96. iidem refutati ab Origene, 97.
Arauſiacæ Synodi, 366. 367.
Arcadius declaratur Auguſtus, 277.
Chryſoſtomum mittit in exilium, 303.
Arcana in Confeſſione credita, non ſunt prodenda, 767.
Arelatenſes Synodi, 425.586.
Ariminenſe Concilium, 188.
Arma Epiſcoporum Spiritualia, 695.
Armati Synodo excluſi, 590.

Armeniaca Synodus, 363.
Arnolphus Dux Bavariæ præest Synodo, 623.

Arnolphus Remensis Archiepiscopus prodit civitatem, 654. *Eius depositores Anathemate feriuntur*, 656.
Arriani sua nomina è Catalogo subscriptorum expungunt, 144. *à Constantino recipiuntur*, 150. *eorum anceps confessio*, 164. *nolunt suam causam ad Imperatorem deferri*, 166. *cudunt novas fidei formulas*, 191, *nolunt accuratius in cuius sit sententiam inquiri*, 192. *iactant multitudinem Conciliorum*, 220. *Illorum tergiversationes*, 282.
Arrius Antichristi præcursor, 116. *Alexandriæ damnatur ante Nicenam Synodum: ibidem eius blasphemiæ*, 116. 117. *Blasphema eius confessio discerpta in concilio Niceno*, 130. *Dialecticus magis est quàm Theologus*, 114. *perijt post concilium Nicenum*, 125.
Articuli Iohannis Hussi damnati, 798.
Arvernense concilium, 469.
Aschæmensis Synodus, 549.
Asiaticum concilium de Paschate, 94.

Assessores & Iudices in concilio Niceno, 122.
Athanasius quam personam in Synodo Nicena sustinuerit, 122. *recusat venire ad Synodum Cæsariensem*, 144. *relegatur Treverim* 151. *graviter accusatur in Synodo Antiochena*, 164.

Iterum,

Iterum in exilium pellitur, 166. redit ab exilio, 233.
Attalus, 282.
Atticus Constantinopol. Episcopus literas mittit ad concilium Africanum, una cum autentico exemplari concilij Niceni, 339.
Augustanæ Synodi, 542. 625.
Augustinus præses concilij Milevitani, 317. vocatur ad Synodum Ephesinam, 350.
Aulæ extenuant controversias Theologicas, 119.
Aulica illusio ministerij Ecclesiastici, 607.
Aurelianenses Synodi, 446.469.
Aurelius & Musonius præsident Synodo Carthaginensi, 287.
Autores Canonicæ scripturæ non è suo sed Dei sensu & inspiratione loquuntur, 53.
Autoritas par tributa Conciljs cum scriptura, 37.
Autoritatem cuiusmodi Augustinus tribuat Ecclesiæ, 55.
Auxentius Episcopus Mediolanensis Arrianus damnatur, 258.

B

Bachylus in Achaja Synodum congregat ob Paschatos festum, 94.
Bagajensis Synodus, 347.
Ballimathsæ prohibitæ, 477.
Bamba Rex Hispaniæ, 506, tonsura accepta Magistratu se abdicat, 530.

Bambergensis Episcopatus ab Henrico secundo Imperatore erectus, 657.
Baptismus in quadragesimum annum differendus ex sententia Papæ, 155.
Baptizare laicis concessum in casu necessitatis, 158.
Baptizati ab hæreticis an rebaptizandi, 103.
Baptizati in nomine Trinitatis non rebaptizandi, 162.

Barionensis Synodus, 478.
Barrensis Synodus, 701.
Basilica Aquisgrani dedicata, 574.
Basilense Concilium, 808.
Basilius Imperator parricida, 602.
Bassianus Ephesinus Episcopus, 394.
Bavarica Synodus, 484.
Benedictus invasor Romanæ sedis deponitur, 645.
Beneventanæ Synodi, 692. 720. 722.
Benno Episcopus Metensis excæcatus, 624.
In Berchach Synodus, 692.
Berengarij hæresis, 666. Berengarius simulat se opinionem suam abjecturum, 669. eius opinio damnatur, 670. redit ad ingenium, 671.
Bernhardus Clarevallensis Abbas convincit Abailardum, 748.
Beryllus Bostrensis Arabs docet Christum, antequam è Mariâ nasceretur, non fuisse, quem Origenes confutat, 96.
Berythi Synodus, 391.
Bessarion Archiepiscopus Nicenus, 818.

INDEX.

Biblia à Sacerdotibus amissa, 57.
Bigami & viduarum mariti à sacris ordinibus arcendi, 260. 545. 741.
Bimestrem & trimestrem Deum aversatur Nestorius, 351.
Bohemis concessa communio sub utraq; specie, 815.
Bona Ecclesiastica quomodo distribuenda, 576.
Bonaventura Theologus, 617.
Bonifacij natalis Canonizatus, 772.
Bonifacius Papa, 556.
Bonifacius & Papa & Cæsar, 342.
Bracarense Concilium, 776.
Bremensis Ecclesia Coloniensi subjecta, 482. 508.
Brenniacensis Synodus, 619.
Britannica Synodus, 471.
Brixiana Synodus, 494.
Bulgari interrogant an Romanæ vel Constantinopolitanæ sedi subesse debeant, 689.
Byzancena Synodus, 608.
490.

C

Cabillonenses Syondi, 480. 583.
Cadavera Cæsarianorum sepulchris eruuntur à Papa, 713.
Cæsaraugustana Synodus, 448.
Cæsariense Concilium de Paschate, 94.
Candidianus comes, 860.
Canon Apostolicus de Conciliis, 21.
Canones de disciplina Ecclesiastica, 507.

Cano-

Canonici & Apocryphi libri quomodo ab Ecclesia distincti sint. 52.
Canonicorum spurij. 768.
Canon scripturæ. 246.
Capuenses Synodi, 294. 727.
Cardinalium παῤῥησία adversus Eugenium Papam, 754.
Carolomannus princeps Francorum, 548.
Carolus M. Regimoburgi Synodum convocat, 567.
Carolus Remin civitatem occupat. 78.
Carpentoractensis Synodus, 654.
Carthagini habita Concilia, 102. 162. 283. 287. 289. 290. 428. 346.
Catecheticæ tabulæ in Constantinopolitana Ecclesia, 751.
Catechumenorum orationes, 245.
Causa Iohannis Hussi quibus commissa, 791.
Causa quæ omnium ordinum homines attinet ab omnibus est tractanda, 102.
Cebarsussensis Synodus, 347.
Censuræ Episcoporum collectæ ante Synodum, 456.
Cereis in Cœmiterio accensis turbantur Sanctorum Spiritus, 160.
Cerinthus, 92.
Certhensis Synodus, 348.
Chalcedonense Concilium erravit. 60
Chalcedonense Concilium sancit Cælibatum & prohibet coniugium. 61.

Chalcedonense concilium coactum à Martiano, 77.
aliud Chalcedonense, 298.
Chartis vacuis subscriptum, 403.
Chenosim Syris Synodi, 10.
Chrisma solus Episcopus conficit, 316.
Christianorum appellatio, 466.
Christianorum cum Iudæis disceptatio coram Constantino confecta, 156.
Christus verus Deus in terris existens simul est in cœlo, passus est carne, & in carne sedet ad dexteram Dei, 273. Christus una adoratione juxta utramq; Naturam colendus, 465. Christus non est filius adoptivus, 567. 569. Christum pro Dæmonibus passurum, 468.
Chrysaphius præses palatij, 385.

Chrysostomus Eudoxiam ingressu templi prohibet, 299. orat dum hostes ipsius in Conciliabulo sunt, 300. detrectat se impio Concilio committere, 301. damnatur sub prætextu contumaciæ, 302. non ad Imperatricis, sed Imperatoris mandatum vult ab Ecclesia cedere, 307. eius damnati causa templum incenditur, 307.
Ciborum delectus damnatus, 110.
Cistercienſiis ordo. 734.
Claromontensis Synodi, 700. 737. 756.
Clemens II. Papa, 665.
Clemens V. Papa, 777.

Clemens

Clemens VI. Pp. 784.
Clementinarum editio. 779.
Clerici à nuptialibus convivijs abstinere debent, 393. 395. 434.
Clerici contra Symmachum,
Clerici non debent donaria exigere ab auditoribus, 584. non debent exercere jurisdictionem secularem, 769. opponunt se Hildebrando pro conjugio, 680. 683. prohibentur cum vxoribus cœnare, 325. permittuntur illis uxores, 315. Clerici superiores & inferiores non accusandi, 153. 155. Clericorum filiæ devotæ prohibentur nubere, 316. Clerus Anglicanus Sodomiticas libidines exercet. 545.
In Clovesho Synodus, 545.
Cœlestinus Papa, 342.
Collatio inter Catholicos & Donatistas Carthagini, 349.
Colloquium Augustini cum Arrianorum Episcopo, 348.
Colloquium de processione Spiritus sancti, 746. 757
Colonienses Synodi, 169. 609. 728.
Coma & barba clericorum, 292.
Comites Concilij Tyrij præsides Athanasium è manibus Arrianorum liberant, 148
Compostellensis Synodus, 574.
Conceptionis Mariæ festum, 813.
Concertatio de Pontificatu, 674. 755.
Concilia alia aliis gravius errarunt, 18.

Concilia Apostolica in actis latiore significatu, 15.
Concilia bis fieri debent quotannis ex Apostolica constitutione, 21.
Concilia Canonica & Ecclesiastica, 17.
Concilia duum generum in Hispania, 21.
Concilia & congressus Episcopor. Licinius prohibuit,
Concilia maiorem dissidiorum causæ, 221. (25.
Concilia non habent à Papa suam authoritatem sed à scriptura, 26.
Concilia non possunt statuere de scripturarum interpretatione prout ipsis lubet, 38.
Concilia œcumenica & provincialia, 21.
Concilia posse errare & erravisse, 56.
Concilia postremi seculi duplicia, 823.
Concilia prorsus impia, 19.
Concilia quæ erarunt: Romanum primum sub Victore, 94. Africanum, 97. Carthaginense, 102. Neocæsariense, 113. Nicenum, 135. Tyrium, 142. Hierosolymitanum, 149. Antiochena, 151. 162. 168. 227. Romana aliquot. 152, 153. 154. 155. 156. 541. 705. Arelatense, 160. Orientale quoddam, 171. Sirmiense, 179. Orientale Sirmiensi oppositum, 184. Seleucience turbulentum & contentiosum, 209. Nicomediense Arrianum, 256. Valentianũ, 260. Ephesinum χλεψικὸν, 385. Metense. 598. Nicenum secundum, 562. Moguntinum, 710. Constantinopolitanum octavũ, 604. Constantiense, 787. Norbusanum 708.

Concilium quod nec probari nec improbari queat, 26
Concilia refutandis hæresibus an necessaria, 31.
Concilia repræsentant totam Ecclesiam, 74.
Concilio Tyrio præsidet Comes, 145.
Concilium generale supra Papam, 790. 811.
Concilium in campo celebratum, 699.
Confessio semel in anno facienda, 767.
Confessio ambigua Arrianorum, 164.
Confessus piorum in Novo Testamento, 15.
Coniugium prohibitum presbyteris, 13. Coniugium cum hæreticis quatenus permittatur, 245.
Coniugia cum Ethnicis & hæreticis vetita, 285
Coniugium Presbyterorum fornicationi æquiparatur, 616. Coniugium Sacerdotum ex verbo Dei asseritur, 650. Coniuges appellantur focariæ, 736. Coniuges Sacerdotibus in Anglia permittuntur à Rege, 736.
Conradi Traiectensis Episcopi oratio pro Henrico Imperatore, 694.
Consecrationis templorum titulo Arriani Concilia cogunt, 149.
Constantia vrbs Germaniæ, 787.
Constantiense Concilium, ibidem.
Constantinopolitana Synodus convocata à Gratiano & Theodosio, 76. Constantinopolitana Synodus contra Arrianos, Eunomianos & Macedonianos, 277. Constantinopolitanæ aliæ, 307. 305. 373. 383. 449. 455. 473. 509. 536 545. 593. 601. 602. 603. 652. 653. 745. 749.

Con-

Constantinopolitani Episcopi eminentia, 267. 271.
Constantinopolitani Concilij confessio, 267.
Constantinus in Niceno Concilio vult controversias è scripturâ dijudicari, 48. indixit Synodum Nicenam, 76. frustrà laborat controversiam inter Arium & Alexandrum componere, 121. osculatur vulnera Paphnutij, 122. commendat Concordiam, 129. mansuetè audit concertationem partium in Synodo, 130. libellos accusatorios comburit, 131. eius Epistola ad Synodum Tyrium, 146. Constantinus ab Eusebio baptizatus, 155.
Constantinus Imperator nec unam nec duas in Christo voluntates vult dici, 491.
Constantinus Papa à Pontificatu deiectus, 552. interemtus, 553.
Constans Imperator tuetur Athanasium contra fratrem Constantium, 173.
Constantis minaces literæ ad Constantium fratrem de restituendo Paulo & Athanasio, 176.
Constantij vafrum ingenium ab Hilario descriptum, 177.
Constantius non vult audire orthodoxos, 196. laborat Episcopos in suam sententiam pertrahere, 218. eius mors, 231.
Consubstantiale, æquiconsubstantiale & dissimile ab Arrianis rejicitur, 210.
Contra Papæ primatum, 423.
Controversia Arriana totam religionē exponit contemtui, 118.

INDEX

Controversia de Christi Deitate æquiparatur disceptationi Philosophicæ, 120.
Controversia inter Fridericum Ducem Austriæ, & Episcopum Tridentinum, 804.
Controversiæ in suis provincijs ubi sunt ortæ finiantur, 344.
Controversiæ religionis è scripturâ dijudicandæ, 43.
Controversiam Athanasii Liberius Epis. Rom. vult Alexandriæ cognosci, 187.
Conventus Ecclesiastici in Populo Dei semper usitati, 3. (581.
Conversatio cum mulieribus prohibita sacerdotibus, 156.
Conversionis Constantini occasio conficta, 292.
Convivia hæreticorum clerico vitanda, 63.
Convocatio Conciliorum cui competat juxta Pontificios, 72.
Convocatio Synodorum est commune opus Ecclesiastici corporis, 71.
Convocatio Synodorum quo pacto politico Magistratui & alijs ordinibus competat, 782.
Corporis Christi festum, 659.
Corpus Domini ad sinistram, calix ad dextram ponendus, 347.
Cresconius Grammaticus, 734.
Apud Cretas Concilium, 821
Cujusmodi panis in Eucharist. usu adhibendo, 155.
Curia dicta à cruore, 778.
Curia Romana in Gallias translata,
Cypriani sententia de lapsis tempore persequutionis, 98.

Cyrilla Arrianus Episcopus, 428.
Cyrillus Alexandrinus Episcopus, 309.
Cyrilli confessio, 379. Cyrillus literas mittit ad Concilium Africanum cum authentico exemplari concilij Niceni, 338.
Cyrillus Hierosolymitanus impugnatus ab Acacio, 204.
Cyrus Alexandriæ Episcopus, 483.

D

Damascenus defendit imagines, 539.
Damasus non propria authoritate, sed Imperatorijs literis Orientales ad Synodum Rom. vocat, 82.
Damianus conjugium Episcoporum vocat Nicolaitarum hæresin, 674.
Decem Symbola Arrianorum, 220.
Decius persequitur Ecclesiam, 97.
Decreta semel rectè facta non mutanda, 194.
Deliberatio de suscipiendo bello adversus Turcam, non pertinet ad Episcopos & Concilia, 29.
Devastationis Ecclesiæ quæ sit causa, 615.
Diabolus è crucifixi imagine loquens, cælibatum tuetur, 649.
Diaconi & lectores pro Episcopis absentibus subscribunt, 208.
Diaconi & Sacerdotes quando ordinandi, 425.
Diaconis concessum Matrimonium, 110.
Diaconus ordinatus in equorum stabulo, 629.
Die Dominico non jejunandum, 526.
Die Dominico rusticalia opera intermittenda, 498.

Diei Dominicæ observatio, 550.
Dies Saturni ab hora duodecima sacra esse decernitur, 760.
Dignitas Constantinopolitanæ, Alexandrinæ, Romanæ & Antiochenæ Ecclesiæ, 526.
Dingelsing oppidum inferioris Bavariæ, 623. Synodus ibidem habita, ibidem.
Dingulosinensis Synodus, 549.
Diœceses Episcoporum distinctæ, 341.
Dionysius Alexandrinus baptizatos ab hæreticis non rebaptisat, 103.
Dionysius Comes præsidet Synodo, 145.
Dioscorus Alexandrinus Episcopus accusatur ab Eusebio, 400. deponitur, 405.
Dioscorus Tarsensis Nestorianus, 363.
Diotrephes tempore Apostolorum primatum affectavit. 32. 91.
Disceptatio de Episcopatu est inhonesta, 28.
Discordantes non admittendi ad sacram Cœnam, 507.
Discordia in doctrina Ecclesiæ quovis bello nocentior, 129.
Discrepantia ceremoniarum, 827.
Discrimen Canonicorum & Apocryphorum librorum quomodo introduxerit Ecclesia, 52.
Disputatio de additione ad Symbolum, 744. 818.
Disputatio de imaginum cultu, 551. 540.
Disputatio de processione Spiritus sancti, 551.
Disputationes de fide interdicuntur. 416.

INDEX.

Distincta administratio Ecclesiarum Orientis & Occidentis, 257.

Distinctio Conciliorum à Bellarmino adducta vana, 19.

Distinctio Papistica inter ordinem Politicum & Ecclesiasticum, 613.

Diversitas Ceremoniarum non tollit unitatem fidei, 95.

Divina officia linguâ vernaculâ celebranda, 765.

Divortium quando & quomodo concessum, 595.

Divortium inter legitimos coniuges ex sola odij causa concessum, 598.

Doctoru nomen nemo sibi imponere debet, 448.

Domina ancillæ interfectrix non plectitur, 158.

Donatus succedit Paulo Samosateno, 106.

Donatistæ damnant Cæcilianum Episcopum Carthaginensem, 162. item: Maximianum Episcopum Bagajensem, 347.

Duæ nativitates & voluntates in Christo, 492. 499. 516.

Duæ voluntates in Christo negantur & duæ Naturæ conceduntur, 483.

Duisburgensis Synodus, 623.

Dulcinus & Margaritha authores hæresis Fraticellorum, 778.

Dunstanus sectationis Monasticæ patronus, 648.

Duina cœnacul. Synodum opprimit, 651.

Duo contrarij Papæ creantur & simul dejiciuntur. 786.
Duodecim capitula Ephesinæ Synodi Nestorio opposita, 355.
Durienſis Synodus, 555.

E

Ebionei, 92.
Ecclesia caret visibili capite, 797.
Ecclesiam & Synodos repræsentantes Ecclesiam. posse errare, 56. 60.
Ecclesiarum Orientis & Occidentis conjunctio, 593.
Ecclesiastica Concilia, 17.
Ecclesiasticæ dignitates precio non comparandæ, 582.
Ecclesiastica munera conferenda à cuiusq; provinciæ civibus, 276.
Ecclesiastici ordinis jus in convocandis Synodis, 78.
Ecclesiasticos congressus negligentes excommunicantur, 158.
Ecclesia veteris Testamenti sæpè erravit. 59.
Eguvinus Monach9 imaginum colendarum author, 534.
ἐκκλησία & ἐκκλησιάζειν. 11.
Eleusius metu exilij fit Arrianus, 257.
Elferus Princeps Merciorum propugnat conjugium Sacerdotum, 648.
Elliberitanum Concilium, 157.

Eligendi Episcopum potestatem habent etiam laici, 161.
Epaunensis Synodus, 431.
Ephesinam Synodum coëgit Theodosius Junior, 77.
Ephesina Synodus sub Ioanne Constantinop. 38.
Ephesinum Symbolum, 354.
Epiphanius, 296.
Episcopale jus quousq; se extendat in dimissione ministrorum, 882.
Episcopatus Constantinopolitanus quæsitus sub titulo damnationis librorum Origenis, 297.
Episcopi adulantur Anastasio Imperatori. 445.
Episcopi assiduè debent Biblia legere, 583. debent populum docere, 785. malunt Episcopatus quàm uxores deserere, 504. prohibentur gregem deserere, 652. vocandi ex consensu provincialium, 134. suas familias benè instituunt, 582.
Episcopi Bojorum præscribunt Principi leges, 549.
Episcopi diversis in locis Synodos collegerunt, inconsulto Victore Episcopo Romano, 80.
Episcopi Germani nolunt absq; uxoribus vivere, 681.
Episcopi indocti, 594.
Episcopi 318. Niceæ congregati repræsentarunt exercitum Abrahami, 122.
Episcopus præcipitur ut ab uxoribus abstineant, 135. 283. Iisdem cura rei familiaris interdicitur, 291. non competit illis Ecclesiastica & Politica eminentia, 527.

Episcoporum regula, 610. *Vita, doctrina, officium*, 594.

Episcopum se fieri velle abiurat Novatus, & non servat, 100.

Episcopus à Populo & Clero legendus, 594.

Episcopus decem annorum, 629.

Epistolæ cœlitus delatæ, 663.

Ephesinenses Synodi. 624. 626. 647.

Errores alij in fundamento, alij præter fundamentum, 80.

Erroribus impliciti doctores non possunt ab erroribus exolvere populum. 203.

Errores Paparum Romanorum, Victoris, 94. *Stephani*, 103. *Marcelini*, 107. *Sylvestri*, 153. 154. 155. 156. *Hadriani*, 565. 571. 604. *Iohannis XII*. 627. *Hildebrandi*, 679.

Etsi Christus calicem pro laicis instituit, tamen HOC NON OBSTANTE, *Papa usu calicis laicos privat*, 796.

Evangelium die Dominico legatur, 443.

Eucharistia sub una specie, 796.

Per Eucharistiam iurare sibi homines cogit Novatus, 100.

Eudoxia Imperatrix Chrysostomum accusat, comparatur Iezabeli & Herodiadi, 299. 306.

Eudoxius æternum Patrem vocat impium, Filium pium, 223. *suadet Eunomio suæ opinionis dissimulationem*, 224.

Eugenius Episcopus Toletanus, 497.

INDEX

Eugenius Papa accusatur contumaciæ, 810.
Eunomius Nicomediensis Episcopus cum Anastasio Niceno de potestate ordinandi contendit, 420.
Euphrates Colonienſis Episcopus Arrianus, 169.
Euringius Rex Hispaniæ, 529.
Eusebius Dorylæi Episc. accusat Eutychen, 374.
Eusebius Nicomediensis & alij Arriani fraudulenter subscribunt Symbolo Niceno, 139.
Eusebius Pamphilus mutat suam sententiam in Concilio Niceno & subscribit, 139. favens Arrianis non satis fideliter acta Synodi Nicenæ & aliarum annotavit, 142. à Socrate graviter vituperatur, ibidem.
Eusebius Nicomediensis baptisavit Constantinum, non Sylvester, 155.
Eusebius mavult vitam amittere, quàm depositam apud se vocationem Meletij Arrianis tradere, 229.
Eusebius Vercellensis Episcopus irritæ facit decreta Mediolanensis Synodi. 185.
Eustathius præses Niceni Concilij, 124.
Eustathius pius Episcopus ab Arrianis falsò adulterij insimulatus in exilium mittitur, 151.
Eustachij Sebastenſis dogmata fermè Papistica. 222.
Eustochius damnat libros Origenis, 455.
Eutyches eiusdemq; errores, 373. recusat venire ad Synodum, 375. eius confessio, 375. 380 quærit præsidium Imperatoris, 377. stipatus militum præsidio venit in Synodum, 379.

Eutyches tergiversatur. 380. non vult Christum fateri nobis ὁμοούσιον, 381. permittit fidem sibi imperari, ibid. anathematizatur & damnatur. 382.
Excommunicatio non temerè facienda, 769.
Excommunicationem Paulus toti Corinthiorum Ecclesiæ committit, 75.

Expeditione Imperatoris in Persas se excusant Ariani, quominus ad Concilium Romanum veniant 172.

F

Fabula de recantatione Hieronymi Pragensis, 801.
Feliciſſimus presbyter damnatus, 99.
Felix Orgellorum Episcopus de Christo perperam sentiens. 567.
Felix Quintus Papa, 813.
Ferrariæ Synodus, 815.
Fidei formulas indies novari conqueritur Sophronius, 210.
Fides non Conciliis sed scripturâ nititur juxta Athanasium, 191.
Fides tot, quot hominum voluntates juxta Hilarium, 200.
Filium Patri consubstantialem Sylvanus coram Constantio pulcrè concludit. 216.
Fines Ecclesiasticorum congressuum à Iosepho expressi, 5.

Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, 374.
Pulsatur in Concilio ad mortem usq; 390. 402.
Florentinæ Synodi, 668. 704. 820.
Francicæ Synodi, 501. 599.
Francofurdianæ Synodi, 657. 662. 568.
Fratricellorum hæresis, 778.
Fraus non diu latet, 199.
Fridericus Imperator ab Innocentio IV. excommunicatur, 773.
Fritislariæ Synodus, 729.
Frumentum à locustis & muribus consumtum, 730.
Fulco Archiepiscopus Remorum interfectus, 622.
Fures nocturni precibus constricti à Spiridione, 123.

G

Galienus domum parœcialem tradit Domno ejecto Samosateno, 106.
Galienus nitior in Christianos, 104.
Galliæ Concilia, 94. 548. 678. 501.
Gandersheimensis Cœnobij jus duo vultures sibi arrogant, 659.
Gandersheimensis Synodus, 659.
Gangrena Paphlagonum civitas, 405.
Gangrense Concilium, 222.
Garstungensis Synodus, 693.
Gazensis Synodus, 238.
Gazensium navale Majuma civitatis honore ornatur, vocaturq; Constantia, 238.
Gelasius Papa, 431.

Gelasius II. Papa, 729.
Genuensis Archiepiscopatus incipit, 739.
Genuensis Synodus, 556.
Georgius Alexandrinus Episcopus à paganis occisus, 232.
Georgius Chartophylax, 514.
Gerhardus in numerum sanctorum assciturr, 668.
Germania à Papa concitatur in Cæsarem, 728.
Gerundensis Synodus, 447.
Gilbertus Porreta Pictaviensis Episcopus novarum subtilitatum inventor, 753.
Gladios in Ecclesia gestare prohibitum, 661.
Gordianus Imperator miserum censet Imperatorem, apud quem vera reticentur, 96.
Gotteschalcus monasticæ disciplinæ invitus mancipatus, 588.
Gradensis Synodus, 471.
Gradus 4. quibus ad scripturæ intelligentiam pervenitur juxta Augustinum, 51.
Græcæ Ecclesiæ obstringuntur Pontifici Romano, 765.
Græci conqueruntur de fraudulentiâ Romani Pontificis, 608.
Græci cum latinis consentiunt Spiritum sanctum ex patre & Filio procedere, 821.
Græci Romanum pontificem agnoscunt pro Oecumenico principe Ecclesiæ, 822.
Gratia Dei præcurrit nostram Invocationem, 369.

INDEX.

Gratianus & Theodosius convocarunt Synodum Constantinopolitanam, 76.
Gregorius ejecto Athanasio Alexandrinæ ecclesiæ præficitur, 167.
Gregorius Nazianzenus Episcopatum Constantinopolitanum modestè recusat, 266.
Gregorius Neocæsariensis Iconolatra, 564.
Gregorius parem authoritatem Conciliis cum scripturâ tribuit, 37.
Gregorius pontifex damnat Leonem Imperatorem, & vetat ei dare tributa, 539.
Gregorius Turonensis per missificationes se purgat, 472.
Gregorius Vercellensis Episcopus adulter, incestuosus & perjurus, 668.
Guido Cremonensis Antipapa, 756.

H

Hadrianus Papa autor Iconclatriæ, 565.
Hæreses in primitiva Ecclesia refutatæ absq; Synodis, 32.
Hæreses possunt refelli ex sola scriptura, sine Conciliis, 34.
Hæretici an post obitum damnandi? 463.
Hæretici libri prohibentur, 460.
Hæreticis & Iudæis puellæ non dandæ, 157.
Hæreticis non servanda fides, 803.
Hæretici tempore Apostolorum, 3291.
Hallensis Synodus. 576.

Halberſtadenſis Epiſcopus citatur ad tribunal Dei. 673. idem deiectus è caballo expirat. ibidem.
Halberſtadiana Synodus, 672.
Hedifeldenſis Synodus, 499.
Helena Scortum Simonis Magi, 90
Henricus Imperator exoſam habens reginam meditatur divortium, 676.
Henricus IV. Imperator excommunicatus à Paſchali Papa, 706. excluditur a Synodo, 711. Spoliatur imperiali dignitate, 711.
Henricus V. impulſu Pontificum inſurgit adverſus Patrem, 708. mancipat ſe Pontifici, 709. inveſtitur detractis Patri exuviis, 713. invectiva eius in pontificem Romanum, 716. poſtulat reſtitui bona à Pontificibus occupata, 718. datum illi privilegium inveſtituræ abrogatur, 724. damnatur à Celaſio Papa, 727. cogitur Papæ ſupplex fieri, 729.
Henricus VII. Luzelburgenſis Imper. 777.
Heroldus Salisburgenſis Epiſcopus Vngaros excitat contra Bavaros, propter quod excõmunicatur, 626.
Herudfordiana Anglicana Synodus, 493.
Hieronymi Pragenſis conſtantia, 802.
Hieronymus Pragenſis citatur, 792.
Hieronymus Pragenſis damnatus & combuſtus. 804.

Hieroſolymitana Concilia, 149. 178. 483. 720.
Hieroſolymitani Epiſcopi eminentia, 137.
Hilarij judicium de Sirmienſi Synodo, 182.

Hilarij querela de Conciliorum & Symbolorum multitudine, 200.
Hildebrandus Papa interdicit presbyteris conjugium, 679. jubetur Angelos quærere Episcopos, 680. ejus scelera, 684. damnatur in Synodo VVormacienſi, 685. diem dicit Imperatori, 687. jus eligendi Imperatorem tribuit populo Romano, ibid: excommunicat Imperatorem, 688.
Hincmaro Lauduni Episcopo oculi effossi, 611.
Hispalenſes Synodi, 474. 486.
Hispanæ Synodi, 493. 760.
Hominum corpora in resurrectione qualia sint futura, 467.
Homousion non inveniri in scriptura à Arriani contendunt, 192.
Honorichus Rex Vandalorum, 428.
Honorius Papa anathematizatur à Concilio, 522.
Hosius Episcopus Cordubæ, 119. non potest conciliare Arrium & Alexandrum, 121. Synodo Sirmienſi invitus adest: 180. plagis ad subscribenda Sirmienſis Synodi placita compellitur, 183.
Hostes crabronibus ab obsidione depulsi, 226.
Hostia consecrata quàm diu in pixide servanda, 742.
Hugo comes Sylvestris, 782.
Humana Christi voluntas deificata, 518.

INDEX.

Iacobitanæ Ecclesiæ Compostellensis præsul omnium Episcoporum in Hispania caput. 575.

Iacobus Nisibis Episcopus orat hostibus Crabrones immitti. 226.

Ibas Edessenorum Episcopus. 419.

Iconoclastarum refutatio. 573

Iconolatrarum refutatio. 572.

Idiotæ illiterati concertatio cum acuto Philosopho. 140.

Ignari literarum ad Ecclesiasticos, ordines non admittendi. 426.

Ignatius Constantinopolitanus Episcopus deponitur. 600.

Ilerdensis Synodus. 441. 571.

Imagines licet habere sed non adorare. 561.

Imaginum cultores verbo Dei vincuntur. 534.

Imaginū cultus quomodo in Eccles. invectus. 541. 564. 601.

Imaginum veneratio asserta. 546.

Imaginum veneratio damnata. 566.

Imaginum verus usus damnatus. 775.

Imperator Constantinopolitanus se submittit Pontifici Rom. 76.

Imperatores qui Synodos coëgerunt. 537.

Imperatori præcipienti hæresin non obtemperandum. 163.

Impiæ Synodo nolunt interesse Maximus & Iulius. 111.

Incantamentis non mutantur creaturæ. 882.

In cuius ordinatione benedictio omissa deponendus. 662.

Indigni Episcopi non assumendi. 768.

Indulgentiæ Romæ non temerè quærendæ.

Indulgentiarum Sponsione homines ad sacram expeditionem invitantur, 771.
Infantes olim non prima nativitatis die baptizati. 447.
Infantes quorũ baptismus incertus batizandi, 617
Ingelheymenses Synodi, 559. 625. 626. 647.
Initium & incrementum fidei est à Deo, 369.
Innocentius Pontifex tuetur causam Chrysostomi. 304.
Innocentius II. Papa capitur in bello, 737.
restituitur suæ sedi per Lotharium. 739.
In nomine Christi Apostoli non errarunt, 66.
In nomine Christi convenire quid sit, 64.
In nomine Christi non omnes conveniunt. qui authoritate Christi convocantur, ibid.
Insolentia Romani Papæ, 345.
Integra Natura humana assumta à Christo, 236. 260.
Intelligentia scripturæ unde sumenda juxta Hilarium, 49.
Interpretatio scripturæ non è Conciliorum decretis petenda, 39.
Interpretatio scripturarum in quatuor rebus consistit, 40.
Invectiva in depravatos mores Romanensium, 744.
Investiendi jus Cæsari eripitur, 729. 732. nec non laicis omnibus, 721. 725.
Iohannes Antiochenus tardius venit ad Synodum, 351. deponit Cyrillum & Memnonem, 360.

Iohannes Constantinopolitanus vocatur œcumenicus Episcopus, 473.
Iohannes Cremonensis cum scorto deprehensus, 734.
Iohannes Evangelista non vult cum Cerintho eodem uti balneo, 92. Evangelium suum opponit Cerintho & Ebioni, ibid.
Iohannes Huss. accusatur, deponitur, damnatur & comburitur, 798. 799. 800.
Iohannes Papa clanculum se subduxit Synodo, 791. jurat se Pontificatu cessurum, 788. ejus crimina, 795.
Iohannes XII. perfidus in Cæsarem, 627. ejus scelera. 630. In honorem Diaboli vinum bibit, 632. responsio ejus ad citationem Imperatoris, 633. pharetratus fugit Synodum, 635. deponitur, 637. instigat Romanos ad tollendum è medio Imperatorem, 638. iterum invadit papalem thronum, 639. in adultrio deprehensus interficitur, 640.
Iohannes XIII. pulsus in exilium ab Ottone II. restituitur, 647.
Iohannes Ravennas improbat pontificiam dominationem, 600.
Iohannis Vicleffi Articuli ab Academia Parisiensi & Pragensi excerpti & damnati, 794.
Iovianus ab Athanasio consilium petit de sanandis Ecclesiæ vulneribus 242. mavult honores amittere quam fidem abnegare, 241. non vult imperare

imberare nisi Christianis, ibid. prunarum vapore suffocatur, 240.
Iovinus & Maximus in Concilio damnati, 99.
Irenæus in Gallia Synodum convocat, 94.
Irene eos qui cultui Imaginum adversantur armis privat & in exilium mittit, 562.
Iu'ilæus à Bonifacio VIII. institu'us, 776.
Iubilæus ad annum quinquagesimum revocatus, 784.
Iudæi miraculo tauri interfecti & vicissim excitati conversi finguntur, 156.
Iudæi regno Hispaniæ pulsi, 495.
Iudicibus adjungendi scholastici periti causarum Ecclesiasticarum, 320.
Iuli ni genus, 231, Iulianus astutè sibi favorem hominum conciliat, ibid.
Iulianus Archiepiscopus Toletanus, 529.
Iulius Papa insolentes literas scribit Orientalibus, 169.
Iuramenta iniqua non servanda. 502.
Iuramentum Papæ præstandum ab Imperatore, 779.
Ius eligendi pontificem Romanis ademptum 665.
Iustinianus convocat Synodum quintam Oecumenicam, 77. 455.
Iustinus pater Iustiniani, 462.
Iuvenalis Episcopus Hierosolymorum, 386.

K

Kabal Hebr: idem quod congregare, 9.

Kyrieeleison in Ecclesiis canendum. 372.

L.

Lætus orthodoxus ab Arrianis occiditur, 429.
Laici in Concilio Eliberino. 157.
Laici in Concilio Niceno. 124.
Laicis permissum baptizare in casu necessitatis, 158.
Laicis suffragium decisivum in Concilijs concessum.
Laici Synodis adhibiti, ibid. (83.
Laicus illiteratus vincit & convertit Philosophum acutissimum, 124.
Lampsacena Synodus, 253.
Laodicena Synodus, 243.
Lateranenses Synodi, 478. 787. 824.
Latini nolunt admittere Orientalium Arrianam confessionem, 171.
Lauricius aulicus Seleuciano Concilio adiunctus.
Legata Ecclesiæ quomodo habenda, 372. (205.
Legati Concilij Ariminensis à Constantio non audiuntur, 196.
Legiæ habita Synodus, 721.
Lenocinia facientes finaliter à communione arcentur, 159.
Leo Imperator imaginum cultum abrogat, 539. imagines in foro comburit, 541, damnatur in Synodo Romana, 542.
Leo in locum Ioannis XII. constituitur Pontifex, 637. A Iohanne damnatur, 642. restituit Imperatori bona ad ipsum pertinentia, in Ital. 646.

Leonas

Leonas aulicus Seleuciano Concilio adjunctus, 86.
Leontius dissimulator, 224. (205.
Leo Papa petit à Marciano congregari Synodum Chalcedonensem, 396.
Arsgikh Synodus, 61.
Liberatus Archidiaconus Carthaginensis, 350.
Liberij liberrima oratio pro Orthodoxa fide, contra Constantium, 187. (197.
Liberius Roman. Episcopus expulsus ab Arrianis, 828.
Libertate abutens servilat.
Libri à Photio contra Papam editi comburuntur, 604.
Licinius prohibet Episcoporum congressus, 25.
Liffinensis Synodus, 548.
Lincolniæ habita Synodus. 719.
Lippa fluvius, 559.
Litaniæ, 578.
Literæ Athanasii ad Iovianum, 243
Locus Concilij Niceni in aula Constantini, non in templo. 128.
Londinenses Synodi, 534.706.725.733.736.
Lotharius Imperator repudiata Thiedberga ducit VValdradam pellicem. 599. idem cogitur VValdradam dimittere, & cum legitima uxore reconciliari, 600.
Ad S. Lucam Synodus, 729.
Ludovicus ob uxoris libidinem & tyrannidem excommunicatur, 591.
Lugdunenses Synodi. 479.480.590.772.774. 777.

Macarius Episcopus Hierosolymitanus, 203.
Macarius & Stephanus Monotheletæ damnantur, 518.
Macedoniani subscribunt Symbolo Niceno, 254.
vocem ὁμοουσίᾳ repudiant, 255.
Macedonianorum Synodi 238.
Macrensis Synodus, 613.
Magister clericorum, 766.
Magistratu fungentes arcentur ab Ecclesia, 160.
Magistratui competit jus convocandi Synodos, 73.
Mahometi Deus ἀλόσφυρος, 751.
Mahomet non Mahometi Deus anathemate ferendus, ibid.
Malchion sophista pius Samosatenum redarguit, & in Synodo Antiochena habet suffragium decisivum, 105.
Maleficis pœnitentia denegata, 159.
Mantuanæ Synodi, 670. 674.
Manuel comnenus Imperator audax disputator, 750.
Maosim & Deorum alienorum cultus approbatur, 541.
Marcellinus Papa idolis sacrificavit, 81. damnatur, 107.
Marcion & Cerdon, 93.
Maria ἀναμάρτητος, 813.
Maria θεοτόκος, 380.
Marspurgensis Synodus. 665.

Martiani Imperatoris oratio ad Synodum, 399.
ponit Synodo legem, ibid:
Martinus Papa, 490.
Matisconenses Synodi, 477. 484.
Matrimonium Diaconis permissum in Concilio Ancyrano, 110.
Maximus Episcopus Hieros: 203.
Maximus & *Iulius* Episcopi nolunt interesse impiæ Synodo, 163.
Maximus Trevirorum Episcopus *Colonienſis* Concilij præses, 170.
Medicus non debet suadere quod saluti sit adversum, 767.
Mediolanenses Synodi, 184. 673. 674.
Meldensis Synodus, 592.
Meletius digitis monstrat mysterium S. Trinitatis, 228. magnâ pompâ excipitur Antiochiæ, 227.
Ad *Melvim* Synodus, 697.
Menander & *Menandriani*, 91.
Mennæ liber damnatur, 522.
Meretrices Iohannis Papæ, 639.
Metenses Synodi, 481. 598.
Milevitanum Concilium, 317.
Militia damnata & Christianis prohibita, 61. 137. 325.
Missa ad inveniendum furtum adhibita, 617.
Missa purgat sacrificulos à quibusvis sceleribus, 617.
Moadim quales congressus, 4

Modestia in templo præstanda, 583.
Moguntinæ Synodi, 577. 588. 590. 593. 615. 665. 676. 677. 683. 691. 696. 710. 725. 734. 782.
Moguntinus Episcopus ob prohibitionem coniugij in periculo, 682.
Moguntinus decimas à Thuringis exigit, 682.
Monachæ Dei ancillæ, 539.
Monachi decimo octavo ætatis anno interrogandi an velint cælibes manere, 451.
Monachi fustibus cædendi, 395.
Monachi in Anglia defendunt cælibatum, 648.
Monachi Sacerdotibus pares, 482.
Monachorũ diversi ordines in ventum Satanæ, 794.
Monachus quidam vates & hæreticus Philippico prædicit imperium, 536.
Monasteria olim Scholæ Pietatis, 584.
Monasteria puellarum procul à virorum, 393.
Monasticæ superstitiones reprehenduntur, 484.
Monothelitæ damnati, 490. 522.
Monothelitæ Philippici Patrocinio nituntur, 536. 513.
Monothelitici erroris patroni, 469.
Mopsvestana Synodus, 721.
Mortui elevatio, 187.
Multitudinem Arrianorum & paucitatem Orthodoxorum sibi obiectam, liberrimè refutat Liberius Rom. Episcopus, 350.
Multitudo suffragiorũ non comprobat dogmata, 279.
Multi vocati pauci electi, ab Arrianis perperam explicatum.

Mutilati in corpore ad Ecclesiasticos ordines non admittendi, 426.
Mutuæ Episcoporum abdicationes, 222.

N

Nationum diversarum Episcopi Niceæ congregati, 114.
Nativitatis Mariæ festum, 506.
Nazianzeni de Conciliis sententia, 22.
Neapolitana Synodus, 730.
Nectarius de Consule fit Episcopus Constantinop. 266. 276.
Negligentes Ecclesiasticos congressus excommunicantur, 158.
Negligentia Episcoporum in concionando, 597.
Neocæsariense Concilium, 112.
Nestorianorum libri in diversas linguas traducti, 363.
Nestorius damnatur, 309. *deponitur,* 352. *Nestorius deponit Cyrillum,* 359. *Nestorij errores,* 350. *Nestorius simulat consensum cum Orthodoxis,* 360.
Nicam Thraciæ urbem Arriani pro Nicea Bithyniæ suo Symbolo ascribunt, 198.
Nicenæ Synodi causæ duæ, 114.
Nicenum Concilium à Constantino non à Sylvestro convocatum, 113. *Nicenum Concilium damnat militiam,* 61. *Nicenum Symbolum,* 132.
Nicenum Concilium secundum, 562.
Nicephorus Imperator anathemate feritur, 653.

Nicolaitæ,

Nicolaitæ, 91.
Nicolaus pontifex, 600.
Nicomedienſis Synodus, 256.
Niddenſis Synodus, 534.
Niſibus à ſapore obſeſſa, 225.
Northuſana Synodus, 708.
Notarij in Seleucienſi Synodo, 205.
Notariorum munus in Synodis, 384.
Novæ Monachorum ſectæ prohibentur, 766.
Novatianorum ſeu Catharorum hæreſis orta occaſione perſecutionis ſub Decio; 97. damnata in diverſis concilijs, 98. 99. 100.
Novati mores, 659.
Novicmagi celebrata Synodus, 452.
Nubendi deſiderium Monachis non probibitum.
Nubere prohibitum parti innocenti in adulterio. 161.
Nuncius Papæ à latere, 330.
Nuptiæ in quarto gradu prohibitæ, 544. 580.
Nuptiæ quo tempore non celebrandæ, 246. 442.

O

Oblationes & interceſſiones pro defunctis, 62. 293.
Occaſio Tyriæ & Hieroſolymitanæ Synodi falsò recitata ab Euſebio 143.
Odio adverſus ſese mutuo flagrantes arcendi ab Eccleſia, 161.
Oecumenici Epiſcopi titulus impugnatus, 474.

Omnes

Omnes homines peccato obnoxij, 368.
ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον abrogatum in Synodo Sirmiensi. 181.
ὁμοούσιον fraudulenter admittit Constantius: 182.
ὁμοούσιον gravi consilio insertum Symbolo Niceno, 132.
ὁμοούσιον in scriptura non expressum, 378.
Oratio matutina & vespertina, 448.
Orandum flexis genibus, 582.
Ordinatio absq; Episcoporum consensu suscepta damnatur, 365.
Ordinandorum examen & ceremoniæ in ordinatione observandæ, 291.
Orientales Episcopi literis Imperatoris Romam vocati, 275.
Orientales indigne ferunt Iulij Papæ insolentiam, 169.
Orientalis Arriana Synodus, 170.
Origenes confutat Beryllum negantem Christi æternam Deitatem, 96. confutat Arabicos Doctores, tradentes animas cum corporibus mori & resurgere, 97. Origenis libri damnati, 295. 297. Origenis errores, 468.
Orthodoxi vindictam Deo committunt in Arrianos, 430.
Osius Rex præsidet Synodo, 494.
Otho Columna seu Martinus V. Papa, 807.

Ottho Hostiensis Episcopus tuba seditionis adversus Heinricum, 691.
Ottho primus Imperator præest Concilio, 628.
οὐσίας & ὑποστάσεως, vox non usurpanda, 235.
Oxony habita Synodus, 771.

P

Pacificatio fraudulenta Sirmij condita, 181.
Pacificationis fraudulentæ incommoda, 195.
Padebrunensis Synodus, 559.
Palladius & Secundianus Arriani, 281.
Palmas, Episcopus Ponti, Concilium de Pascate congregat, 94.
Pamphyliæ Synodus, 364.
Panormitani sententia, quod Veritas non consistat in multitudine suffragiorum, 36.
Panormitanus statuit Concilia posse errare, 62.
Papa à Cardinalibus eligendus, 670.
Papa comparatur cum Iuda, 634.
Papa cum Imperatore de loco contendit, 817.
Papa Ecclesiastica debet saltem curare, 740.
Papa errat in primo Concilio, 94.
Papa est Pastor, Cæsar & Principes sunt Oves, 68.
Papa fatetur errorem, 724.
Papa hortatur assessores Concilij ad Concordiam, 788.
Papa in crimine falsi deprehensus, 342.
Papa indulgentijs invitat in terram sanctam, 771.

Papa licet reus, tamen à nemine vult damnari, 108.
Papa Marcellinus idolis immolavit, 107.
Papam non fas ab aliis judicari, 437.
Papam non sui esse Concilij judicio negatur, 438.
Papa non creandus absq; Imperatoris consensu, 756.
Papa non habet potestatem vocandi ad Synodos in multis regnis, 20.
Papa Otthonem IV. anathemate ferit, 762.
Papa Rom. à nemine vult judicari, 154. 155.
Papa simulatè accusatur tanquam in Comedia, 723.
Papa Stephanus errat anabaptisticæ opinioni addictus, 103.
Papa succedit Imperatori sede vacante, 780.
Papa supposititio Canone vult stabilire suum primatum, 329. 331.
Papa tributum ad bellum Turcicum imponit, 774.
Papatus nititur Conciliorum & Patrum auctoritate, 1.
Papa usu calicis laicos privat, 796.
Paphnutius solus cohibet vota 318 Episcoporum, 36. 138. eius vulnera osculatur Constantinus, 122.

Papiensis Synodus, 755.
Papistica ratio avertendi pœnas divinas, 658.
Parisienses Synodi, 575. 703. 753. 762.
Parisiensi Episcopo Reges & Episcopi Franciæ subjiciuntur, 575.
Parrhisienses Synodi, 470.
Pars adversa Synodo excluditur, 562.
Partem utramq; in Synodis audiendam, 148.
Pascendi munus Petrus explicat, 69.
Pascere oves an significet Concilia convocare, 68.
Pascha celebrandem die Dominico, 95.
Pascha Novatiani cum Iudæis celebrandum constituunt, 257.
Paschalis II. cogit Episcopos ab Antipapis indutos pallia à se mercari, 714. adimit Imperatori jus investiendi sacerdotes, 716 tribuit Henrico V. potestatem investiendi, 722. retractat promissa, 723.
Paschatis festum celebrandum dominica sequente plenilunium primi mensis, 133.
Paschatis ob controversiam convocatæ Synodi Romæ, Cæsareæ & alibi, 94.
Pastor habeat vilem supellectilem & habitet prope templum, 291.
Patriarchatus Aquilejensis Gradum translatus, 471.
Patrum sententiæ de interpretatione scripturæ per scripturam, 50.

Patrum testimonia quod Ecclesia possit errare. 62.
ad Pauli Fanum Synodus. 707.
Paulus Emysenus, 362.
Paulus Petr9& reliqui sancti potuerunt errare. 59
Paulus Samosatenus, 104.
Paulus suas Epistolas certo signo notavit, 53.
Pax in Ecclesia non fit Veritatis abnegatione, & mendaciorum dissimulatione, 195.
Pazense Concilium, 257.
Peccans in Pontificem peccat in Spiritum S. 366.
Pelagius imponit Synodo vocabuli Gratiæ ambiguitate, 322. eius errores, 318. 319. dogma eius damnatur, 309. 317. 361. 368.
Pelagius I. Pp. 470.
Pelagius II. Pp. 471.
Periochius Augustanus Episcopus Romanæ sedi fidem iurat, 543.
Persecutio ab Visacio & Valente Arrianis mota, 197.
Petri Casinensis colloquium cum Græco, 743.
Petrus de Luna pontificali gradu deponitur, 806.
Philippicus Imperator monothelita, 536. excommunicatur, 538.
Philippolense Concilium Arrianum, 175.
Philippus Imperator Christianus coactus publicè pœnitere, 96.
Phocæ privilegium de principatu Romanæ Ecclesiæ, 482.
Photinus & eius dogma 180.

*****

Photius è laico fit Episcopus Constantinopolitanus, 600. Imperatorem Basilium parricidam à Communione arcet, 602. librum scribit contra tyrannidem Romani præsidis, ibid. excommunicatur, 603.

Pictavienses Synodus, 480

Pictura hominis nimium sapientis in Theologia, 748.

Pisanæ Synodi, 739. 785.

Placentina Concilia, 698. 738.

Plebejus ordo habet jus suffragij, 74.

Pœnitentia confitentibus constituenda, 497.

Politici assessores Synodi, 384.

Politici & Aulici ob quas causas Synodis adesse debeant, 86.

Politicum Magistratum habere jus convocandi Synodos, 76.

Polychronius conatur excitatione mortui suam monotheleticam opinionem comprobare. 523.

Polycrates in Asia Synodum ob Paschatos festum celebrat. 94.

Polyeuctus Patriarcha Constantinop. loco sacro arcet Nicephorum Imperatorem, 652.

Pompa Episcoporum damnatur, 761.

Ponticum Concilium de Paschate, 94

Pontifex assessores Concilij sibi devincit, 604.

Pontifex non potest mutare piè & justè decreta.

Pontifex Rom. negatur esse Episcopus, 743. (742

Pontifex suorum legatorum acta rescindit, 601.

Pontio

Pontificalis dignitas longè supra regiã eminet, 618.
Pontifices à Petri vestigijs discesserunt, 620.
Pontificj legati spoliantur, 609.
Pontificius legatus aurum aufert ex Anglia, 760.
Pontigonensis Synodus, 610.
Pontus Polemoniacus, 112.
Populo admittur votum in electione clericorum, 245. (555.
Populus Roman. jus suum transfert in Carolum,
Prædatoria Synodus Nic. 11. 61.
Præses Concilij Tyrij Dionysius Comes, 145.
Preces pro Magistratu faciendæ, 615.
Presbyteri causa à vicinis Episcopis cognoscenda, 284.
Presbyteri rurales non administrent Eucharistiam in urbe, 113.
Presbyter post Galli cantum non bibat, 661.
Princeps sacerdotum nemo vocandus, 286.
Principes à Synodis excluſi, 607.
Principibus licet impijs honor & obedientia præstanda, 694.
Privatus vetus hæreticus, 80, damnatur, 99.
Privilegium Romanæ Ecclesiæ, 168.
Proclus Constantinop. Episcopus, 363.
Pro defunctorum Spiritibus orandum, 585.
Propter quod unum quodq; tale est, illud magis tale est, explicatum, 54.
Provocatio ad alia judicia, 285.
Puellæ hæreticis & Iudæis non dandæ, 157.

Pulcheria Augusta assidet Synodo Chalcedonensi, 399.
Purgatorium à Græcis creditum, 822.
Pyrrhus Constantinopolitanus Episcopus monotheleta, 489.

Q

Quadragesimali tempore prohibitæ nuptiæ, 246.
& carnes, 504.
Quadringenti Prophetæ uno ore mentiuntur. 58.
Quæstio de processione Spiritus S. 576.
Quæstio de rebaptizandis ijs, qui ab hæreticis sunt baptizati, 102.
Quedelburgensis Synodus, 696.
Querela Hilarij de Conciliorum multitudine & varietate, 200.

R

Radingensis Synodus, 760.
Radulphus Antiochenus præsul accusatur miserè tractatur, 752.
Rationes pro carnispivio, 505.
Ratisponensis Synodus, 566.
Ravennatenses Synodi, 432. 619. 626.

Reccaredus Rex Hispaniæ Arrianam hæresin abjicit, 472. convocat Synodos Toletanas 472. 475. 21.
Reconciliatio Cyrilli & Iohannis Antiocheni, 362.

Reges eligendi à Sacerdotibus & senioribus populi. 558.
Reliquiæ Sanctorum coli prohibentur. 541.
Remenses Synodi, 580. 595. 655. 666. 727. 738. 754.
Rex Galliæ excommunicatur ob adulterium, 701.
Rhegiensis Synodus, 365.
Rolandus excommunicat Imperatorem & Octavium Antipapam, 756.
Romana Ecclesia omnium mater & magistra, 765.
Romanæ Ecclesiæ privilegium præ cæteris, 168.
Romana Synodus damnans Novatium, 99. alia pro Athanasio, 171. alia sub Damaso, 201. Alia damnans Apollinaristas, 259. alia confirmans fidem Nicenam & damnans Apollinarium, Macedonium, Photinum, 272. alia in causa Nestorij, 364. alia Concilia Romana, 365. 426. 427. 431. 433. 435. 478. 481. 482. 489. 498. 537. 541. 551. 553. 554. 594. 599. 600. 601. 603. 627. 640. 644. 646. 651. 666. 667. 670. 675. 679. 686. 696. 701. 705. 721. 722. 726. 732. 740. 761. 763.
Romani de primatu contendunt. 422. habentur à Græcis excommunicati, 743. jus convocandi Synodum soli Pontifici asscribunt, 435. rebelles sunt Ottoni. 644.
Romano Concilio, defuncto Papa, interfunt laici &

omnium ordinum homines. 102.
Romano Episcopo non concessa major potestas quàm aliis. 79. 136.
Romanum Concilium à presbyteris & diaconis habitum vacante sede in causa Novati. 101.
in Rotingeham Synodus. 702.
Rulandus Parmensis sacerdos Hildebrandum Episcopatu cedere jubet. 687.

S

Sabatius, 279.
Sacerdotes Biblia amiserunt. 57.
Sacerdotes jus habent suffragij in Concilijs. 73.
Sacerdotes probè informandi. 767.
Sacerdotum πολυπραγμοσύνη. 614.
Sacramenta pro defunctis consecrari prohibentur. 284.
Sacrificans corpus & sanguinem Christi de eodem participet. 531.
Saleburgensis Synodus. 575.
Siligunstadensis Synodus. 660.
Saltationes & nugatoriæ cantilenæ in nuptijs & diebus festis prohibitæ. 443. 827.
Salvus conductus Bohemis datus Basileæ. 808.
Sanctissimi Prophetæ & homines erravunt. 57.
Sanctus, in omnibus missis ter dicatur. 372.
Saphoricus Episcopus. 471.
Sardicensis Synodus Orthodoxa. 173.
Saturninus. 92.

Saxones Australes proprium habeant Episcopum. 534.
Saxones tributo liberati. 576.
Scenicos & Comicos qui alunt excommunicantur. 158.
Schisma non est causa Synodi. 27.
Schisma quid sit Pontificijs. 26.
Scholarum constitutio. 595.
in Scotia Synodus. 759.
Scoti oderunt Papales traditiones. 495.
Scriptura Conciliorum Canon. 20.
Scriptura est perspicua & Lydius lapis ad probandum dogmata. 31.
Scripturæ fundamento nititur fides non Concilijs. 200.
Scripturæ quomodo propter Ecclesiam crediderit Augustinus. 54.
Scriptura judex controversiarum. 48. 129. 457.
Scriptura omnibus Patrum sententijs præferenda. 51.
Scripturarum interpretatio non dependet à Concilijs. 39.
Seleucianum Concilium. 203.
Senonensis Synodus. 747.
Sergius Papa non vult subscribere sextæ universali Synodo. 527.
Serlo Apamiensis Archiepiscopus excommunicatur & deponitur. 753.

Jesuanum Concilium in quo damnatus Marcellinus Papa, 107.
Severus Antiochenus Episcopus eorum Synodo accusatur de falsa doctrina, 449.
Severi scripta abolentur, 454.
Sex Synodi depictæ Romæ, 537.
Sibico Spirensis Episcopus de adulterio accusatus communione se purgat, 665.
Sidonensis Synodus, 444.
Similem Patri Filium quomodo dicant Arriani, 211.
Simoniacus Episcopus non potest δοξολογίαν Spiritus sancti pronunciare, 678.
Simoniacus quæstus prohibitus, 508.
Simon magus pater & opifex hæreticorum omnium, 32. 90. illum Petrus repressit, ibid.
Sine Pontificis Romani assensu nihil definiendum, 576.
Sisenandus Rex Hispaniæ, 21.
Sixtus Rom. Pontifex, 365.
Socrates malæ fidei arguit Eusebium Historicum, 142.
Sodomitæ in Sacro ordine, 707. Sodomitarum pœna, 708.
Sola Scriptura debet esse judex in Conciliis juxta Constantinum, 129.
Somnia fabulosa Constantini de imaginū cultu, 564.
Speciosis verbis Arriani occultant venenum, 199.
Spiridion Episcopus & opilio, 122. fures constringit precibus, eosq; ariete donat. ibid.

Spiritualium Patrum seu susceptorum officium, 579.
Spiritus sancti præsentiam suis in conventiculis jactitant Arriani, 164.
Spiritus sanctus cum Patre & Filio eiusdem substantiæ, 237.
Sponsus & sponsa sacerdoti ad benedictionem adducantur, 291.
apud Stampas Synodus, 737.
Stephani Pontificis acta comburuntur, 620.
Stephanus Cantuariensis Episcopus, 771.
Studium emendi vilius & vendendi carius clericis prohibitum, 427.
Subscriptiones in templo occlusis foribus factæ, 208.
Subtilitas disputationis Gilbertinæ fugit Patrum captum. 754.
Suessone habita Synodus, 747.
Suffragia in Concilijs non numeranda sed ponderanda, 35.
Suffragium decisivum laicis competit, 85.
Sunnigilus sicarius à Fredegunda regina subornatus ad interficiendum Regem Childebertum, 481.
Supplicia diabolorum finem habitura, 468.
Sutrij habita Synodus, 664.
Sylvanectensis Synodus, 654.
Sylvanus Tarsensis Episcopus recipit Cyrillum Hierosolymitanum expulsum, 204. eius in ferenda persequutione constantia & magnanimitas, 217.
Sylvester incantationibus taurum jugulat, & resuscitat, 156.

Sylvester non indixit Synodum Nicenam, 76.
à Sylvestro baptizatum Constantinum falso perhibetur, 155.
Symbolum Acacianorum, 209. *recipitur à Constantino ob multitudinem subscribentium,* 218.
Symbolum Chalcedonense, 412.
Symbolum die Dominico in omnibus recitandum Ecclesiis, 475.
Symbolum & Orationem dominicam omnes scire debent, 557.
Symbolum Nicenum, 132.
Symbolum Theodori à Satana compositum. 459.
Symmachus Papa vulneratur, 436. *absolvitur,* 437. *eius absolutio pronunciatur vana.* 438.
Συναγωγὴ, συναθροισμός, 11.
Synagogam malignantium appellat Hilarius Mediolanense Concilium, 185.
Synodi quid sint, 13.
Synodi in Veteri Testamento à Magistratu convocatæ, 14.
Ad Synodum vocati venire nec inde discedere debent, 161.
Synodus ad montem Sinai, 7.
Synodus domesticæ Ecclesiæ Iacobi, 8.
Synod. Eliæ, Achabi, Iehu, 12.
Synodus est nervus concordiæ & amicitiæ, 24.
Synodus Iosuæ, 10.
Synodus Mosis emortualis, 9.
Synodus propter μοχοποιίαν Aaronis, ibid.

Synodus Samuelis, Davidis, Salomonis, 11.
Synodus ut distet ab alijs congressibus Ecclesiast. 7.
Syriæ Synodus, 450.
Syritius Papa, 283.

T

Tarasius Patriarcha Constantin. 560.
Tarraconensis Synodus, 427.
Tarsensis Synodus, 255.
Taurinatensis Synodus, 294.
Taurus à Sylvestro Papa præstigijs interfectus, & in vitam restitutus, 156.
Telensis Synodus, 324.
Templarij, 781. 782.
Templorum consecratio ab Arrianis prætensa convocationi Synodorum, 149. 163.
Templum Constantinopolitanum ob Chrysostomi damnationem incenditur, 307.
Ter in anno communicandum Laicis, 583.
Terræmotus sequuntur Antiochenam Arrianam Synodum, 166.
Testes 70. producendi adversus præsulem, 154.
Testimonia Patrum quod scripturæ interpretatio non aliunde quam è scriptura peti debeat, 50.
Theodisclus corrupit libros Isidori, 496.
Theodoretus Nestorianismum hausit è judaismo, 460.
Theodoricus Niem. 785.
Theodorus atramentum è vino sacri calicis facit, 489.

Theodorus Ascides Cesareæ Episcopus defendit Origenem, 455.
Theodosius Imperator fidem Eutychienam approbat, 390. diversas fidei formulas dijudicat, 278. inter omnes Episcopos agnoscit Meletium antea non visum, 264. Synodum convocat Constantinop. 263. reconciliat Cyrillum & Iohannem, & Memnonem, 360.
Theophilus Cæsareæ in Palestina Synodum convocat, 94.
Theophilus & Dioscorus mutuo flagrant odio, 295.
Thessalonus cum filio in Monasterium migrat, 560.
Thomæ confessio à Theodoro perverse exposita, 466.
Thomas Aquinas moritur, 772.
Thomas de Marla invasor bonorum Ecclesiæ damnatur, 735.
Ticinensis Synodus, 596.
Toletana Concilia, 314. 450. 472. 475. 487. 488. 495. 501. 505. 506. 507. 529. 531.
Tolosana Synodus, 735.
Transsubstantiatio tradita in Concilio Romano, 764.
Trecanensis Synodus, 611.
Trecensis Synodus, 715.
Tres anniversarij congressus populi Israëlitici, 4. 664.
Tres corvi Pontificatui inhiant, Tres

Tres ordines Senatorum & Iudicum in Concilio Moguntino, 578.
Tres quaterniones in actis Synodicis adulterati, 515.
Triburianæ Synodi, 586. 618. 663. 729.
Tridentinum Concilium, 824.
S. Trinitas demonstrata ex scriptura, 180. 250.
S. Trinitatis Mysterium digitis monstratum à Meletio, 228.
Triumpho Cæsaris Arriani se excusant, quo minus veniant ad Sardicense Concilium, 175.
Tricja Apuliæ urbs, 698.
Tiuonenses Synodi, 425. 470. 581. 669. 757.
Tyanensis Synodus, 256.
Typhus Rom: Papæ, 336.
Tyria Synodus, Arriana, 142.

V

Valens Dionysio calamum & chartam è manibus extorquet, 185.
Valentiana Synodus, 260.
Valentinianus & Valens fratres religione dissidentes, socij sunt imperij, 247. *malunt honore spoliari quam Christum negare,* 248.
Variæ fidei formulæ ab Acacianis & Arrianis editæ, 219.
Vasa missalia ad restinguendum ignem adhibita, 661.
Vasensis Synodus, 371.
Velle à peccatis purgari Dei donum est, 369.
Veneficæ non possunt creaturas Dei mutare, 111.

Veneficæ opinantur se cum Herodiade & Diana noctu obequitare. 111.
Venetica Synodus. 394.
Vercellensis Synodus. 667.
Veritas non nititur patrocinio multitudinis. 187.
Vestes Episcoporum. 590.
Vicini Episcopi iudicent de Episcopis. 320.
Victor III. excusat Hildebrandi scelera. 693.
Victor Rom. Episcop. à Polycrate & Irenæo reprahenditur, 79. mandat Orientalibus celebrationem Paschatis. 95.
Viduæ clericorum à secundis nuptijs prohibentur. 315. 442.
Viduæ devotæ si ad nuptias transierint arcentur à Communione Christianorum. 293.
Viduas ducere clericis interdicitur. 315.
Viennenses in Gallia Synodi, 727. 735. 778.
Vigilius Papa non vult secundum locum occupare in Synodo. 458.
ad Villam Theodonis Synodus. 587.
Virgines votum retractantes omni spe veniæ privantur. 159.
Visitationis Mariæ festum. 813.
Vni fideli privato plus credendum quàm concilio. 36.
Vnus potest rectius sentire, quam plures, juxta Augustinum. ibid.
Vocandi jus quælibet habet Ecclesia. 27.
Vota Virginum. 260.

INDEX.

Vota monastica libera, 595.
Vrbanus Pp. 697.
Vrsacius & Valens Arriani in Concilio Ariminensi, 191.
Utilitas Conciliorum, 23.
Vtramq; partem in Synodis audiendam, 148.
Vxores clericis concessæ, 525.

VV

VVarstallis celebrata Synodus, 714.
VVermeriæ celebrata Synodus, 610.
VVestmonasteriense Concilium, 742.
VVigebertus Papa, 690.
VVilfridus episcopatu Nordanhumbrano excussus restituitur, 534.
VVintoniense Concilium, 647.
VVirtzburgenses sive Herbipoli habitæ Synodi, 730. 740. 756.
VVormacienses Synodi, 553. 588. 616. 668. 684. 732.

Z

Zacharias Pp. 543.
Zozymus Papa Romanus quærit principatum in Ecclesias Africanas, 328.

FINIS INDICIS.

***
*

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

